










GERHARDI ERNESTI de FRANCKENAU,

Equit. Danic.

BIBLIOTHECA HISPANICA

HISTORICO-GENEALOGICO-HERALDICA.



LIPSIÆ,

Sumptibus MAUR. GEORGII WEIDMANNI,
SAC. REG. POL. MAJ. AC ELECT. SAXON.
BIBLIOPOLÆ. ANNO MDCCXXIV.

ILLUSTRISSIMO & EXCEL-
LENTISSIMO

DOMINO
JOANNI ANTONIO
DE
BOXADORS

COMITI de ÇAVELLA
BARONI de VALLAMOLL &c. &c.
AUREI VELLERIS EQUITI
SACRÆ CÆSAREÆ & CATHO-
LICÆ MAJESTATIS
AB INTIMIS STATUS CONSILIIS
NEC NON IPSIUS SACRÆ MAJESTATIS
IN SUPREMO BELGII CONSILIO
CONSILIARIO.

DOMINO MEO GRATIOSO.



ILLUSTRISSIME & EXCELLENTISSIME COMES.

ANtiqua ingeniorum laude floret Hispania, nec fortissimos modo imperatores Veteri Romæ, sed viros etiam philosophiæ, & liberalium artium disciplina excultissimos præbuit: Et postea

non magis armorum gloria in ſubigendis Mauris, ampliſſimorumque Regnorum & provinciarum acquiſitione, quam animi dotibus in regendis iis eminuit. Tot illius gloriæ participes, præſtantiſſimos ſcriptores Hiſpanos, ad lucem & æternitatem denuo nunc producit Germania, æqua ſemper exterorum ingeniorum arbitra. Cui vero primum illos ſiſtat potius, patrocinioque & velut hoſpitio in peregrina terra commendet, quam Excellentiæ Tuæ, Comes Illuſtriſſime? cujus majores, claram jam inter primos IX. Vavaſſores principatus Catalauniæ domum, poſtea in Arragoniæ quoque Regno, nobiliſſimis ſagi & togæ ornamentis amplifica-

fica-

ficarunt, donec ipſe Tua virtute, fide, & dexteritate, Imperialis & Regiæ Majeſtatis gratiæ commendatus ſummum illi decus inferres. Neque dubito gratos Tibi, Excellentiſſime Comes, acceptosque venturos hoſce hoſpites. Nam ea es comitate, qua ſolent magnæ animæ diſtingui a reliquis, quaque Imperialis & Regalis Auguſtiſſimi Caroli aula, Principis Optimi Maximi exemplo, ante alias effulget. Accedit iis commendatio a literis, quarum ſtudiis ita dedita eſt Excellentia Tua, ut non alio oblectamento graviſſima negotia lubentius condiat, eadem judicii rectitudine, ac vi experientiæ, & rempublicam in difficillimis temporibus, & amœna hæc muſarum ſacra tra-

ctare

ctare ſolita. Deum immortalem precor, ut Excellentiam Tuam, DOMUS AUGUSTÆ *obſequiis, inque aulæ decus, gaudentem conſiliorum ſuorum ſucceſſibus, nominisque gloriam maximis virtutibus ad poſteros diffundentem, diutiſſime ſupereſſe jubeat.*

ILLUSTRISSIME & EXCELLENTISSIME COMES

EXCELLENTIÆ TUÆ

devotiſſimus

MAUR. GEOR. WEIDMANNUS.



A.

ACHILLES STATIUS, vernacule ESTAZO. Vidigueiræ, I.
quod oppidum eſt Trans-Taganæ in Luſitania Provincia, anno Chriſti 1524. ex nobili familia (cujus peculiàrem inferius laudabimus Panegyriſtam, qui noſtri ſtemma patrium recenſuit) prognatus. Vitam & ſcripta Achillis fuſius expoſuere *Andreas Schottus* (α) & *Nicolaus Antonius* (β) in Bibliothecis Hiſpanis; *Hieronymus* item *Ghilinus* Italus (γ) qui peculiare Statii elogio caput tribuit, ac *Jacobus Auguſtus Thuanus* (qui tamen proſtitutam in eo fidem notavit. (δ) Opuſculum, cujus cauſa Virum in hanc vocavimus ſcenam, eſt.

CARMEN de inſignibus Regum Portugalliæ, quod Monomachiæ navis (1.)
Luſitanæ Romæ apud Joſephum de Angelis anno 1574. (ε) editæ adjectum cernitur.

DON ADAMUS CENTURIO & CORDUBA, tertius *Eſtepæ*, II.
Laulæ &c. Marchio, Vir togæ ſagique artibus illuſtris, cujus majores, integramque proſapiam exhibent *Alphonſus Lopez de Haro* (ζ) & *Ludovicus de*

(α) Tom. III. fol. 483. ſeqq. (β) Tom. I. Lit. A. pag. 2. col. 1. (γ) Theatro de gli huomini lettrati Tom. II. pag. 3. (δ) Hiſtoriar. Lib. 39. ad an. 1566. pag. 779. col. I. edit. Francofurt. fol. (ε) Sic recte Anton. Verderius in Supplem. Biblioth. Geſneri, non autem 1674. ut apud Nic. Antonium errore typothetæ legitur. (ζ) Nobiliario de los Reies y Titulos de Eſpanha. Tom. II. fol. 470. ſeqq.

de Salazar & Castro, (η) vitam autem & scripta publicæ luci exposita *Nicolaus Antonius* in sua Bibliotheca. (θ) Is, ut splendorem ostenderet antiquissimi, cui ortum debuit, stemmatis, proprio marte formavit egregium opus Historico-Genealogicum, hoc titulo insigne.

(2.) *MEMORIAL de sus ascendientes y de los de la Casa de Carrillo y Albornorum;* illudque circa annum 1654. obtulit Regi Catholico Philippo IV. cum ad Grandatus adspiraret dignitatem, quam & adeptus est. Ex hocce autem opere celebrem Chronographum Regium, *Joannem Bannos de Velasco* suo loco recensendum optimam sui, quem de eodem conscripsit stemmate, Commentarii partem conflasse nos edocuit *Salazarius de Castro* (ι) qui utrumque possedit.

III. AEGIDIUS GUNDISALUI vulgo GIL. GONSALEZ DAVILA ex urbe cognomini Abulensi Castellæ veteris oriundus, Salmanticensis primum Ecclesiæ Portionarius, ut vocant, dein Philippi III. Regis Historiographus in Castellæ primum, dein & utriusque Indiæ Regnis Clarissimo *Thomæ Tamajo de Vargas* suffectus. Vir scriptis suis, præsertim
(3.) *THEATRIS Hispaniarum Indiarumque Ecclesiastico,* (quod 5. voluminibus)
(4.) *MATRITENSI* (quod plurimis eisque nitidis figuris æneis decorum prodiit) immortalitatem meritus. Complectuntur autem duo hæcce opera quamplurima egregiam illustrium Hispaniæ stemmatum notitiæ lucem affundentia documenta, & præter ea speciatim pertractandum sibi sumsit *Saavedrarum* Abulensium stemma libro Matritensibus anno 1649. edito typis, tali lemmate conspicuo

(5.) *MEMORIAL de los servicios personales de Don Baltasar de Saavedra, Cavallero de la orden de sant Jago, y de los sus ascendientes y progenitores.* Quamvis autem supplex hic ad Philippum IV. Hispaniarum Regem libellus subscriptum Davilæ nostri habeat nomen, sunt tamen haud obesæ naris Viri, qui subdubitent, num verus ipsius ingenii fœtus sit habendus; Eos inter est *Josephus Pellicerius de Tovar & Ossau* (κ) qui cæteroquin asserit, (λ) constare omnibus, Davilam nunquam aliter, ac senserit, scripsisse, nudamque semper sectatum esse veritatem. Decrepitam & fere repuerascentem attigit senectam, fatisque cessit in urbe patria die D. Marci 25. Aprilis CIↃ IↃCLIIX. octogenario, teste *Antonio,* major. (μ)

DON

(η) Historia Geneal. de la Casa de Lara Tom. Lib. XII. cap. XI. pag. 640. seq. (θ) Tom. I. Lit. A. pag. 3. col. 2. (ι) In MSCto in præfatione nostra citato no. 106. (κ) Bibliothecæ suæ inf. laudandæ. fol. 35. a. med. (λ) Memorial de la Grandeza del Conde de Miranda fol. 90. b. med. (μ) Biblioth. Hisp. Tom. I. lit. A. pag. 4. med.

DON AEGIDIUS RAMIRESIUS de ARELLANO, Dominus *de la Poveda* & supremus Vexillifer (*Alferez mayor*) urbis *Villa escasa de Haro*, Ordinis D. Jacobi Eques, Jurium Licentiatus, & Conchensis primum in alma Salmanticensi Collegii sodalis (*Colegial mayor*) ac primarius ibidem Legum Professor, dein Curiæ supremæ Vallisoletanæ, tandemque supremi Castellæ, Cameræ, Inquisitionisque Fidei Senatuum Consiliarius Regius, cujus elogium ex Davilæ modo laudati Historia Salmantina exhibet Nic. Antonius, (ν) qui & Juridicum ipsius recenset opus, *Commentarium* videlicet *ad Tit. ϖ. de privilegiis Creditorum*. Scripsit vero egregium Historico-Genealogicum opus, cujus causa heic in scenam prodit, quod typis editum est Matritensibus in fol. tali titulo. IV.

MEMORIAL en justification de la grandeza antiqua de los Condes de Aguilar, Sennores de los Cameros &c. Obtulit illud Philippo III. Hispaniarum Regi Philippus Ramiresius de Arellano, Septimus Aguilaris Comes, cum honores antiqui Castellæ Grandatus ambiret, quos deberi sibi in opere isto assertum ivit tum ob majorum suorum merita, & quod caput existat familiæ *Arellano* ex inclyta Regum Navarræ domo oriundæ, tum ob bonorum ditionumque, quas possidet, amplitudinem, quippe quæ quadraginta urbes, centum & duodecim pagos, sesquimille prædia nobilia ac tredecim millia subjectorum complectuntur. Maximo autem cum applausu exceptus ab omnibus fuit iste *Ramiresii* liber, plurimisque à sequiorum temporum scriptoribus cumulatus elogiis. *Ludovicus* certe *de Salazar & Castro* (ξ) eum vocat *obra grande y de artifice de eminente erudicion;* simul asserens, ipsum primum optimumque ejus argumenti operum luci publicæ datorum esse, ex eoque dein omnes Grandatum candidatos plurima ad exornandam suam telam petiisse argumenta; Idem asserit *Joannes Picon de Leca* in erudita sua ad *Franciscum Morobelli* Epistola, his verbis: *Es una de las doctas, bien escritas y acertadas cosas, que ai en la Lengua Castellana;* ut taceam plura Pellicerii aliorumque hujus operis encomia. (6.)

DON AEGIDIUS RAMIRESIUS DE DAVALOS non alio nobis notus nomine, quam quod *Gundisalvo Argote de Molina*, (ο) qui eum Canonici titulo absque Ecclesiæ mentione insignivit, composuisse memoratur. V.

 TRA-

(ν) Tom. II. in additionibus pag. 314. col. 2.
(ξ) Historia de la Casa de Lara Tom. I. Lib. V. cap. X. §. 9. pag. 399. med.
(ο) In Indice manuscriptorum libro Nobleza del Andalusia præfixo in fine.

(7.) *TRATADIO del linage de Zambrana.* Eſt hæc perantiqua inter Bæticas familia, & ad expugnatores urbis Ubetenſis originem refert, ut paucis nos edocet laudatus modo Argote, qui & illius exhibet inſignia. (ϖ)

VI. ALAVA celebris inter Hiſpanas nobiles familia, quæ ex cognomini Cantabriæ provincia procul dubio oriunda per Navarram, Biscajam & Caſtellæ Regna ſe diffudit, ac claros ſago togaque Viros progenuit; nacta eſt panegyriſten anonymum, qui anno 1567. evulgavit.

(8.) *GENEALOGIA de la Caſa de Alava.* Commentatus ad hoc opus eſt, illudque ad annum usque 1650. produxit inferius laudandus *Ablitarum* Comes *Don Gaſpar Henriquez de la Carra & Alava.*

VII. ALFARO, inclyta ex Aragoniæ oriunda Regno familia, quæ per utramque Caſtellam Giennium usque Hiſpalimque ſe extendit, cujus propagines peculiari hujus lemmatis libello.

(9.) *GENEALOGIA de la Caſa de Alfaro* recenſuit Philippi IV. Regis ætate Anonymus quidam Auctor, idque Salazario noſtro (ϱ) judice, non ſine veritatis diligentiæque laude, unde merito dolendum, ἀνέκδοτον illum in ſcriniis latere curioſorum. Cæterum legi de eadem familia meretur *Argote Molina,* (σ) &, ni fallor, oriundus ex ea eſt, qui nuper ſenatui redituum regio præſidebat, *Don Petrus Aegidius de Alfaro,* primi *Sanctæ Caræ* apud Navarros Vice-Comitis Socer.

VIII. DON ALPHONSUS DE ALARCON ex celeberrima Marchionum de *Trocifal* Comitumque de *Torres vedras* familia oriundus, Conchenſis primum, dein *Ciudad-Rodringenſis* Civitatis-Roderici Eccleſiæ Canonicus varia Hiſtorici æque ac Genealogici argumenti ſcripta luci publicæ expoſuit; Anno namque 1652. emiſit hujus in fronte epigraphes opuſculum:

(10. a.) *INSCRIPCION Sepulcral en la muerte de Don Martin Suarez de Alarcon, primogenito de la Caſa de los Condes de Torres vedras,* id eſt, Epitaphium Martino Suareſio Alarconio, in obſidione Caſtri *San Juan de los Reies* menſe Julio anni 1652. cæſo erectum, cui plura diverſorum Auctorum carmina ac elogia eidem ſuſpenſa adjecit, præfixa *Joſephi Pellicerii,* qui hujus libri idcirco (τ) in ſua Bibliotheca meminit, cenſura. Majoris dein conatus æque ac molis imprimi curavit opus, cui titulum fecit.

COM-

(ϖ) In opere jam citato L. 2. cap. 229. fol 332. a. fin.
(ϱ) In MSCto in præfat. noſtra citato num. 217.
(σ) Nobleza del Andaluſia Lib. II. cap. 27. fol. 163. fin.
(τ) Biblioth. ſuæ fol. 52. num. 98.

COMMENTARIOS de los hechos del Senior Alarcon, Marques de Valle Siciliana y de Renda, y de las guerras, en que se hallo por espacio de cinquenta y ocho annos, escritos por Don Antonio Suarez de Alarcon; quem infra suo loco una cum hoc opere fusius laudabimus. Idem hicce Antonius insigni nostrum Alphonsum elogio alicubi (υ) mactat, eumque brevi asserit esse editurum peculiare opus Genealogicum. (10. b.)

DE LA CASA de los Sennores de Valera, qui ex Heroe jam laudato Ferdinando Alarconio ejusque uxore Joanna Aragoniæ Regia Infante descendunt; Hoc tamen opus idem esse cum Genealogia Commentariis jam recensitis Libro XV. adjecta nullus dubito. (11.)

ALPHONSUS ALVAREZ DE VILLASANDINO Poeta Hispanus floruit circa finem Sæculi XV. & IX.

CANTIONARIUM vulgo *Canzionero* conscripsit, illustrium Hispanorum laudes & facta concelebrans, quo ad Genealogiam rem illustrandam sese inter alios non ineptos versificatores usum fatetur Gundisalvus Argote Molina (φ) Conf. de eodem Nicol. Antonius. (χ) (12.)

ALPHONSUS DE BARAHONA, *Petri de Gracia Dei* (de quo inf. suo loco) Nepos, scripsit de Nobilibus Hispaniæ stemmatibus, eorumque insignibus. X.

ARMAS y linages de Espanna inscriptum opus, cujus autographum, ut videtur, possedit olim Matriti elegantissima *Don Christophori de Zambrana & Villalobos*, Equitis Ordinis Calatravæ, Bibliotheca, ex qua frontispicium libri tale nobis descriptum exhibet Antonius: (ψ) *Aqui comien-" ça el Tratado del presente libro, el qual fabla de las insignias de las armas de" los Cavalleros generosos y Hyosdalgo y de sus blasenes, y a si mismo, de donde" huvieron comienço y assimismo las sennales y banderas &c,"* Ast cum de hoc *Alphonso* sileant reliqui omnes & Bibliologi & Genealogi Hispani, simile autem argumentum pertractarit *Antonius de Barahona* suo loco laudandus, & idem *Petri de Gracia Dei* nepos, quin utrumque non nisi unum eundemque aut certe germanos reputemus fratres non video quid prohibeat. (13.)

DON ALPHONSUS CARRILLO JCtus & in Regia Castellæ Curia Advocatus, elegans scripsit opus Historico-Genealogicum. XI.

(υ) Relat. Genealog. de los Alarcones, Marqueses de Trocifal pag. 261. pr.
(φ) In Indice Manuscriptorum præfixo operi Nobleza del Andaluzia.
(χ) Biblioth. veteris Hispanæ Lib. X. cap XV. §. 853.
(ψ) Biblioth. Hisp. Tom. I. lit. A. pag. 9. a fin.

(14.) *ORIGEN de la Dignidad de Grande de Castilla.* Adjectum illud est *Petri Salazarii de Mendoza* Originibus dignitatum Castellæ secundum editis Matriti anno 1657. videatur encomium hujus operis apud Pellicerium. (ω)

XII. DON ALPHONSUS CARRILLO LASSO DE GUZMAN Apparitor supremus (*Alquazil mayor*) Tribunalis Inquisitionis Fidei Cordubensis, Vir Equestri dignitate conspicuus, à qua haut alienum putavit studio investigandi stemmata nobilia teneri, quin ipse majorum suorumque natalium splendorem publico probaturus typis Matritensibus anno 1639. edi curavit.

(15.) *EPITOME de la descendencia de la Casa de Carillo in 4to*, opus tanto majori certe habendum in pretio, quanto pauciora de tam illustri prosapia typis impressa conspiciuntur monumenta, quin fere unicum idem illud reputatur, &, si Viri Martis potius quam Musarum castra sequentis spectes conditionem, exacte admodum sufficienterque elaboratum est; censore optimo nostro Salazario. (α)

XIII. FR. ALPHONSUS DASEYXAS ex celebri Daseyxarum Xeresiensium prosapia prognatus, Ordinisque St. Hieronymi in Conventu St. Isidori Hispalensis Monachus, Vir ob eruditionis præstantiam inter ordinis sui homines magni semper habitus, inter alia ἀνέκδοτα reliquit.

(16.) *GENEALOGIA de la Casa de Daseyxas*, majorum suorum prosapias integrasque successiones complectens opus. Asservavit illud in scriniis suis *Didacus Daseyxas Ossorius* infra laudandus, ut nos edocuit Don Ferdinandus de Saavedra & Ribadeneira in Memoriali suo. (β)

XIV. DON FREY ALPHONSUS DE FONSECA, Archi-Episcopus Ecclesiæ D. Jacobi Compostellanus, &, ni fallor, Archi-Episcoporum ejus nominis quartus, cujus vitam & magnifica gesta prolixius celebrat *Aegidius Gondalez Davila*, (γ) tantam ex studio Genealogico cepit delectationem, ut propria conscripserit manu integrum sat spissum volumen.

(17.) *HISTORIA de Linages* nuncupatum. Reperiri illud in divite chartaceis documentis Comitum de Lemos penu nos edocuit Clarissimus *Josephus Pellicerius*, (δ) cui, si placet, jungatur *Nicolaus Antonius*.

(ω) In Memoriali de la Grandeza de los Condes de Miranda fol. 71. & in Bibliotheca sua fol. 29. b. fin.
(α) In MSCto sæpius citato num. 75.
(β) Memorial por la Casa de Saavedra fol. 386. b. pr.
(γ) In Theatro de la Iglesia de Sant Jago Tom. I. pag 81. seq.
(δ) In Memorial por D. Miguel de Noronia sobre & Candado de Gyon.

nius. (ε) Coemit etiam illuſtris b. m. Dominus *Hanſen ab Ehrencron* ex ſelectisſima æque ac copioſiſſima B. Lucæ Corteſii, Conſiliarii quondam Regii Caſtellæ Senatus Bibliotheca Theſaurum librorum manuſcriptorum Genealogicorum, quo inter alia continetur *Alphonſi* noſtri *Fonſecæ.*

NOBILIARIO y Libro de armeria de los Grandes de Eſpania; cui adjunctus alius Auctoris Anonymi ſimilis argumenti liber, qui tamen non, ut Fonſecæ, picta ſuis coloribus inſignia exhibet, in prima ejus pagina hæc leguntur: *Eſte Libro, es de Don Alonſo de Fonſeca y de Don Juan Alonſo de Fonſeca Suſobrino.* Eundem autem hunc eſſe cum illo Pellicerii citato vix eſt, quod dubitemus. (18.)

DON ALPHONSUS FRANCISCUS DE GRAGERA. Ecija ex urbe Bætica, oriundus, Equeſtris dignitatis Vir, de patria ſua optime meritus eſt edito hujus tituli libro: XV.

HISTORIA y Linages de la Ciudad de Ecija. Urbis hujus nobiliumque in ea Proſapiarum hiſtoriam & ſucceſſiones ad Philippi usque IV. Regis ævum perducendo. Dolemus autem merito, opus hocce lucem adhuc fugere publicam, & in ſcriniis deliteſcere manuſcriptam, quamvis enim non profundæ eruditionis, ſinceritatis tamen ingenuæque veritatis laudem haud exiguam, vel Salazario noſtro judice (ζ) reportat. (19.)

ALPHONSUS DE LA FUENTE MONTALVAN Toletanus, cujus non aliam, quam ex Thoma Tamajo de Vargas (η) & Nicol. Antonio (θ) dare notitiam queo, quibus varia ſcripſiſſe perhibetur adhuc in Bibliothecis ἀνέκδοτα latentia; Ex eorum numero duo heic allegaſſe ſufficiat opuſcula ad noſtrum collimantium ſcopum. Alterum eſt: XVI.

INDICE a todo genero de Hiſtorias. Opus diffuſiſſimum, ex undecim videlicet formæ maximæ (in fol.) voluminibus compoſitum, & Virorum bello paceque illuſtrium facta æque ac proſapias enarrans. Alterum. (20.)

MEMORIA de los principales linages de Eſpanna, ſus armas y blaſones in 4to itidem ἀνέκδοτον. (21.)

DON FREY ALPHONSUS GARSIAS DE SANCTA MARIA XVII.

(ε) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. lit. A. pag. 19. col. 2. med.

(ζ) In MSCto cit. num. 79.

(η) In libro manuſcripto hujus tituli: *La mayor juncta de libros*, quæ Eſpanna ha viſto en la Lengua Caſtellana haſta el anno de 1624. quem ex inſigni Barberiniorum Bibliotheca Romæ ad uſum habuit Nicolaus Antonius, ipſo teſte.

(θ) Bibl. Hiſp. Tom. I, lit. A. pag. 19. a fin.

RIA SEU DE CARTAGENA, Præsul Burgensis, cujus vitam & scripta prolixius recenset Nicol. Antonius (ι) quæ inter locum habet.

(22.) *GENEALOGIA Regum Hispanorum*; Hæc inter manuscripta Bibliothecæ regiæ Escorialensis aliquoties exstat; idem tamen esse opus cum anacephalæosi Regum Hispaniæ gestorum, quæ sæpius typis excusa prodiit, facile mihi persuadeo. Scripsit & idem rogatu Don Didaci Gomesii Sandovalii Comitis de Castro & Denia insigne opus, quod

(23.) *DOCTRINAL de Cavalleros* nuncupavit. Editum illud fuit Burgis 1487. & iterum 1492. in folio, continetque instructionem nobilium Virorum ad ea, quæ noscere ac facere tenentur ex Legibus olim a Regibus Hispaniæ promulgatis. Sæpius hoc opus nec sine encomio citant Genealogi Hispanici.

XVIII. DON ALPHONSUS GOMESIUS DE CERVANTES, *Joannis de Cervantes* Senatoris Urbis Hispalensis (*Veintiquatro* vulgus vocat) & Regii Corporis Custodis filius, fraterque *Didaci* Equitis & commendatarii Ordinis S. Jacobi, ipse Protonotarius Apostolicus, auctor est libri.

(24.) *GENEALOGIA de la Casa de Cervantes* inscripti & anno 1505. perfecti, ac historiam propriæ auctoris prosapiæ continentis. Non nisi manuscriptus habetur iste liber in curiosorum Bibliothecis, possedit que apographum ejus, qui id opus sæpius in suis operibus citat (κ) *Ludovicus de Salazar & Castro.*

XIX. FR. ALPHONSUS HERNANDEZ Placentinus, in Ordinem Dominicanorum seu Prædicatorum allectus anno 1587. in Conventu Urbis patriæ ejusdemque successu temporis Concionator (ut loqui amant) Generalis, Vir studio inprimis Antiquitatum patriarum, Ecclesiasticarumque sui ordinis addictissimus. Testantur id varia ingenii doctrinæque monumenta nostri publice exposita, quorum integrum struxit Catalogum *Nicol. Antonius* (λ) Ea inter eminet, cujus causa in hanc producitur scenam.

(25.) *HISTORIA y Anales de la Ciudad y Obispado de Plasencia.* Matriti apud *Joannem Gonsalez* 1627. in folio, mediocris crassitiei volumine. Continet autem plurima stemmata nobilium Diœceseos Placentiæ familiarum, vicinorumque provinciæ Extremaduræ locorum; quæ eo majori in pretio sunt apud harum rerum peritos, & pro veris ac genuinis æstimantur,

(ι) Bibl. Hisp. Vet. Lib. X. cap. VIII §. 389. seqq.
(κ) Advertencias Historicas num. 120. pag. 127. fin.
(λ) Biblioth. Hisp. Tom. I. lit. A. pag. 17. col. 1. med.

tur, quod noverint, ea partim Auctori ſuppeditata, partim etiam correcta & adaucta fuiſſe ab eruditiſſimo Olivæ Comite Don *Franciſco Calderone*, Genealogo excellentiſſimo, de cujus laudibus deinceps plura dicemus.

ALPHONSUS HERNANDEZ DE MADRID, Palentiæ natus patre *Petro Gundiſalvi de Madrid*, Cive ejusdem urbis, puer inter alios à *Ferdinando de Talavera* clariſſimo Granatenſium Archi-Epiſcopo pietate literisque imbutus, adultior dein Sacerdos Eccleſiæ patriæ evaſit, ſimulque Archi-Diaconatum *de Alcor* (ut ibidem audit) obtinuit, Vicarius aliquandiu Generalis Epiſcopi ſui *Don Franciſci de Mendoza*. Elogium hominis proſequitur fuſius *Nicol. Antonius* (μ) è quo titulum heic damus elegantiſſimi, quod huc facit, operis. XX.

DE LA antiquedad y nobleza de la Ciudad de Palencia, de ſus fundaciones y deſtruiziones en vezes diverſas, y de ſu inſigne Igleſia, coſas notables, que en ella ay, con los nombres de los Prelados, que en ella han preſidido, y concurrencias ſennaladas, en tiempo de cada uno. Continetur hoc opus duobus Tomis in folio, ſed dolendum, tum quod ἀνέκδοτον lateat, tum quod imperfectum ab Actore relictum fuerit, qui quotidie noviter geſta adjicere ſolebat. Hiſtoricis Genealogisque Hiſpanis vulgo *Hiſtoriæ Palentinæ* nomine venit, ſæpiusque (his imprimis) citatur, unde non pauca de Viris illuſtribus eorumque proſapiis notatu comprehendere digna merito concludimus, ac ob id locum Auctori inter Genealogos lubentiſſime concedimus. Conferatur omnino *Hieronymus Gudiel*, (ν) qui Alphonſum noſtrum *uno de los mui Sennalados Varones en Hiſtorias y antiguedades* ſalutat. (26.)

DON ALPHONSUS LOPESIUS DE HARO patria Guadalajarenſis, nobili & perantiquo ſtemmate prognatus, in Regio Ordinum Equeſtrium Senatu Matriti Miniſter, & demum paulo ante obitum conſtitutus à Philippo IV. Hiſpaniarum Rege Hiſtoriographus, magno ſtudio & exquiſita diligentia congeſſit ſtemmata Regum, Magnatum illuſtriumque Hiſpaniæ Virorum in XXI.

NOBILIARIO Genealogico de los Reies y Titulos de Eſpanna, quod Philippo IV. Regi nuncupatum emiſit Matriti typis tum Ludovici Sanchez Typographi Regii, tum viduæ Ferdinandi Correæ de Montenegro anno 1622. in folio 2. voll. quorum prius Libris quinque Duces, Marchiones, Comi- (27.)

(μ) Biblioth. Hiſp. T. I. lit. A. pag. 18. col. 1.
(ν) Compendio de los Girones fol. 10. b. med.

Comitesque ab Henrico II. Joanne I. Henrico III. Joanne II. & Henrico IV. Castellæ Regibus creatos, posterius reliquos à Ferdinando & Elisabetha Regibus Catholicis, Carolo V. Imperatore, Philippisque II. & III. Regibus evectos totidem libris complectitur. Exstant hujus operis præter edita typis exemplaria passim in Bibliothecis Hispaniæ apographa manuscripta partim absque, partim cum insignibus nitide coloribus expressis. Tale unum ex B. *Lucæ Cortesii* eleganti Bibliotheca coemtum secum in has oras attulit Illustris *Hansen ab Ehrencron* præst. memoriæ. Vix autem luce publica frui cœperat nobiliarium hocce, cum statim plures experiri censuras, & cum adversa conflictari fortuna necesse habuit; Non enim solum ob plurimos, quibus scatet, errores & parachronismos acrem celebriorum in hoc studio Virorum, puta *Francisci Morobelli de Puebla*, *Joannis Picon de Leca*, *Josephi Pellicerii* aliorumque censuram incurrit, sed & peculiari Senatus Regii Castellæ Decreto, jussu & auspiciis *Don Didaci de Rianno* ejusdem Præsidis statim anno sequenti 1623. publicis typis impresso, omnis huic operi in Judiciis Tribunalibusque fides abrogata est. Testantur id *Nicol. Antonius* (ξ) & *Ludovicus Salazar de Castro* (ο) quorum & hic imprimis insignis in *Stephani Garibayi* manuscripta Genealogica plagii reum agit *Harum* nostrum; oculis quippe propriis se deprehendisse asserit, eum ex operibus Garibayanis meliora sua petiisse omnia, & quandoque integras totidem verbis paginas (id quod imprimis in stemmate Marchionum *del Vasto* & *Pescara* factum ait) exscripsisse, nulla uspiam vel verbo Garibayi mentione facta. Præter vastum illud de Regibus Magnatibusve opus Haro noster aliud majoris aut certe paris conatus molisque animo volvit, ac collegit.

(28.) *NOBILIARIO Genealogico de las Casas Solariegas de Espanna*: Reliquas illud Hispaniæ familias nobiles nullis honorum titulis distinctas exhibiturum erat ordine alphabetico; Specimenque jam rei Auctor annexuerat Libro X. nobiliarii sui typis impressi, aliquot familiarum, e. gr. *Recalde, Zarate, Arostegui, Pascal,* & *Corral* successiones & insignia exhibens, ultimam tamen, morte præventus, ei imponere manum nequivit, nec typis publicis præterea quidquam ejus edidit. Manuscriptum ab Auctore relictum *Don Petrus de Rojas Mouræ* Comes inferius celebrandus harumque rerum curiosissimus in scriniis asservasse suis, dum viveret, dicitur, lau-

(ξ) Biblioth. Hispan. Tom. I. lit. A. pag. 26. col. 2. med.
(ο) In Præfat. libri; Advertencias Historicas.

laudantque, quos vidiſſe oportuit, *Joſephus Pellicerius* (π) & *Antonius Suarez de Alarcon.* (ρ) Præterea & ſigillatim elucubravit *Harus* noſter ſtemmata quædam nobilia, ediqué curavit æri inciſa, ut

ARBOL Genealogica de la Caſa de Vera; item (29.)

ARBOL Genealogica de la Caſa de Mendoza, inſignis magnitudinis ære (30.) exſculpta & typis publicis edita. Latent tamen adhuc Manuſcriptæ plures aliæ Arbores Genealogicæ, ſpeciatim, quæ à ſequioribus laudatur Genealogis.

GENEALOGIA de los Sennores de Grimaldo de la Caſa de Trejo, &c. (31.)

ALPHONSUS MALDONATUS, qui, niſi me omnia fallunt, idem XXII. eſt, cujus meminit in Hiſtoria Collegii Veteris Salmanticenſis Franciſcus Ruiz de Vergara & Alava, (σ) qui eum ex Segobienſi oriundum Diœceſi, Juris Canonici Baccalaureum & in prædictum D. Bartholomæi Collegium d. 23. Januar. 1486. adlectum ſocium, dein ducta Uxore Civem Salmanticenſem factum aſſerit. Scriptis *VITAM proſapiamque Don Al-* (32.) *phonſi de Monroy*, penultimi Ordinis Equeſtris Alcantaræ Magiſtri, Genealogiamque domus Monroianæ à primordiis ad Ferdinandi usque Catholici ævum in eo perduxit. Præfixa ea cernitur Appiani Alexandrini Commentariorum de bellis Civilibus Libris 5. quos Maldonatus noſter ex Græco latinove in vernaculum ſermonem verſos dicto Monroio nuncupaverat. Lucem quidem publicam id opus non adſpexit; manuſcriptum tamen olim inter κειμήλια Bibliothecæ Comitis Ducis Olivarienſis vidit *Nicol. Antonius.* (τ) Edocet nos etiam *Ludovicus Salazarius de Caſtro* (υ) eandem Genealogiam Monroianam dein à Patre *Didaco de Vargas* inferius recenſendo ad ſæculi usque XVII. principium eſſe deductam. Utitur Maldonati noſtri ſuffragio inter alios quoque Genealogos *Petrus Hieronymus Aponte* (φ) ALPHONSUS MARANNON DE ESPINOSA. vid. infra *Petrus Marannon.*

DON ALPHONSUS DE NOVA SEU NOBA (quem *Antonius* (χ) *Frey* id eſt Eccleſiaſtici Ordinis, *Ferdinandus* vero de *Saave-* XXIII.

(π) In Memoriali por Don Fernando de los Rios fol. 13. num. 56.
(ρ) In ſuis Relationibus Genealogicis pag. 311. col. 2. med.
(σ) In lib. Vida de Don Diego Anaya y Hiſt. del Colegio viejo de Salamanca fol. 145. num. 181.
(τ) Biblioth. Hiſp. T. I. pag. 27. col. 2. m.
(υ) In MSCto cit. num. 121.
(φ) In Genealogico ſuo opere Tit. de la Caſa de Monroy.
(χ) In Biblioth. l. c.

dra (ψ) *Don* ſeu politici ſtatus virum ſalutant) nobis cætera ignotus, ſcripſiſſe perhibetur.

(33.) *HISTORIA del Reino de Galicia*, quæ ἀνέκδοτος adhuc latet, & plurima de nobilium Gallæciæ Regni ſtemmatum hiſtoria continet notatu digna, unde ſæpius Joſepho Pellicerio aliiſque Genealogis citatur.

XXIV. DON ALPHONSUS NUNNESIUS DE CASTRO, patre natus Medico & *Joannis* primum *Telleſii Gironii* Oſſunæ Ducis, poſt Philippi IV. Regis Archiatro, Clericus & Hiſtoriographus Regius varia Hiſtorici æque ac Genealogici argumenti opuſcula edidit, quæ inter ſequentia notamus:

(34.) *ESPEJO Cryſtallino de armar para Generales valeroſos, de deſenganos para Chriſtianos Principes, hiſtoriada en la ſerie Hiſtorial y panegyrica de los Heroes Auguſtos, que iluſtraron las dos familias de Gironeſy Pachecos*; hoc eſt uno verbo: *Hiſtorica Heroum ex Gironia & Pacieca gente Panegyris.* Matriti anno 1648. in 8vo libellus exiguæ molis, nec majoris momenti precii, quem altioris certe indaginis opus eſt.

(35.) *HISTORIA Eccleſiaſtica y ſeglar de la Ciudad de Guadalaxara.* Matriti impreſſa typis *Pauli del Val* anno 1658. (alibi legitur & rectius 1653.) in fol. Manuſcriptum illud hoc titulo inſignitum: *NOBILIARIO y Libro de Armena de la Ciudad de Guadalazara y linages de ſu palacio, eſcrito por Don Alonſo Nunnez de Caſtro y por Don Luis de Zapata en ſu Carlos famoſo*, & cum inſignibus nitide pictis ex ſelecta B. Corteſii Bibliotheca inter alia ſimilis argumenti volumina Matriti anno 1702. cœmit Illuſtris nunc Beatus Dominus *Hanſen ab Ehrencron.* Verum nec minimam Hiſtorici hujus elegantiſſimi operis particulam ex Nunneſii noſtri de Caſtro penu proveniſſe indice *Salazario* (ω) novimus, qui totam *Ferdinando Pechæ* Jeſuitæ infra ſuo loco laudando deberi aſſerit. Porro & Auctorem agnoſcit Caſtrum noſtrum Liber alius Hiſtorico-Politicus.

(36.) *SOLO MADRID es Corte y el Corteſano de Madrid.* Bipartitum opus, cujus anterior pars urbis aulæque Matritenſis ut & Regiminis Hiſpanicæ Monarchiæ politici aliquam ſiſtere conatur faciem, (rectius umbram dixeris;) poſterior politicas virtutes ſectatur aulico neceſſarias. Ternas jam anno 1675. viderat orbis libri iſtius editiones, quo Matriti ſumtibus *Antonii Rieri & Tejada* typis *Rochi Rici de Miranda* in 4. prodiit, nuncupatus ab Auctore Don *Ferdinando Valenzuelæ*, Marianæ Auſtriacæ Hiſpania-

(ψ) Memorial de Saavedra fol. 67.
(ω) In MSCto ſuo num. 84.

ſpaniarum frena gubernantis ſupremo ſtabulario & arcanorum conſcio Miniſtro; cujus majores proſapiamque à *Lupo* inde *Sanctii* primo oppidi *Valenzuetæ* in Cordubenſis Regni finibus ſiti Domino Ferdinandique III. ſeu Sancti Regis Camerario deductam ſuccincte inibi explicavit Auctor. Præter hæc *Nicolao* quoque *Antonio* (α) laudata ſcripta plura adhuc exſtant alia, quæ Nunneſii noſtri nomen profitentur, ut

LA CORONICA de los Sennores Reies de Caſtilla, Don Sancho el Deſſeado, Don Alonſo el Octavo, y Don Enrique el primero, en que ſe refiere todo lo ſuccedido en los Reinos de Eſpanna desde el anno de 1136. haſta el de 1217. Matriti ſumtibus Antonii de Riero & Tejada, typis Pauli del Val 1665. in fol. In hoc opere Auctor plurium Familiarum, Virorumque, qui illo ævo armis ſanctitate literisque vixere inclyti, notitias ſuppeditat, teſte peculiari, qui in fine cernitur, cognominum & familiarum Indice; Inſcripſit illud Garſiæ de Avellaneda & Haro, Comiti de Caſtrillo, & in Epiſtola nuncupatoria ejus majorum aliquam licet breviſſimam celebravit memoriam; Adjecit autem ipſi operi folio 311. & ſeqq. integram omnium ex virili Alphonſi VIII. Regis ſtirpe deſcendentium Familiarum Genealogiam, adjecta poſt pag. 346. appendice Apologetica, qua probatum ivit, Infantem *Alphonſum Ferdinandi* vulgo *el Ninno* (ſeu infans) cognominatum, quem Comes *Don Petrus de Bracelos*, ex eoque alii ſpurium Alphonſi ſapientis Regis credidere, legitimum Ferdinandi Sancti Regis fuiſſe Filium; Regis hujus virtutes vitamque Auctor noſter etiam peculiari libro. (37.)

LA VIDA de San Fernando el III. Rey de Caſtilla y Leon, ley viſa de Principes perfectos, deſempenno de los preceptos mas ſeveros, conque eſtrecharon à ſus Principes ſubditos, politicos y Eſtadiſtas &c. Inſcripto Matriti apud viduam Franciſci Nieto ſumtibus Franciſci Serrano excuſa 1673. in 4. explicuit; & in Epiſtola ejus nuncupatoria ad Gaſparem Tellez Gironium, quintum Oſſunæ Ducem directa hujus exhibuit arborem Genealogicam. Porro & idem noſter Viri Clariſſimi Don *Didaci de Saavedra Fajardo* celebre opus. (38.)

CORONA Gothica Caſtellana y Auſtriaca inſcriptum continuandum ſibi ſumſit, idque aliquot in 4to editis voluminibus perfecit, in quibus plurima, Regum imprimis, & ex eorum ſanguine deſcendentium Magnatum ſtemmata expoſuit. Tandem & Salazarius (β) nos edocet, plurima Alphonſum noſtrum elucubraſſe adhuc Genealogica opuſcula, Memoria- (39.)

(α) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. lit. A. pag. 30. col. 2. m.
(β) In MSCto ſuo num. 115.

morialium seu supplicum libellorum habitu induta, ex iisque recenset, quæ ipse possedit, solum sequentia:

(40.) *MEMORIAL Genealogico de la Casa de Origuela;* Hæc familia forsan ex oppido cognomini *Orihuela* Valentiæ regni oriunda per Castellam, Aragoniamque (e cujus oppido *Teruel* ortum quondam traxerat Don *Gaspar Sanhez de Orihuela,* Caroli V. Imp. Secretarii) Cordubam usque & inde in Indiam occidentalem translata est, *Ocarizio* teste (γ) qui & fusius eandem explanavit.

(41.) *MEMORIAL del Marques de Celada, Don Luis Francisco Mauritio de Cordova* &c. qui post septimus evasit Marchio de Pnego, & Dux Feriæ.

(42.) *MEMORIAL del Sennor de Fuerteventura,* quæ una est Canariensium Insularum, & una cum Marchionatu Lanzarotæ ad Duques de Estrada, inclytam inter Hispanicas familiam, pertinet, deindeque ad Saavedras transiit.

(43.) *MEMORIAL del Marques de Navahermosa;* est is ***Don Joannes de Feloaga;*** de quo alibi dicendi locus erit.

(44.) *MEMORIAL de Don Nunno de Villavicencio* &c. Addit autem Salazarius, in omnibus istis libellis nihil fere quidquam contineri, præter ea, quæ subministrari Nunnesio ex scriniis supplicantium potuere.

XXV. FR. ALPHONSUS RAMON aliis REMON latine RAYMUNDUS, ex opidulo *Vara del Rey* Conchensis Episcopatus oriundus, cum jam Theologiæ Doctor esset renunciatus, Ordini Monastico Fratrum B. Mariæ Mercenariorum, qui ad redimendos captivos Christianos Turciam Barbariamque obeunt, se associavit, Vir, ut Nicolai Antonii ad„scribam verba, (δ) varia doctrina multiplicique eruditione perpolitus, „ingenio facili, & ad cudenda librorum monumenta, uti quæque res in„vitaret, præparato, Evangelicus insuper Sacrarum concionum artifex „non inelegans, suæque Religionis Chronographus; Plurima conscripsit, quæ apud eundem annotata leguntur, opuscula; ex quorum numero huc quadrant sequentia:

(45.) *VIDA de Don Fernando de Cordova y Bocanegra* (cujus posteri hodienum titulo & honore Marchionum *de Villamaior* superbiunt) Matriti anno 1617. in 4to item

(46.) *DECLARACION elogica y apologetica del Contestable de Castilla* (is, ni fallor, erat *Joannes Fernandez de Velasco*, septimus Castellæ Connestabi- iis,

(γ) Nobiliario Indico Tom. II. arbore 10ma princ.
(δ) Biblioth. Hispan. Tom. I. lit. A. pag. 33. col. 2. med.

lis, sextusque Dux de Frias) itidem Matriti excusa in 4to. Quin & huc merito refertur morale illud & eximium Raymundi nostri opus, quod inscripsit.

CASA de la razon y el desenganno. Matriti 1625. in 4to. In hujus enim præfamine clarissimæ *Valdesiorum* familiæ Genealogiam fuse & peraccurate explicuit, plurimam ob id laudem commeritus à *Roderico Mendez Silva* (ε) ut & *Don Sanctio de Doriga & Valdes* (ζ) qui maximam Ramoni nostro, ob eximia, quibus usus est, documenta, fidem merito adscribunt. (47.)

ALPHONSUS RUIZ (quod idem est ac Roderici filius seu *Rodriguez)* DE LAS CUEVAS nobis cætera ignotus, *Josepho Pellicerio*, ex eoque *Nicolao Antonio* (η) scripsisse dicitur. XXVI.

GENEALOGIA de los Marqueses del Vasto y de Pescara. Claret hodienum ex illustri inter Neapolitana hoc Davalorum Hispanicorum stemmate Don Cæsar Michael Angelus Davalos de Aquino, Aragon & Carafa, Marchio de Pescara & del Vasto, Princeps Francavilæ, & Urbis Iserniæ, Comes de Monte Odorisio, Scerno, Pollutro, Casace Bordino, Gisso, Liscia, Lentiola, Casalanguida, Guilmo, Furco, Collemedio, opidorumque Alphonsina & Capello, Dominus Insularum Prochitæ, Binaræ & Sancti Martini, Serræ, Capriolæ & Chieuti, Urbis Lanxani ejusque opidorum, Sanctæ Mariæ, Petræ Constantinæ, Stanazzi, Mozzagrognæ & Scorciosæ, Dux Montis nigri, Montis Itilii & Montis belli, Dominus Castri Taureno, & urbis Campomarano, Baro de Diliola & Feudo Riporso, Gubernator perpetuus Castri, Urbis & Insulæ Ischiæ, Generalis Equitum Cataphractorum, Dominus totius Domus Davalos, Eques aurei velleris, bis Hispaniæ Grandis, & ob præstita Cæsari in Neapolitano Regno servitia die 16. Decembris anni 1701. Generalis Campi Marescallus creatus. Exhibet cæteroquin etiam integrum ejus stemma Illustris Imhofius, (θ) ad quem remittere Lectorem fas est. (48.)

ALPHONSUS DE SANCTA CRUCE (vulgo SANTACRUZ) Hispalensis, Mathematicus celeberrimus, & à Carolo V. Imperatore constitutus Archi-Cosmographus Regius, munere etiam Historiographi sub Philippo II. Rege functus, in urbe patria sedem habuit, ibique Naucleros remi- XXVII.

(ε) In lib. Origen de la Casa de Valdes passim, inprimis pag. 4. a.
(ζ) Memorial por Don Rodrigo Ordonno de Asturias pag. 66. a. lit. Ss.
(η) Loc. cit. pag. 35. col. 2. med.
(θ) Historiæ Genealogicæ Ital. & Hispan. vol. 2. fol. 145. seqq.

remigesve, antequam ad navigationem Atlanticam admitterentur, ad examen vocavit; Vir alias fuit (si lævam & Viro bono ac sapiente indignam, quam de incomparabilis *Zuritæ* Annalibus Aragonicis publicavit, censuram (ι) excipias) famæ integerrimæ, & insignibus mactatus ab *Alexio Vanegas* (κ) & *Didaco Sanctii Portocarrero* (λ) elogiis. In Stadio quoque Genealogico strenuum se gessit, monumentum relinquens eximium, hoc insigne titulo,

(49.) *NOBILIARIO de Linages de España.* Typis illud quidem publicis non est editum, sed tamen manuscriptum in curiosis delitescit scriniis, & plura ejus apographa exstant, ut ex frequentioribus Clarissimorum Genealogorum, qui illo in scriptis suis non sine honorifica Auctoris mentione usi sunt, citationibus apparet; Videantur modo *Gundisalvus Argote Molina*, (μ) Sanctius de Doriga & Valdes (ν) Franciscus Ruiz de Vergara & Alava, aliique. (ξ)

XXVIII. ALPHONSUS DE SANCTA MARIA SEU DE CARTAGENA Episcopus Burgensis, cujus vitam & scripta exacte enarrat Nicolaus Antonius in Bibliotheca veteri scripsit.

(50.) *GENEALOGIAM Regum Hispaniæ*, quæ tamen, nisi diversum ab *Anacephalæosi Regum Hispaniæ*, quæ Historiam magis quam Genealogiam sapit, opus est, vix aliquem heic meretur locum. (vid. supra XVII. 22.)

XXIX. DON ALPHONSUS TELLEZ DE MENESES, *Francisci Tellez* & *Elisabethæ Menesiæ* Filius, nobilis Toletanus, & patriæ urbis *Juratus* (quasi Prætorem dicas,) duo volumina de nobilibus Hispaniæ Stemmatibus congessit in folio, sub hoc titulo.

(51.) *LUZERO, (ô Espejo) de nobleza;* varie enim inscriptum legitur, opus hoc, quod non nisi manuscriptum per curiosorum manus vagatur; & elegans ejus ex Cortesiana coemtum Bibliotheca in has olim adportavit oras exemplar *B. Ehrencronius.* Magni autem imprimis æstimatur ob multa, quæ continet, Apontio reliquisque neglecta, quamvis ad hujus ἀκρίβειαν diligentiamque non accedat, & quandoque confuse valde inordinateque stem-

(ι) De hac vid. omnino Dormer elogios de Zurita L. 2. c. 3. §. 2. seq. & auctores ibi citatos.

(κ) Differencia de libros del universo cap. 19. & 29.

(λ) Historia de Molina y lista Real &c. §. 21. fol. 258.

(μ) Indice de los manuscritos præfixo Nobiliario del Andaluzia, circa fin.

(ν) Memorial de la Casa de Asturias fol. 58. a. m. & fol. 68 a m.

(ξ) Geneal. de la Casa de Vergara Hist. Collegii S. Bartholomæi Salmentini adjecta p. 51. num. 32.

ſtemmata pertractet, lineas, nomina, matrimonia liberosque commiſcendo, id quod præcipue circa *Saavedranum*, *Ulloanumque* ſtemmata factum fuiſſe conqueritur *Ferdinandus de Saavedra*, (*o*) qui & alibi (ϖ) nos edocet, aſſervari in ſcriniis D. *Petri de Rojas Mouræ* Comitis aliud *Meneſii* noſtri, idque plurium voluminum ſat amplum opus.

HISTORIA del Principado del Orbe inſcriptum, quod plurima fertur continere documenta Genealogica. (52.)

FR. ALPHONSUS VASQUEZ DE MIRANDA, Zanoræ Regni Legionenſis urbe natus, Ordinis B. Mariæ Mercenariorum, qui captivos à Barbaris redimunt, ſodalis, poſt varia munia domeſtica, (quæ inter Cathedra Theologiæ primariæ in Univerſitate Complutenſi) publicis, politicis æque ac militaribus rebus intereſſe juſſus eſt, primum quippe *Gomeſio Figueroæ*, *Feriæ* Duci, qui & Catalanis & Inſubribus aliquando Pro-Rex, & Hiſpano contra Suecos in Alſatia exercitui Dux præfuit, poſt & *Didaco Meſſiæ Guzmanno Leganeſii* Marchioni, ac in Pedemontio, Monte Ferrato, Cataloniaque Generali militum Præfecto ſedulam navavit operam, quin & aliquando cum *Joanne Crojo* Comite *Solſenſi* in Poloniam miſſus Regii Legati munere functus eſt; tandem anno 1634. cum à Duce Feriæ ex Germania rediiſſet, divitem Sanctæ Anaſtaſiæ in Siciliæ Regno Abbatiam obtinuit, cujus reditus Matriti ob dignitatis ſuæ prærogativam extra clauſtra ſodalium degens, tituloque Concionatoris Regii & Conſiliarii in ſupremo rerum Italicarum Senatu (quem tamen nunquam ingreſſus eſt) inſignis conſumſit, ibidem repentina morte exſtinctus menſe Februario 1661. ſeptuagenario proximus. Plura de hoc Viro, ejusque ſcriptis (quorum certe haut exiguus eſt numerus) ſcire cupiens adeat *Antonium* noſtrum, (ϱ) *Didacum* item *Joſephum Dormerum* (σ) ac *Ludovicum de Salazar & Caſtro*, (τ) qui inprimis Mirandæ noſtri. XXX.

NOTAS MARGINALES ad editum olim à Clariſſimo *Prudentio Sandovalio* opus *Coronica de los cinco Obiſpos* in fol. quas manuſcriptas poſſedit, permagni fecit, Alphonſumque hunc Vasquez Judicio Hiſtorico excel- (53.)

(o) Memorial de la Caſa de Saavedra fol. 81. b. lit. (L.)

(π) ibidem fol. 22. b. & fol. 73. b.

(ϱ) Biblioth. Hiſpan. Lit. A. pag. 41. col. 1. m.

(σ) Progreſſos de la Hiſt. de Aragon pag. 340. col. 2. §. 39. qui eundem vocat *perſona de grandes letras, conocimiento y experiencias politicas.*

(τ) Hiſt. Geneal. de la Caſa de Lara Tom. I. Lib. II. cap. 2. pag. 49. m.

celluiſſe ex iis facile deprehendit. Inprimis vero peritis harum rerum laudatur illud, quod alieno, Aialæ nempe Comitis nomine noſter edidit Genealogicum opus talem præ ſe ferens titulum:

(54.) *MEMORIAL que dio al ſu Mageſtad el Rei Don Felipe IV. nueſtro Sennor Don Fernando de Ayala Fonſeca y Toledo, Conde y Sennor de la Caſa de Ayala, Gentilhombre de la Camara de Su Mageſtad, Su Virrey y Capitan General del Reino de Sicilia, y del Conſejo de Eſtado y Guerra &c. por la Grandeza y Cobertura de ſu perſona y Caſa.* Matriti 1651. in fol. Unanimi illud voce celebrant Hiſpani Genealogi, quorum illuſtrem ſaltem ſufficiat allegaſſe trigam, *Joſephum* puta *Pellicerium,* (υ) *Philippum de Gandara* (φ) & *Ludovicum de Salazar & Caſtro.* (χ)

XXXI. ALPHONSUS DE VILLADIENGO, JCtus Clariſſimus, quem prolixius jam in Themide noſtra laudavimus (ψ) ob præclarum opus.

(55.) *COMMENTARIUM in Forum Gothicum (Fuero Juzgo)* heic iterum memorandus venit; nuncupavit enim Commentarium illum Matriti 1600. fol. editum *Joanni Zunnigæ*, Mirandæ Comiti, Philippi III. Regis Status Conſiliario, & Senatuum Caſtellæ ac Italiæ Præſidi, ejusque in gratiam Catalogo Regum Navarræ operi illi præmiſſo inſeruit integrum *Zunnigarum Mirandæ Comitum* ſtemma, adjectis & eorundem inſignibus æri inſculptis.

XXXII. ALPHONSUS DE VILLAFANE SEU VILLAFANNA Gallæcus absque dubio, quippe de hujus Regni nobilitate optime mereri cupiens, origines ſtemmatum curioſius ivit inquiſitum, easque à Suevorum inde Gothorumque Regum, *Ariamiri* puta & *Flavii Egicæ* ævo repetiit in libro peculiari hujus lemmatis.

(56.) *ORIGEN de la nobleza de Galicia*, qui lucem publicam adhuc fugit, & ἀνέκδοτος in quibusdam latet Bibliothecis; Uſus eo eſt, qui ſæpius meritisque cum Auctoris laudibus illum citat in eleganti ſuo Gallæciæ Nobiliario, Fr. Philippus de Gandara (ω) quamvis anilibus eum fabulis ſcatere perſpicaciores facile advertant.

XXXIII. P. ALVAROS CIENFUEGOS, Societatis Jeſu, Philoſophiæ Magiſter, & Academiæ Salmanticenſis Profeſſor, ac inter Hiſpanos hujus

ævi

(υ) Biblioth. ſuæ fol. 35. a. in. n. 67. & fol. 153. fin.
(φ) Nobiliario de Galicia Lib. III. cap. I. fin. pag. 299. col. 1. fin.
(χ) Advertencias Hiſtoricas pag. 71. pr. n. 78.
(ψ) Themid. Hiſpan. Sect. I. §. 18. & ſect. 5. §. 19.
(ω) Parte I. Lib. II. cap. XII. pag. 173. col. fin.

ævi Poetas fere primus, Borgianum ſtemma aliqua ex parte illuſtratum dedit in eximio illo opere, quod Matritenſibus typis anno 1702. in folio prodiit ſub hac epigraphe:

LA VIDA, virtudes y milagros del grande Santo Franciſco de Borja, antes Duque quaeto de Gandia, y tespues tercero General de la Compannia de JESUS, (57.)

DON ALVARUS FERREIRA DE VERA, Olyſſipone Luſitaniæ nobili familia natus, Matriti vixit ſervitiis Philippi IV. Regis addictus, & præter alia critica politicaque opuſcula, quorum ſeries apud *Nicolaum Antonium* (α) proſtat, etiam Genealogica nonnulla in lucem edidit, videlicet. XXXIV.

ANNOTACIONES al Nobiliario del Conde D. Pedro de Bracelos quas magni æſtimant harum rerum periti ſæpiusque dilaudat Salazarius; (β) Porro & publicavit, (58.)

ORIGEN da nobreza politica, blaſonnes de armas, apelhidos, cargos è titulos nobres; qui liber vernacula Luſitanis Lingua conſcriptus, & Olyſſipone ao. 1631. in 4to editus Luſitanas nobiles familias, earumque inſignia complectitur, &, ſi *Salazario de Caſtro* (γ) fides, magna cum accuratione elaboratus eſt; quamvis & eodem cenſore (δ) multa inibi ob non viſa Ferreiræ Caſtellæ Regnorum Tabularia reprehenſione digna reperiantur. Tandem & (59.)

GENEALOGIA de la Caſa de Contreras Veram noſtrum Auctorem agnoſcit, quæ æque ac aliæ plures ab ipſo elaboratæ arbores Genealogicæ manuſcriptæ magno cum applauſu per curioſorum manus feruntur. Conferantur & elogia Veræ noſtri apud *Gandaram* (ε) & *Antonium Suarez de Alarcon*, (ζ) cui *el noticioſo Autor de las familias de Portugal* audit. (60.)

ALVARUS GOMESIUS DE CASTRO oppidulo Sanctæ Eulaliæ agri Toletani natales debet, Compluti didicit docuitque Liberalium Artium Magiſter literas latinas & græcas in Collegio Sancti Ildephonſi, cujus in ſocietate magnam ætatis partem transegit, donec à Bernardino Sandovalio Archi-Epiſcopo Toletum ad ornandam in noviter a ſe erecta XXXV.

 ſchola

(α) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. lit. A. pag. 46. col. 1. fin.
(β) Geneal. de la Caſa de Lara paſſim.
(γ) In MSCto ſuo ſæpe citato num. 1. & 51.
(δ) Advertenc. Hiſtoricas pag. 332. num. 269. ſeqq.
(ε) Nobiliario de Galicia Lib. III. cap. XVI. pag. 396. pr.
(ζ) Relaciones Genealogicas de la Caſa de Suarez de Alarcon pag. 83. col. 1.

ſchola eandem Cathedram ac docenda Rhetoricæ artis præcepta evocaretur, ubi & ad annum usque 1580. quo 65. annorum ſenex mortalitatem exuit, hæſit. Præcipuum inter publicæ luci ab eo data ingenii monumenta dubio procul eſt.

(61.) *HISTORIA de rebus geſtis Franciſci Ximenii S.R.E. Cardinalis & Archi-Epiſcopi Toletani.* Compluti apud Andream de Angulo 1567. in fol. & Francofurti ſemel 1581. ac iterum in Hiſpania illuſtrata ibidem edita. Immiſcuit huic operi Auctor perquam multa de antiqua ac nobili inter Hiſpanos *Ciſnerorum* gente notatu digna, ſimul & aliarum familiarum, earumque celebrium ſurculorum haud raro celebravit memoriam; ſed & præterea ad noſtrum facit inſtitutum, aliud Alvari opus eximium.

(62.) *ANTIGUEDADES de la nobleza de Toledo* inſcriptum, Familiarum nempe Toletanarum nobilium ſyſtema. Eo magis autem ab orbe literato deſideratur ejus adhuc ἀνεκδότε editio, quo magis is de Auctoris in hoc ſtudiorum genere præſtantia & accuratione perſuaſus eſt. Uſus illo olim fuit *Gundiſalvus Argote Molina*, qui citat, (η) cui jungi meretur, qui Gomeſii ſcripta & vitam plenius enarravit, *Nicol. Antonius*. (θ) Adſcribitur porro & noſtro.

(63.) *LA GENEALOGIA de San Iſidoro, con la declaracion del grado de conſanguinidad, quæ con los Reies de Eſpanna tiene.* Hic liber itidem ἀνέκδοτος aſſervatur in ſcriniis Regiæ Eſcorialenſis Bibliothecæ. (ι)

XXXVI. DON ALVARUS DE LUNA, Dominus oppidorum *Cornago*, *Juvera*, & *Egea* cum territorio ejus, Præfectus *(Alcayde)* urbis Lucronienſis *(Logronno)* in Caſtella veteri, ac famoſiſſimi olim Caſtellæ Condeſtabilis Don *Alvari de Luna* poſterorum unus pro Tituli Caſtellæ honoribus obtinendis anno 1630. Philippo IV. Regi obtulit ſupplicem libellum.

(64.) *MEMORIAL de ſu Caſa y ſervicios perſonales*, quem cenſura *Don Thomæ Tamajo de Vargas*, (cui vere partus iſte debetur) munitum eod. anno in fol. 5. plagulis typis curavit imprimi.

XXXVII. DON ALVARUS PERESIUS DE TAVORA Dominus domus de Caparica nobilis Luſitanus, proprii ſtemmatis Genealogiam conſcripſit, quæ tamen typis excuſa non prodiit, ſed in ſcriniis curioſorum manuſcripta latet. Vidit eam, qui ſæpius cum Auctoris laude citat, Don Antonius Suarez de Alarcon (κ) Titulus vero libri eſt.

GE-

(η) In Indice MSCtorum nobiliario del Andaluſia præfixo.
(θ) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. lit. A. pag. 47. b. pr.
(ι) Pluteo M. Ord. 3. num. 20.
(κ) In Relatt. Genealog. Marchionum de Trocifal &c. in præf.

GENEALOGIA de los Tavoras de Portugal. Confer, quæ infra ſub (65.)
Roderico Laurentio de Tavora hoc de opere dicentur.

DON ALVARUS DE PINNA ET ROJAS ex *Caſarrubios de* XXXVIII.
Monte Archi-Epiſcopatus Toletani oppidulo oriundus, nobis haut alio cognitus, nec in hanc perducendus ſcenam titulo, quam quod *Nicolao Antonio* (λ) inter alia dicatur exaraſſe.

APOLOGIA acerca de los Linages, quod opus una cum biga opuſcu- (66.)
lorum Chronologicorum ipſius manuſcriptum diliteſcere aſſeritur.

AMATUS CENTENO (non, ut Antonio audit, AMARUS) ex XXXIX.
montanis Regni Legionenſis partibus oriundus, ex oppido nempe ſenabria, edidit Cordubæ ap. Didacum Galvan anno 1595.

HISTORIA de las coſas del Oriente, in 4to plagulis 36. nuncupavit- (67.)
que Licenciato Alphonſo Nunneſio de Bohorques, ſupremi Regii Senatus Conſiliario & Officii Inquiſitionis Fidei Senatori, de cujus ſtemmate *Bohorquiano* plura illic annotavit notatu digna.

AMBROSIUS MONTESINOS SEU DE MONTESINO, Cle- XL.
ricus, Presbyter, Beaciæ (*Baeza*) in Bætica natus, anno 1566. conſcripſit de recuperata a Mauris per Ferdinandum III. Caſtellæ Regem urbe patria opus ſic inſcriptum.

COMMENTARIO de la Conquiſta de la Ciudad de Baeza y nobleza de ſus (68.)
Conquiſtadores, & Don Alphonſo de Carvajal, ſeptimo oppidi Xodar Domino dedicatum. Authenticum ejus exemplar, manu propria Auctoris in fine ſignatum poſſedit olim infra laudandus *Don Martinus de Ximena*, qui ſæpius ejus in eleganti ſuo Annalium Eccleſiaſticorum Giennenſis Epiſcopatus opere meminit, (μ) unaque aſſerit, Auctorem jam anno 1571. ab Ordinario Cenſore Hiſpalenſi licentiam typis publicis id opus ſubjiciendi obtinuiſſe, quo fato tamen neſcio adhuc lucem publicàm fugit. Inprimis autem commendatur ob nobilium Virorum, qui iſti interfuere expeditioni, ſtemmata (majores, poſterosque) per peculiares cujusvis ſectiones explicata; plerumque veſtigia preſſit Gundiſalvi Argote de Molina, inſimul trecentorum nobilium, quibus laudatus Rex Beaciam Ubetamque urbes incolendas diſtribuit, quosve vulgo *Pobladores* vocant, prolixam celebravit memoriam.

AMBROSIUS MORALES Cordubæ, in domo vulgo Senecarum XLI.
C 3 cre-

(λ) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. lit. A. pag. 49. a. pr.

(μ) Ad annum 1227. pag. 118. med. & pag. 250. med.

credita natus, ut ipse testatur (ν) anno 1514. patre *Antonio Morales*, Medico & primo Aristotelicæ Philosophiæ apud Complutenses Professore, cujus ἐπιτάφιον filius alicubi (ξ) recenset: Juvenis literis humanioribus Compluti sub Joanne Medina, Theologiæ Salmanticæ sub Clarissimo Melchiore Cano litavit, cumque Dominicanorum Sodalitio nomen dedisset, mox a Sodalibus (quod væsano impetu instigante ad libidines refrænandas sibi virilia exemplo Origenis Adamantii amputasset) ordine motus dicitur insigni ævi sui Historico, *Jacobo Augusto Thuano*, (ο) cui tamen assensum præbere recusat *Nicol. Antonius*, (ϖ) quorum uterque vitam nostri breviter sed eleganter recensuit. Compluti dein Presbyter vixit, & Oratoriam elegantioremque literaturam docens lectissimæ nobilitatis juvenes, ac inter eos *Bernardum de Rojas & Sandoval*, quem posterior ætas Romanæ Ecclesiæ Cardinalem ac Archi-Præsulem vidit Toletanum, Alphonsum item Ciacorium, ut & ipsum Illustrissimum Heroem Joannem Austriacum, naturalem Caroli V. Imperatoris filium auditores habuit; Permotusque obitu *Floriani Docampo* Historiographi, coeptam ab eo Historiæ universalis Hispanicæ telam sibi pertexendam sumsit, eamque ad Ferdinandum usq; I. Castellæ Regem feliciter perduxit, quo labore, non quidem Regni, ut *Joannes Eusebius Nierembergius* Jesuita (ϱ) contendit, sed, ut ex rescriptis Regiis patet apud *Dormerum* (σ) Regis ipsiusmet constitui a prudentissimo Philipp. II. Historiographus promeruit. A *Baronio* quoque Cardinale, (τ) *Thuano*, (υ) *Mendoza*, (φ) *Chiffletio*, (χ) *Gu-*

(ν) In lib. de Cordubæ origine & situ D. Eulogii operibus adjecto p. 127. b. med. & in fine Lib. XII. Chronici sui generalis Hispanici.

(ξ) In lib Antiguedades de las Ciudades de Espanna eidem Lib. XII. adjecto fol. 116. b. med.

(ο) Historiarum sui temporis Lib. XCIX. in fin. ad A. C. 1590.

(π) Biblioth. Hisp. Tom. I. lit. A. pag. 51. seq.

(ϱ) In lib. Corona virtuosa, virtud coronada, seu de Austriacorum Hispaniæ Regum virtutibus fol. 289.

(σ) Progressos de la Historia de Aragon. Lib. I. cap. 17. n. 1. pag. 77. col. 2.

(τ) Annalium Ecclesiasticorum in vasto opere, passim.

(υ) Historiar. sui temporis Lib. CVII. pag. m. 1289. ubi *spectatæ prudentiæ ac diligentiæ scriptor* audit.

(φ) De Concilio Illiberitano Lib. I. cap. 3. pag. m. 31. pr. ubi ita: *Moralem honoris causa nomino, quod Historiam Hispaniæ perite quidem meo judicio diligenterque conscripsit.*

(χ) Operum Historicorum contra Gallos & Dar-Blondellum Tom. I. pag. 396. pr. ubi doctissimum inter Hispanos vocat.

Gudiele (ψ) aliisque innumeris Auctoribus clari nominis meritis elogiis condecoratus; Contra *Andream Schottum* Jesuitam hyperaspisten etiam nactus est Nicol. Antonium. (ω) Et, si, quod res est, fatendum, nemo Hispanas antiquitates tam sollicite indagavit, tam anxie conquisivit, tamque accurate de iis disseruit, ac ipse *Morales*. Absolvit illud opus Historicum septuagenarius fere anno 1583. & anno demum 1590. (non, ut alii annotarunt (α) 1592.) placide obdormivit. Præter ea, quæ *Nicolaus Antonius* recensuit, *Moralis* opera, quod obiter notandum, meminit Jesuita *Claudius Clemens* (β) infra laudandus.

COMMENTARII de vita Comitissæ Mathildis de Canosa, quem Manuscriptum exstare asserit in Magnifica Escorialensi Regia Bibliotheca. (69.) Sed ad rem! Genealogica Morales pauca quidem scripsit, at egregia, unde & haut absone *Joanni de Roman & Cardenas*, vel si mavis, Mondejarensi Marchioni *Don Gaspari Ibannez de Segovia* (γ) audit *Varon tenido de todos por Maestro de la Professïon Genealogica de Castilla*; Immiscuit autem Chronico suo universali ejus argumenti haut pauca, & ultimo inprimis Tomo adjecit.

DISCURSO del linage y decendencia del glorioso Dotor Santo Domingo, (70.) in quo Guzmannici stemmatis, cui ortum debuit Dominicanorum Ordinis Patriarcha, primordia pro viribus eruit; Sunt vero, qui egregia opusculum hoc laude mactant, quos inter inprimis *Sundisalvus Argote de Molina*, (δ) sunt & ex recentioribus, quibus plura in eo desiderari videntur, qua de re alibi forsan nobis erit disserendi locus. Præterea & eruditas manu sua congessit Morales noster.

ANNOTACIONES el Nobiliario del Conde Don Pedro de Bracelos, quarum una cum libris suis & supellectile chartacea vivus adhuc hæredem (71.) scripsit *Gundisalvum Argote Molinam*, ut hic publice gratus agnovit. (ε) Magna autem cum diligentia & eruditione incomparabili scriptas hasce annotationes asserit, qui sæpius easdem citat (ζ) *Don Sanctius de Doriga & Val-*

(ψ) Compendio de los Girones fol. 15.
(ω) Loc. cit. pag. 53. col. 1. fin.
(α) Hallervoro Biblioth. Curiosæ lit. A.
(β) In Catalogo librorum Biblioth. Escorialensis, adjecto Museo suo.
(γ) In noticias Genealogicas de la Casa de Segovia.
(δ) Nobleza del Andalusia fol. 171. a. med.
(ε) In Præfat. & Indice MSCtorum eidem lib. præfixo.
(ζ) Memorial por D. Rodrigo Alvarez de Asturias fol. 5. b. in marg. lit. [T.]

& Valdes. Novimus etiam ex *Nicolao Antonio* (η) exſtare in Tabulario Marchionum *de Priego* elaboratum a *Morale* noſtro opus Genealogicum hujus lemmatis.

(72.) *RELACION de la Caſa de Cordova y ſu origen;* ex hac etenim illuſtri familia Marchiones iſti ortum derivant ſuum, & *Don Joſephus Pellicerius de Tovar & Oſſau* memorat, ſe in ſuis aſſervare ſcriniis iſtius operis, cujus non niſi cum laude recordatur, apographum. (θ) Superbit & Regia Eſcorialenſis Bibliotheca pluribus Moralis manuſcriptis operibus, (ι) eaque inter ad noſtrum ſpectat forum.

(73.) *DISCURSO de la Ricohombria de pendon y caldera, y origen de los Eſtados de Caſtilla;* in quo de Grandium ſeu Magnatum Hiſpaniæ origine diſſeritur; item

(74.) *ARBOL de la Genealogia de los Manueles, y titulos de algunas ſepolturas.* Tandem & Codicem antiquum, quo nobilium urbis Hiſpalenſis do-
(75.) miciliorum continetur diviſio, *el Repartimiento de Sevilla* inſcriptum commentandum ſibi ſumſit Morales noſter, cujus æque ac *Gundiſalvi Argote de Molina* notas manuſcriptas poſſedit olim *Don Didacus Ortiz de Zunniga*, qui eis uſus eſt in egregio ſuo Annalium Hiſpalenſium opere. (κ)

XLII. AMBROSIUS DE SALAZAR, Hiſpanus, ſed Galliæ civis, & Mariæ Mediceæ Ludovici XIII. Galliarum Regis matris Secretarius & Interpres, patriæ amore ductus, utque ejus Gallis aliusve exteris quoddam exhiberet ſchema, nonnulla opuſcula conſcripſit, & junctim edidit, ſub hac epigraphe.

(76.) *ALMONEDA general de las mas curioſas Remopilaciones de los Rainos de Eſpanna.* Pariſiis apud Antonum du Breuil anno 1612. in 8vo in libello hocce Auctor Regni, aulæ Regiæ, magnatumque ſeriem, ſtatum, reditus &c. (ſed jejune ſatis) expreſſit; id quod & jure deſideramus in alio libro, quem manuſcriptum vidimus in Regia Pariſienſi Bibliotheca, hac epigraphe notatum.

(77.) *BLASONES y armas de los Sennores Reies, Grandes y Titulos* de Eſpanna, in 4to ſex circiter plagularium, adjectis inſignium picturis miſerrimis æque ac vitioſiſſimis; notatur libellus in Indice Manuſcriptorum Biblio-

(η) In Supplem. Biblioth. Hiſpan. Tom. II. pag. 279. col. 1. fin.
(θ) Memorial de Don Fernando de los Rios fol. 38. num. 58.
(ι) Capſula O. loculo 4. num. 3.
(κ) Vid. Indicem Manuſcriptor. Præfat. hujus operis adjectum.

Bibliothecæ iſtius num. 10520. porro & ibidem num. 10514. alius notatur liber, hoc præditus titulo.

ESPANNA y ſus Reinos y provincias, itidem in 4to quem eundem Salazarium Auctorem agnoſcere, & ſtili & picturarum fere evincit convenientia. (78.)

AMBROSIUS SUAREZ DEL AGUILA laudatur Nicolao Antonio (λ) auctor operis hoc lemmate conſpicui. XLIII.

COMPENDIO de la nobleza de Eſpanna; adhuc lucem publicam non vidit; nec nobis ejus videndi copia unquam fuit. (79.)

ANDREAS GUTIERREZ DE LOS RIOS Civis Cordubenſis elegans compoſuit opus Genealogicum ſic inſcriptum. XLIV.

RELACION del linage de los Rios, iluſtre en la Ciudad de Cordova; Continet illud non tantum maſculam *Rizorum* ſtirpem, ſed & omnes ejusdem femineas ſucceſſiones ac propagines, quas inſigni cum accuratione Auctor pertractavit, ita, ut hic liber primariam totius fere Andaluſiæ nobilitatem exhibeat; varios tamen in hoc etiam Auctore (ut aliter in Genealogicis fieri fere nequit) deprehendi errores patet ex *Ludovici de Salazar & Caſtro* animadverſionibus. (μ) Cætera opus hoc adhuc ineditum latet, ſuſpicatur tamen *Joſephus Pellicerius* (ν) maximam ejus partem editam conſpici in *Summario* ſeu *Relatione ſtatus Controverſiæ ſuper ditione Belmontis*, hanc Rivorum familiam concernente; addatur Nicolaus Antonius. (80.)

ANDREAS LUCAS DE ARCONES, Granatenſis, Jeſuitarum Sodalis, & Concionator haud incelebris, Sacrarum item Literarum in D. Paulo ſacro urbis Patriæ Collegio Profeſſor, orbi literato quoque haud ignotus ob inſignes, quos Lugduni anno 1642. duobus in fol. voluminibus emiſit, in S. Jeſaiæ Vaticinia Commentarios; ſcripſit ſermone genti ſuæ vernaculo. XLV.

LA VIDA de San Ignacio Loyola, Fundador de la Compannia de Jeſus. Granatæ typis Antonii Bene de Lazcano 1633. 4to. Hoc in libro Auctor, de ſtirpe Sancti ſui admodum ſollicitus, *Lojolanum* ſtemma, quod reliqua inter Cantabrica tantum eminet, quantum lenta ſolent inter cupreſſi, fuſius explicatum penitiusque erutum dedit atque illuſtratum; ita tamen. (81.)

(λ) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. lit. A. pag. 54 col. 2.
(μ) Advertencias Hiſtoricas pag. 1. fin. & pag. 171. fin.
(ν) In Memoriali por Don Fernando de los Rios y Argote fol. 10. num. 42.

tamen, ut plures quoque circa originem æque ac successiones stemmatum errores immiscuerit: ceu jam ante nos animadvertit Jesuita doctissimus, P. *Gabriel de Henao*, in eleganti de Antiquitatibus Cantabriæ opere inferius suo loco laudando.

XLVI. ANDREAS DE MORALES, quem Cordubensem credidit Nicolaus Antonius, (ϖ) de patria bene mereri cupiens, peculiare composuit de stemmatum nobilium Cordubensium historia opus, duobus Tomis absolutum, quod nonnullis. (ϱ)

(82.) *HISTORIA de la Ciudad de Cordova*; aliis vero (σ) *DE LAS CASAS ilustres de Cordova*; *Salazario* autem (τ) *HISTORIA y linages de Cordova* inscribitur. Complectitur illud præcipuas totius fere Hispaniæ nobiles familias, & de iis perquam multa notatu digna profert, sed tamen & multas (communi Genealogis vitio,) quod origines spectat abstrusæ antiquitatis, aniles fabulas admiscet; quamvis dubium sit, num ad gustum pravamque nonnullorum nobilium cupidinem, illustres adoptandi ex Heroibus antiquitatis origines, se componere hac in re voluerit Auctor, an vero, cum opus id diu jam manuscriptum perinnumeras discurrit manus, ab aliis corruptum fuerit depravatumque. Præterea & alium Morales edidit quamvis minoris & molis & famæ librum.

(83.) *GENEALOGIA de las Casas de Sarmiento y Villamayor*, cujus apographum exemplar in scriniis se asservasse suis olim asseruit *Josephus Pellicerus*. (υ)

XLVII. ANDREAS DE RESENDE (seu ut ipse Romano magis nuncupari sermone ambivit) LUCIUS ANDREAS RESENDIUS, Eboræ natus MDCXCIII. Andrea Vaseo Resende & Angela Eleonora Vasea Goes parentibus nobili utrumque stemmate oriundis, bimestris patre orbatus, a matre liberaliter educatus, & dum per ætatem licuit, studiis addictus. Ordinem Dominicanorum ingressus Eboræ, Compluti dein Antonium Nebrissensem, Salmanticæ Arium Barbosam Græcas Latinasque docentes literas audivit; Theologiam quoque ibidem, Parisiis ac Lovanii didicit, Petri Mascarenhas Regii Lusitanici ad Cæsarem Carolum V. Le-

(ϖ) Biblioth. Hisp. Tom. I. lit. A. pag. 63. col. 2. med.
(ϱ) Pellicerius in Memoriali por D. Fernando de los Rios §. 1. fol. 3. & Salazar Hist. Geneal. de la Casa de Lara Tom. I. Lib. 3. cap. 8. pag. 190.
(σ) Nicol. Antonio l. cit.
(τ) In MSCto sæpe cit. num. 39.
(υ) In forme de la Casa de Sarmiento y Villamaior in princ.

Legati in familia Castellam adiit, & in aulam intromissus ipsi Cæsari innotuit; Domum reversus anno 1531. in curia Joannis III. Regis resedit, & dimisso cum Pontificis venia Dominicanorum schemate ludum ibi aperuit (non quidem ipsi Joanni Regi, ut *Dormerus* (φ) aliique voluere) sed Regiis fratribus Alphonso & Henrico, Cardinalibus Ecclesiæ Romæ, quorum posterior in grati animi testimonium Resendium nostrum Canonicatu Ecclesiæ Eborensis donavit, sibique a Concionibus sacris esse jussit. Obiit tandem octogenarius anno 1573. Vitam ejus scripsere *Jacobus Menesius & Vasconcellos, Andreas Schottus* (χ) & *Nicolaus Antonius* (ψ) qui consulantur, una cum *Dormero* citato. (ω) Nos eum inter Genealogos Hispanos jure collocamus, ob elegantem argumenti Genealogici

EPISTOLAM quandam *ad Joannem Barros*, celebrem Indiarum Historiographum scriptam, in qua prolixius assertum ivit, *Ximenam, Theresiæ primi Portugalliæ Comitis Henrici Uxoris matrem, minime Concubinam, sed legitimam Alphonsi VI. Regis Legionis thori sociam exstitisse*, ubi simul de Regum Legionis æque ac Lusitaniæ sanguine & ortu notatu digna in medium protulit. Typis Epistolam hanc impressam vix credimus, meminit tamen ejus alicubi (α) ipse Auctor, cujus tale est apud Philippum de Gandara (β) Gallæciæ Historicum encomium: El gran Historiador Lusitano, y muibenemerito del renombre de Oraculo de la erudicion, que ilustro grandes questiones y dissertationes Historicas &c. (84.)

XLVIII. ANDREAS SEMPLE DE TOVAR, Matritensis, Theologus & Ecclesiastes haud ignobilis, Epheborumque nobilium aulæ Regiæ (*Pages* hæc ætas vocat) studiis formandis præfectus, homiletica varia in gratiam eorum, qui pro concione verba sacra ad populum faciunt, edidit, inter illa sunt.

SERMONES varios de festividades y Santos. Matriti 1644. in 4to typis excusa, & Don *Gregorio de Tapia & Salzedo*, Ordinis Sancti Jacobi Equiti, Viro artis militaris ac equestris) id quod elegans ipsius *de la gineta*, familiari Mauris Hispanisque equitandi genere liber satis sufficienterque comprobat) peritissimo erudita Epistola nuncupata, qui in compendio- (85.)

(φ) Progressos de la Historia de Aragon pag. 322. fin.
(χ) Biblioth. Hispan. Tom. III. classe 2. pag. 480. seq.
(ψ) Biblioth. Hispan. Tom. I. lit. A. pag. 65. seq.
(ω) Loc. cit.
(α) Antiquitt. Lusitanicar. Lib. IV. Tit. de agro Urichiensi.
(β) Nobiliario de Galicia Lib. II. cap. X. pag. 168. col. 1. fin.

ſam totius *Tapiani* ſtemmatis ſciagraphiam exhibuit, quæ & peritis harum rerum minime diſplicuit, teſte inprimis Don *Ferdinando Saavedra* (γ) qui multa ejus ſuis immiſcuit. Reliqua Andreæ noſtri opera Theologica evolvi apud Nicol. Antonium (δ) poſſunt, qui eum in aula Matritenſi occubuiſſe refert anno circiter 1652.

XLIX. ANDREAS SERVETUS DE ANINNON, Cæſar auguſtanus, JCtus & Legum primo in alma Bononienſi Univerſitate Profeſſor, tandemque Curiæ Rerum civilium Aragonenſis Conſiliarius in urbe patria, ubi & obiit ſepultus in ſacello Don Lupi de Luna, quod in templo maximo Sancti Salvatoris eſt. Præter varia Juridica opera (quæ inter *Tractatus* eſt *de Succeſſionibus ab inteſtato ſecundum Foros Aragoniæ*, Bononiæ editus 1558. in 4to & à nobis in Themide Hiſpana omiſſus) conſcripſit etiam.

(86.) *DE LA nobleza Aragoneſa* inſigne opus Genealogicum, in quo ſtemmata ac inſignia nobilium Regni Aragonici familiarum prolixius recenſuit, nec ſine diligentiæ accurationisque laude, quam ei tribuit, qui opus Manuſcriptum poſſedit, illudque ſæpius citavit in ſuis ſcriptis, Don Joannes Franciſcus Andreas Uſtarrozius in vita Hieronymi Blancæ. (ε)

L. DON ANGELINUS DE FUENTES ET GUZMAN, Miles, & nobilis Rei tormentariæ adminiſter (Hiſpanis Gentilhombre del Artilleria, Germanis Stück-Juncker audit) in Caſtello Gandavenſi, dulcedine ſtudii captus Hiſtoriarum collegit ſeriem, vitasque & res geſtas recenſuit Belgii Hiſpanici pro Rege Gubernatorum, libello lingua vernacula conſcripto, talique notato epigraphe.

(87.) *DISCURSO y Relacion de los Gouvernadores, que en los Paiſes de Flandes ha avido desde Carlos quinto haſta Don Juan de Auſtria, y lo que en el govierno dellos ha ſuccedido.* Vidit librum Don *Thomas Tamajus de Vargos*, eumque recenſuit in Collectione ſua (ζ) cui conferatur Antonius. (η) Haberi autem in libro iſto Angelini plura circa ſtemmata Gubernatorum ex præcipuis Hiſpaniæ Grandibus deligi ſolitorum notatu digna, facile nobis perſuademus. ANONYMI. Quære titulos librorum & cognomina Auctorum.

LI. DON ANTONIUS ALVAREZ DE ACUNNA, Dominus oppidi *la*

(γ) Memorial por la Caſa de Saavedra fol. 340. b. princ.
(δ) Tom. I. lit. A. p. 69. pr.
(ε) Præfixa Blancæ lib. de Coronatt. Regum Aragon. pag. †. 3. b. med.
(ζ) La mayor junta de libros que Eſpanna haviſto. MSC.
(η) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. lit. A. pag. 71. col. 1. fin.

la Taboa dicti, Illustris Olyssiponensium Archi-Episcopi Don Roderici de Acunna consobrinus, & Acunniani stemmatis inter Lusitanos caput, Regiæ illic mensæ Dapium Sector hæreditarius (vernacule *Trinchante mayor de la Casa de Portugal)* Commendatarius Sancti Michaelis de Nogueiras, Ordinis Sancti Christi, simulque supremus Archivi Regii in Turre *do Tombo* Custos, Vir in studio inprimis Genealogico, cui sedulo incubit, veritatis exactique judicii laude non defraudandus, varia hujus argumenti elucubravit partim typis edita, partim & inedita adhuc opuscula, utriusq; heic producemus exemplar. Edidit typis Olyssiponensibus anno 1669.

OBELISCO Portugues, sive de Regio Lusitanorum stemmate Panegyria Historico-Genealogicam, multa cum æstimatione à peritis harum rerum exceptam; MSCtum vero reliquit egregium opus Genealogicum. (88.)

ORIGEN de la Casa de Silva nuncupatum, cujus exemplar Auctorin autographum possedit incomparabilis Don Ludovicus de Salazar & Castro, qui multum se nostro debere, publice, ut ingenui pudoris est, agnovit. (θ) Diem supremum circa sæculi superioris exitum Olyssipone clausit. (89.)

FR. ANTONIUS DE ANGUITA, Ordinis Sancti Dominici Monachus, & in Conventu Cordubensi, titulo Sanctorum Eisebii & Victoriæ Martyrum Patronorumque istius urbis insigni, cœpit Calendis Maji, absolvitque die Sancti Joannis Baptistæ anni 1651. libellum Genealogicum hoc insignitum frontispicio. LII.

JUSTIFICACION del Titulo de Cabeza y pariente mayor de la esclarecida y nobilissima familia de los Cordovas en la persona de Don Luis Fernandez de Cordova, Aiala, Laso de Castilla, segundo Marques de la Villa de Valenzuela en el Reino de Cordova. In hoc opere Auctor contra *Josephum Pellicerium*, Virum Clarissimum, qui in titulo sui Memorialis à Marchione Priegensi, pro Grandatu primæ classis obtinendo Philippo IV. Regi oblati eundem *Cabeza y pariente mayor de las Casas de Cordova y Figueroa* salutaverat, asserere studet, illam Cordubensis stemmatis primogenituram non Priegensi sed Valenzuelæ Marchioni deberi. Asservatur autographum ejus in Tabulario Marchionum Valenzuelæ, ex quo apographum sibi desumsit *Ferdinandus de Saavedra* &c. qui præcipua ejus capita verbotenus expressit (ι) & multam Antonio laudem vendicat. (90.)

(θ) Historia de la Casa de Silva in præfat. & Lib. I. pag. 63. med. item in Catalogo Genealogorum MSCto num. 185.

(ι) Memorial por la Casa de Saavedra fol. 26. seq.

LIII. P. ANTONIUS DE ARANA Societatis Jesu, quem & Biscainum & ex inclyta Dominorum *de Priego,* qui sub Alphonso X. Rege jam inter Ricos homines locum obtinuere; domo oriundum conjicimus, vixit aliquandiu sodalis famosi Jesuitarum in oppido *Azcoitia* Biscajæ Collegii, ubi magno studio & diligentia *Lojolanæ* stirpis, cui ordinis fundator Ignacius ortum debuit, primordia & propagines indagavit ac eruit, conscripto eum in finem talis lemmatis libello.

(91.) *APUNTAMIENTO de las memorias de la Casa de Loyola y de sus Sennores;* quem una cum plurimis aliis ejusdem farinæ scriptis P. *Didacus de Allende,* Rector tunc temporis Collegii Jesuitarum in opido *Villafranca del Bierzo* dicto, dein itidem Collegii in urbe St. Jacobi de Compostella Gallæciæ Rector communicavit cum P. *Gabriele de Henao*, qui operis hujus Auctorisque insigni cum elogio meminit, *(κ)* Antoniumque nostrum in dicto oppidi *Villafrancæ* Collegio dum supremum obiisse notat anno 1658. relictis pluribus manuscriptis historici æque ac Genealogici argumenti opusculis prælo paratis, injuria tamen temporum adhuc luce publica orbatis.

LIV. DON FRAY ANTONIUS AUGUSTINUS, Cæsaraugustæ natus anno 1516. die 26. Februar. (ut ipse in Epistola quadam ad Hieronymum Zuritam die 24. Martii 1576. Ilerdæ scripta (λ) asserit, ubi & eandem diem captura Francisci I. Galliæ Regis apud Ticinum, nativitate Caroli V. Imperatoris & morte Pompeji, non, ut *Petrus Mexia* in vitis Imperatorum Romanorum notavit, Julii Cæsaris, memorabilem indicat) Parentes, educationem, vitam, obitum, tumulum & scripta fusius recensuere in Bibliothecis suis *Andreas Schottus (μ) & Nicolaus Antonius;* (ν) Commentariis vero peculiaribus ejus vitæ rerumque gestarum Historiam prosecuti sunt nepotes, Don *Martinus Augustinus,* Canonicus Ecclesiæ maximæ Sancti Salvatoris Cæsaraugustanæ, & P. *Antonius Augustinus* Jesuita; quare paucis tantum, quæ munia obierit, placet indicare: Fuit Rotæ Romanæ Auditor, Julii III. Pontif. Max. missus in Angliam Nuncius Apostolicus, Ecclesiarum Sicularum jussu Philippi II. Regis aliquando Visitator, Episcopus Alifanus, & Ilerdensis, tandemque Archi-Episcopus Tar-

(κ) Averignaciones de las antiguedades de Cantabria Tom. II. fol. 342. col. 2. med.

(λ) Apud Dormar. Progressos de la Hist. de Aragon. fol. 410. col. 2. med.

(μ) Tom. II. classe VII. pag. 307. seq.

(ν) Tom. I. lit. A. pag. 76. col. 2. seq.

Tarraconensis, in Tridentino etiam Concilio consiliis & auctoritate pollens, Theologus æque ac Jure Consultus incomparabilis, cujus apud exteros quoque gloriæ buccinatores exstitere *Martinus Leickherus* (ξ) & *Thomas Pope Blount* Anglus, (ο) ut infinitos taceam alios. Sed ad rem! Addictissimus illustris hic præsul fuit studio Historico Genealogicoque; Testantur id præclara de Familiis Numismatibus Romanis opera toties recusa, omniumque trita manibus; testantur & manuscripta quædam in Bibliothecis hinc inde adhuc latentia monumenta. Meminit ipse Augustinus in quadam diversa, à priori ad eundem *Zuritam* Epistola (π) se olim Salmanticæ inter supellectilem suam librariam habuisse.

ANONYMI cujusdam opus Genealogicum, ad cujus marginem plurima ex variis Historicis & inprimis *Ferdinando Peresio de Guzman* propria annotaverat manu, & in alia adhuc ad eundem Epistola Cæsaraugustæ scripta die 12. Octobr. 1573. (ρ) ait, se a nonnemine factum certiorem, exstare apud Zuritam librum quendam Hispanicas nobiles prosapias earumque insignia continentem, quem ut secum communicet, obsecrat, habere se quippe plura jam ejus generis manuscripta, ex quibus *opus Genealogicum* sit conflaturus; item adhuc in alia ad eundem: Legi, inquit, haud pauca manuscripta Genealogica & Heraldica, ex quibus insignem excerpsi farraginem, cujus, si lubet, copiam Tibi aliquando faciam. (σ) Nullus autem dubito, quin Genealogicum illud, cujus jamjam facta est mentio, Augustini nostri opus idem sit cum eo, cujus his verbis meminit elegantissimus Catalanorum Historicus, Stephanus Corbera: (τ) El gran Don" Antonio Augustin, Arzobispo de Tarragona, gloria de Aragon, y lustre" de toda su corona, cuya nobleza es tan conocida en Espanna, y de cuyas" virtudes y letras es mas facil la admiracion que la alabanza, en un libro" manuescrito, que tengo suyo." (92.)

DE

(ξ) qui Orationem funebrem in laudem Augustini nostri ab Andrea Schotto habitam inseruit Vitis JCtorum celebrium pag. m. 108. seq.

(ο) Censuræ celebr. auctorum fol. m. 522. edit. Londin. fol. adde Guidum Pancirollum de claris Legum Interpp. L. 2. cap. 188. & Rudolph. Capellum Prof. Gymnasii Hamburg. qui in Nummophilacio Luederiano P. II. §. 12. Augustini quædam elogia collegit.

(π) Ap. Dormer. l. c. fol. 411. pr.

(ρ) Apud Dormerum Progressos de la Historia de Aragon. fol. 386. p. 2. med.

(σ) Apud eund. fol. 393. col. 2. med.

(τ) In opere posthumo Catalunna ilustrada, Neapoli edito 1678. fol. lit. 5. cap. 18. pag. 381. med.

(93.) *DE ARMAS y linages de la nobleza de España* &c. Singulatim quoque elaboravit Augustinus illustre Rocafulliorum stemma.

(94.) *GENEALOGIA de la Casa de Rocafull*, illudque transmisit Zuritæ suo, ut patet ex Epistola ad eundem scripta Ilerdæ d. 28. Julii. (υ) Tandem & à *Ludovico Salazario* (φ) edocemur, desumtas ex Augustini nostri penu fuisse additiones illas, quas Canonicus *Zayas* Aragonensis ad *Petri Vitalis* opus Genealogicum suo inferius loco recensendum adjecit. Obiit Augustinus noster die 31. Maji 1586. (χ)

LV. ANTONIUS DE BARAHONA (VARAONA ET BARRAONA, sic enim varie in Codicibus manuscriptis Auctoris nomen apparet,) *Petri de Gracia Dei* inferius celebrandi ex sorore nepos; ita enim Hispanorum *Sobrino* heic accipiendum puto. Caroli V. Augusti Præco seu Fecialis, Hispanice *Faraute* sive Rey de armas, Germanice Herold, Vir rerum suarum munerisque adprime gnarus, quod satis demonstrat insigne, quod congessit, de nobilibus Hispaniæ familiis quibusdam opus Genealogico-Heraldicum.

(95.) *ROSAL aliis VERGEL de nobleza* inscriptum. Manuscriptum illud versatur in Bibliothecis, visuque perrarum est, & nec ejus vestigia nisi in paucissimis Genealogorum Hispanorum scriptis apparent. Meminerunt tamen, qui eo usi sunt, *Gudiel* (ψ) *Argote Molina* (ω) *Joannes Florez de Ocariz* (α) *Ludovicus de Salazar & Castro.* (β) Nos duplex novimus operis hujus exemplar apographum, alteram vidimus olim una cum Epistola Parahonæ mox recensenda, quæ Codice præfixa est, in Regia Parisiensi Bibliotheca in fol. mediocris crassitiei volumine, notaturque illud in Catalogo manuscriptorum Bibliothecæ hujus num. 10221. alterum similis crassitiei in folio, Indice Familiarum instructum coemit ex selecta B. Joannis Lucæ Cortesii Bibliotheca Matriti beatus Dn. ab Ehrencron secumque in has oras attulit, qui & nostris id aliquandiu usibus concessit. Præter hoc opus

(υ) Apud Dormerum l. c. pag. 389. col. 1. fin.

(φ) In Catalogo libror. Genealogicor. MSCto num. 28.

(χ) Non vero d. 31. Martii, ut Reusnerus annotavit in Indice Chronolog. doctorum Virorum Isagoge suæ Chronologicæ adjecto pag. 637. col. 2. pr. qui etiam natalem nostri Augustini facit d. 25. Februar. 1526. in quo similiter à vero aberravit.

(ψ) Compendio de los Girones fol. 3. b.

(ω) In notitia MSCtorum præmissa nobiliario Andalusiæ.

(α) Nobiliario del Reins de nueva Granada Tom. I. pag. 434. med.

(β) In operibus suis passim, & MSCto sæpius citato num. 76.

opus citatus modo Argote Molina alibi (γ) quoque mentionem facit ſcriptæ à Barahona noſtro.

EPISTOLÆ de nobilibus urbis Beacienſis familiis ad Martinum Sanchez de Jodar Cathedralis Eccleſiæ Beacienſis Cantorem, an. 1499. quam vix credo aliam eſſe ac diverſam à citato alibi ab Argote Molina Barahonæ opere. (96.)

DE LOS linages de Baeza. Exinde autem patria Beacienſem judicavit Barahonam Nicolaus Antonius (δ) cui & facile præbemus aſſenſum. Honorificam cæteroquin ejusdem quoque mentionem fecit Joannes Bilches, itidem Beacienſis Jeſuita in eleganti ſuo de Sanctis Giennenſibus opere. (ε)

ANTONIUS BARBA (ſeu, ut alii ſcribunt, BARVA, facillime enim B. & V. literæ Hiſpanis commutantur) Archi-Presbyter Eccleſiæ Cathedralis Conchenſis, & Secretarius Don *Franciſci de Quinnones*, S. R. E. Cardinalis, cui & donatum à ſe Lingua Hiſpanica *Joannis Ginenſii de Sepulveda* de vita militari opus nuncupavit; ſtemmatis majorumque ſuorum notitiam poſteris reliquit, & LVI.

DEL linage de los Sarmientos y Barbas elegans opus conflavit, quod tamen adhuc in ſcriniis ineditum latet; Ultimam ei manum Auctor impoſuit die 12. Auguſti 1565. Qua ratione vero clara illa Barbenſis domus in maſculam Sarmientorum ſtirpem devoluta ſit, prolixius videre eſt in Relationibus Genealogicis *Antonii Suareſii de Alarcon*, qui Barbæ noſtri teſtimonio & auctoritate ſæpius nititur. (ζ) Alia quoque plura habentur Philoſophici variique argumenti ab Antonio inſcripta opuſcula, quorum ipſe in ſua quadam ad Hieronymum Zuritam Epiſtola d. 12. Octobr. 1558. ſcripta meminit, (η) & inter illa recenſet. (97.)

EPITOMEN ſucceſſionum Regum Hiſpaniæ, quod opus Genealogicum eſſe, & ſtirpes Regias pertractare vix eſt quod dubitemus. (98.)

ANTONIUS DE LA BARIA, nobis haut alio ex capite notus, quam quod libellum conſcripſerit de celebri Tordeſillarum ſtemmate, ſub hac epigraphe: LVII.

GE-

(γ) Nobleza del Andaluſia Lib. 2. cap, 83. fol. 205. pr.
(δ) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. cit. pr.
(ε) De Sanctis Giennenſibus parte I. cap. 13.
(ζ) Pag. 283. col. 2. num. 12. ſeq.
(η) Apud Dormerum Progreſſos de la Hiſtoria de Aragon, pag. 127. pr.

(99.) *GENEALOGIA de los Tordesillas;* Manuſcriptum illud opus exſtat in ſelecta Marchionis de Mondejar, Don *Gaſparis Ibannez de Segovia* Bibliotheca, qui & ipſe illud quandoque citat. (θ)

FR. ANTONIUS BRANDANO v. BERNARDUS BRITO.

LVIII. ANTONIUS DE BUENDIA Haraldus ſeu Fecialis Regius Hiſpanicus muneri ſatisfacturus ſuo, collegit ſtemmata ac inſignia nobilium Hiſpanorum ſtemmatum, ſcripto

(100.) *DE LOS Linages de Eſpanna y ſus blaſones* opere, quod laudat, qui eo manuſcripto uſus eſt, Philippus de Gandara. (ι)

LIX. FR. ANTONIUS CALDERON, Beacienſis, Theologiæ in Salmanticenſi Univerſitate Profeſſor, Mariæ Thereſiæ Hiſpaniæ Infantis Præceptor, Monialium Regii Cœnobii Incarnationis myſterio dicati Matritenſis Archi-Sacerdos, Toletanæ Eccleſiæ Canonicus, obiit electus Granatenſis Archi-Epiſcopus menſe Januario 1654. Debetur ei inſignis.

(101.) *DE LAS excelencias del glorioſo Apoſtol Sant-Jago* &c. operis Pars I. duobus conſtans libris, & haut pauca de nobilibus Gallæciæ ſtemmatibus notatu digna complectens. Continuavit illud dein *Hieronymus Pardo*, de quo ut & ipſo hoc opere inferius ſuo loco plura differendi campus erit.

LX. ANTONIUS DE CASTELLANOS cujus natales æque ac vitæ nos latet conditio, coævus Joanni II. Caſtellæ Regi, Joſepho Pellicerio ſæpius (κ) ut & Nicolao Antonio (λ) perhibetur Auctor libri Hiſpanis notiſſimi, ſed ἀνονύμως editi.

(102.) *CORONICA de Don Alvaro de Luna, Condeſtable de Caſtilla, y Leon, Maeſtre y Adminiſtrador de la Orden y Cavalléria de Sant-Jago.* Mediolani 1546. in fol. in quo plura de clariſſimo Lunenſi ſtemmate annotavit.

LXI. ANTONIUS COELLO GASCO, Doctor (Theologiæ ni fallor) de patria bene mereri ſtuduit, conſcripto:

(103.) *DE LOS linages de Galicia* opere, quod adhuc manuſcriptum latet, ejusque nobis ſuppeditavit notitiam P. Philippus de Gandara in ſuo Gallæciæ nobiliario. (μ)

LXII. ANTONIUS DE FUERTES ET BIOTA, JCtus Aragonenſis, cujus vitam ex *Nicolao Antonio* depromtam exhibuimus in Themide noſtra

(θ) Noticias Genealogicas de la caſa de Segovia pag. 267 m.
(ι) Nobiliario de Galicia Lib. II. cap. 29. fin. pag. 266. a. med.
(κ) Memorial del Conde de Miranda fol. 37. & Informe de los Sarmientos pag. 83.
(λ) Biblioth. Hiſpan. veteris Lib. X. cap. 6. §. 321. pag. 164. a. med.
(μ) Lib. II. cap. 12. fol. 173. fin.

noſtra Hiſpana (ν) (ubi typothetæ negligentia *Uricaſtillo* loco *Uncaſtillo* legitur) ſtudio etiam Genealogico aliquam navavit operam; Meminit enim ipſe in libro: *Antimanifieſto de Portugal*, (ξ) ſe olim elaboraſſe opus Juridico-Genealogicum tali inſignitum titulo.

ALEGACION por el Derecho de los Marqueſes de Tarazona, quod du- (104.)
bio procul de *Ayalenſi* familia, ex quo Marchiones illi Tarrazonenſes ſuum derivant ortum, plurima notatu perquam digna complectitur. Nobis haut unquam videre illud contigit, nec alius quam *Nicolai Antonii* indicio (ο) ejus notitiam debemus.

ANTONIUS GILBERTES DE BADAYA, quem ex Aragoniæ LXIII.
Regno oriundum credimus, cum illic ſedem fixerit Gilbertenſis familia, Doctor (ni fallor Theologiæ) ſtemmatis ſui memoriam poſteritati commendaturus ſcripſit:

GENEALOGIA de los Ferreras y Gilbertes de Aragon, quam manu- (105.)
ſcriptam, & à filio *Balthaſare* inferius laudando adauctam ac ad hæc usque tempora productam ſcrinia curioſorum aſſervant, teſte Salazario de Caſtro. (ϖ)

ANTONIUS GRACIAN, Didaci filius, ac Philippi II. Hiſpania- LXIV.
rum Regis Secretarius expoſitionem Inſignium Monaſterii Regii Sancti Laurentii *del Eſcorial* compoſuit Lingua vernacula, ſic inſcriptam.

DECLARACION de las armas de San Lorenzo el Real. Aſſervatur illa (106.)
inter Codices Manuſcriptos Bibliothecæ Regiæ Eſcorialenſis (ρ) & Heraldicum opus eſſe merito conjicitur.

DON ANTONIUS HURTADO DE MENDOZA ex præcla- LXV.
ræ nobilitatis Mendozina in veteri Caſtella ſtemmate oriundus, natus in montanis Burgenſibus, Ordinis Calatravæ Equeſtris ſodalis, & oppidi *Zurita* Commendatarius, ut vocant, Philippo IV. Regi ab Epiſtolis fuit, & in ſuprema Fidei & Hæreticæ pravitatis Inquiſitionis Curia Senator; Vir carmina comicosque ludos pangendi facultate pollens & amoeno præditus ingenio, Genealogicum præterea ſtudium peramans, teſte peculiari, quod de proprio ſtemmate, majores conſanguineosque ſuos explanando, elaboravit opere hujus tituli.

(ν) Sect. X. §. 12. pag. 148. m.
(ξ) Brugis Flandriæ edito 1640. in 4to in notis ad artic. 4.
(ο) In appendice ad Biblioth. Hiſpan. Tom. II. pag. 282. pr.
(π) In MSC. ſæpe citato num. 194.
(ρ) Capſula O. loculo IV. num. 1.

(107.) *MEMORIAL de la Casa del Marques de Cannete.* Manuscriptum illud versatur in scriniis nonnullorum curiosorum, posseditque ejus exemplar, qui sæpius citat (σ) Rodricus Mendez Silva, Historiographus Regius. Porro etiam elucubravit

(108.) *DE LA grandeza Espannola*, sive de juribus & eminentia eorum, qui titulo Grandium Hispaniæ superbiunt, peculiarem Tractatum, qui nova egregii operis *Petri Salazarii de Mendoza de las Dignidades seglares de Castilla* editioni adjungendus erat, de quo tamen, cum ad manus mihi non sit nova illa editio, certi quid affirmare nequeo. Plurimum quoque ad noscendos ævi sui magnates confert Mendozæ nostri opusculum, quod Comiti Duci Olivariensi inscriptum prodiit Matriti anno 1632. in 4to medii alphabeti mole, hoc titulo conspicuum:

(109.) *CONVOCACION de las Cortes de Castilla, y juramento del Principe nuestro Sennor Don Baltasar Carlos primero deste nombre, este anno de 1632.* quo sæpius utitur Clariss. *Salazarius de Castro* in suis animadversionibus Historicis. Tandem & obiter notandum, prodiisse ante aliquot annos posthuma quædam nostri Mendozæ opuscula, videlicet *Vida de nuestra Sennora, y dos Romanies, uno à Christo en el Sacramento, y otro à Christo en la Cruz, con la parafrasis de la Oracion Dominica.* Edita hæc sunt studio Don *Augustini Lopez de Reta*, & dedicata Dominæ Eleonoræ de Arbiza & Agariz. Pampilone apud Martinum Gregorium de Zabala 1688. in 8vo Cæterum conf. de nostro Antonio *Nicol. Antonius.* (τ)

LXVI. DON ANTONIUS JOAN SEU JUAN ET CENTELLAS, Valentiæ Regni cognominis Metropoli ex perantiqua Catalana Centellarum familia ortus, Salmanticæ Philosophiæ Jurisque scientiam hausit, & in patria Universitate lauru Doctorali redimitus, inter sodales Collegii majoris à Sancto Salvatore Ovetensi cognominati in Academia Salmanticensi adscribi meruit; Regnisque successu temporis Curiæ Valentinæ Consiliarius, ac Ordinis Calatravensis Eques creatus post decennium Cancellariam ibidem Regiam regendam accepit, & Senatus supremi Præses per octo annos exstitit, tandemque Cameræ vulgo de la Sumaria dictæ Regni Neapolitani Præfectus anno MDCLXI. die 7. Februarii constitutus, Octobri etiam mense anni MDCLXXI. Magnus Ducatus Mediolanensis Cancellarius. Probe muniis hisce amplissimis defunctus, ac anno MDCLXXVII. die 4. Octobr. in patriam reversus benigneque exceptus

(σ) Memorial del Conde de Villardonpardo pag. ult.
(τ) Biblioth. Hispan. Tom. I. lit. A. pag. 102. fin.

ceptus a Rege Consiliarii Fiscique Regii Patroni munus cum suffragio in supremo Rerum Italicarum Senatu, ac Titulo Conservatoris Regii Patrimonii Generalis obtinuit, usque dum circa annum MDCLXXX. e vivis excessit, postquam anno jam MDCLXX. eum regia Caroli II. p. m. Regis munificentia Marchionis de Centellas titulo & honore induerat. Dominam *Aureliam Mercader*, *Joannis Vincentii Mercader*, Domini de *Guardamar* Filiam, ex qua filium genuit Don *Josephum Juan*, secundum hodie Centellarum Marchionem; Plura summus hic, dum viveret, Vir elucubravit ingenii monumenta, argumenti ut plurimum Juridici, quæ tamen inter & ad nostrum faciunt forum bina Genealogica opuscula, quorum alterum est.

ELOGIAS del Ilustrissimo y eruditissimo Don Honorato Juan, Obispo de Asma. Valentiæ 1659. In hoc opere illustris illius Viri (cui & peculiare evenere elogium Jesuita Clarissimus *Athanasius Kircherus* suo loco laudandus, *Nicolaus* item *Antonius* (υ) & *Didacus Josephus Dormerus* (φ)) stemmatis majorumque non contemnendam Generosissimus Auctor notitiam suppeditavit. Alterum opusculum hac notatum inscriptione prodiit. (110.)

TRATADO Historico de los dignidades, oficios y cangos en las Casas de Juan y de Centellas. Neapoli in fol. In hoc integri stemmatis Joannæi æque ac Centellani historiam Genealogicam simul prolixe ac erudite eruit Auctor, de quo cæteroquin conferri merentur *Nicolaus Antonius* (χ) Toppiusque (ψ) quorum uterque, inprimis autem posterior Centellam nostrum insigni elogio condecoravit. (111.)

ANTONIUS DE LEBRIXA vide ANTONIUS NEBRISSENSIS. LXVII.

ANTONIUS DE LEON PINELO, Jurium Licentiatus, & Caussarum Relator in supremo Rerum Indicarum Senatu, tandemque in Tribunali earundem Hispalensi Judex honorarius, & in locum *Ægidii Gonsalez Davila* suffectus à Philippo IV. Regius supremus Indiarum Historiographus. Plurima scripsit Juridici æque, ac Historici argumenti opuscula fusius enarrata in Bibliotheca Antoniana, quæ nunc non moramur, solum

 ani-

(υ) In postrema appendice Bibliothecæ Hispanæ Tom. II. pag. 688. col. I. fin.
(φ) In Progressos de la Historia de Aragon pag. 138. col. 1. pag. 316. col. 1. & 2. ac pag. 602. col 1. &c.
(χ) Appendice Biblioth. Hispan. Tom. II. pag. 318. col. 1. med.
(ψ) Bibliotheca Napoletana pag. 395. col. 2. seq.

animus eſt recenſendi bigam libellorum genealogicorum, quæ Leonem noſtrum ex ungue demonſtrant; Alterum eſt:

(112.) *DISCURSO Genealogico de la Caſa de Avellaneda;* quem in gratiam Dominæ *Mariæ de Avellaneda, Comitiſſæ de Caſtrillo*, libro quem ſub lemmate: *Velos antiguos y modernos en los roſtros de los mugeres* &c. Matriti typis Joannis Sanchez 1641. in 4to edidit, ac Comitiſſæ iſti nuncupavit, præfixit; ſtemma autem inclytum Avellanedanum, ne epiſtolæ limites transgrederetur Auctor conciſe nimis nec pro argumenti dignitate explanari ibidem potuit. Alterum opus manuſcriptum adhuc, & Philippo IV. Regi ab Auctore ipſo die 23. Decembris 1652. oblatum, ipſius ſtemma Leoninum recenſet.

(113.) *RELACION de la Caſa y ſervicios de Don Antonio de Leon y Pinelo;* Sæpius ejus in Genealogiis Indico-Hiſpanicis teſtimonio utitur *Joannes Florez de Ocarus in eleganti* ſuo Novi Regni Granatenſis nobiliario. (ω)

LXVIII. DON ANTONIUS DE LIMA, Dominus Caſtri Dayro nobili inter Luſitanos Limarum ſtirpe ſatus, parentibus Didaco Lopezio, Præfecto Guimaranenſi & Joannis II. Portugalliæ Regis Archi-Pincerna, ac Eliſabetha de Caſtro, Caſtri Dayro domina. Patri in Præfectura (vernacule Alcaydia mayor) Guimaranenſi ſucceſſit, & inprimis ſtudio inveſtigandi nobilia patriæ ſtemmata invigilavit, idque tanto cum ſucceſſu, ut inter omnes Genealogos Luſitanos (quorum certe haut exiguus eſt numerus, licet maxima librorum iſtius argumenti pars manuſcripta in nobilium ſcriniis deliteſcit, nec niſi pauciſſimi typis publicis innoteſcunt) facile primas teneat elegantiſſimus Antonii hujus foetus, ſcilicet:

(114.) *Linages de Portugal,* opus, quod merito dolendum, ineditum; Autographum Auctoris aſſervarunt ejus nepotes, *Bernardus* primum de *Ateyde* Abalenſis Epiſcopus, ejusque deinceps frater Hieronymus de Ataide, Marchio de Calares. Teſtantur id, qui oculis manibusque illud tractarunt, *Antonius Suarez de Alarcon,* (α) *Ludovicus de Salazar & Caſtro* (β) ac *Nicolaus Antonius.* (γ)

LXIX. DON ANTONIUS DE LUNA, Petri de Luna, Ordinis S. Jacobi Equitis & Mariæ Bivero (quorum majores cui ſcire volupe eſt, adeat Al-

(ω) Parte I. pag. 295. fin. ſeq.

(α) Relaciones Genealog. de la Caſa de Suarez de Alarcon pag. 83. col. 2. num. 8.

(β) In MSCto ſæpius citato num. 35.

(γ) Biblioth. Hiſp. Tom. I. lit. A. pag. III. col. 1. fin.

Alphonſum de Haro (δ)) filius natu maximus, Dominus oppidorum Carraſcal & Caſtro Ximeno, Toleti vixit, ducta ibidem Uxore Domina Anna Pacheca de Rojas & Ribadeneira, Joannis Pacieci, Ordinis Calatravæ Equitis & Franciſcæ de Ribadeneira, Caudillæ oppidi Dominæ filiam & hærede, (de cujus ſtemmate conſcriptus infra ſub Ribadeneiræ titulo laudabitur libellus, quem Antonio noſtro adſcribere vix dubitat Salazarius de Caſtro, (ε) qui & ſæpius in ſuis operibus Antonii noſtri ſe munit teſtimonio. Elaboravit autem inter alia propriæ familiæ hiſtoriam in libro

GENEALOGIA de la Caſa de Luna nuncupato, quem imperfectum ab Auctore relictum ad umbilicum perduxit debito nobis loco laudandus Don *Petrus de Rojas*, Mouræ Comes; celebratque hoc opus encomio *de un papel mui articioſo y veridico* Salazarius modo dictus (ζ) qui, ut ipſe fatetur, illud manuſcriptum inter Tabularii ſui κειμήλια ſervat. (η) (115.)

FR. ANTONIUS MACEDO, Conimbricenſis Luſitanus, Franciſci inferius recenſendi frater, Jeſuitarum ſodalis & Romæ ad ædem D. Petri Pœnitentiarius (ita vocant) Apoſtolicus, de illuſtribus nonnullis Luſitanis familiis, eorumque ſurculis clarioribus optime meritus eſt, edito Pariſiis apud Cramoiſios anno 1663. in 4to hujus frontiſpicii opere. LXX.

LUSITANIA inſulata & purpurata, ſeu Pontificibus & Cardinalibus illuſtrata; Vitas illud exhibet & encomia admiſſorum ad ſummas Clari Romani dignitates Luſitanorum. Idem noſter Olyſſipone quoque apud Michaelem des Landes anno 1687. in fol. typis excudi curavit aliud non minoris exiſtimationis opus. (116.)

DIVI Tutelares Orbis Chriſtiani nuncupatum, quod Sanctos Regnorum urbiumque Europæ tutela & patrocinio inclytos pertractat, quamvis hoc à noſtro, quod heic pertractamus, argumento alieniſſimum ſit.

DON ANTONIUS MARTINEZ DE AZAGRA. vid. infr. num. LXXV. & huc inſere.

ANTONIUS MARTINEZ DE MIOTA, Jurium Licentiatus, Gymna- LXXI.

(δ) Nobiliario de los Reies y Titulos de Eſpanna Lib. 4. cap. 2. pag. 152. col. 1. med. ubi mater Antonii noſtri typothetæ ut credo errore Anna de Bivero audit; item Lib. IX. cap 7. pag. 245. fin.

(ε) In MSC. cit. num. 198.

(ζ) Advertencias Hiſtoricas pag. 291. ſeq. num. 229. ſeq.

(η) In MSC. cit. num 34.

Gymnaſiique Conchenſis (Cuenca Hiſpanis) moderator, Vir ut oculorum lumine orbus, ſic mentis acie illuſtris, cui ob id ſingulare ſuſpendit elogium Joannes Paulus Martirrico celebris Conchenſium Chronographus (θ) ex cujus verbis haut obſcure conjicimus, Antonium noſtrum

(117.) *DE LA CASA de Miota*, ſeu de proprio, Miotarum puta, ſtemmate quædam fuiſſe commentatum.

LXXII. ANTONIUS DE MENESES, Artium liberaliorum Magiſter, Templi Sanctiſſimo Servatori dicati in urbe Granatenſi, ut & Sacelli Dominorum domus Torresvedras Sacellanus, quibus ut obſequium probaret ſuum, gratamque navaret operam, anno MDLXVI. abſolvit magno collectum ſtudio Genealogicum libellum, hoc titulo inſignitum.

(118.) *RELACION de los Succeſſores de la Caſa de Torresvedras*, quo manuſcripto (ineditum enim manſit) uſum ſe, ac haut parum adjutum fuiſſe in genealogicis Comitum eorundem Relationibus ingenue fatetur mox ſuo loco recenſendus Don Antonius Suarez de Alarcon. (ι)

LXXIII. DON ANTONIUS MUNNOZ (quod idem ac MARTINEZ eſſe ſunt qui contendunt) BERMUDEZ, Jurium Licentiatus, ac Curiæ Granatenſis Advocatus clariſſimus, ibidem anno 1652. in fol. imprimi curavit.

(119.) *ALLEGACION en derecho* &c. ſeu allegationem Juridicam in cauſa Dominæ *Mariæ Franciſcæ de Miranda*, *Joannem Fajardum de Guevarra*, quem aliquot poſt annis Philippus IV. Rex Marchionem *de Eſpinardo* in Murciæ Regno creavit, matrimonii poſtulantis. In hac autem Allegatione de Mirandenſi æque ac Fajardana ſtirpe plurimæ notatu perquam digna exhibentur, unde & laudari hic Auctor à Salazario de Caſtro in Genealogorum Indice (κ) commeruit.

LXXIV. ANTONIUS MAVARRO DE LARREATEGVI, Biſcainus Philiberto primum Emanueli Sabaudiæ Duci, poſt & Philippo IV. Regi ab Epiſtolis, ſcripſit gratum erga patriam animum publice teſtaturus libellum Hiſtorico-Genealogicum, cui talis eſt inſcriptio.

(120.) *EPITOME de los Sennores de Biſcaya*. Auguſtæ Taurinorum 1620. in 4to formæ majoris; Etſi autem libellus iſte, non niſi vulgaria, & quæ in aliis hujus argumenti Auctoribus facile offendas, exhibet, tamen ob materiæ raritatem, cum perpauca de iſtorum Biſcajæ Dynaſtarum ſtem-

(θ) Hiſtoria de la Ciudad de Cuenca pag 107. & 297.
(ι) Relaciones Genealogicas pag. 313. col. 1. fin. & pag. 321. col. 1. num. 45.
(κ) In MSCto ſæpius citato num. 148.

ſtemmate rebusque geſtis literis aut typis mandata conſpiciantur, aliquo in pretio habetur.

DON ANTONIUS MARTINEZ DE AZAGRA, (pertinet ſup. poſt LXX.) ex perantiqua *Azagrarum* Aragonenſium ſtirpe prognatus, Eccleſiæ Calagurritanæ, qua in urbe diem ſupremum obiit anno 1637. Canonicus, præter alia Theologici argumenti opuſcula typis publicis edita, etiam elucubravit Hiſtorica duo hæc: LXXV.

HISTORIA de la Ciudad de Calahorra; ac (121.)

VIDA del Rey Don Alonſo el octavo llamado el noble, quorum utrumque, cum plurima habuit de nobilibus familiis inſperſa notatu digna, merito heic ſibi vendicat locum. Dolendum autem inedita adhuc ambo delitescere in ſcriniis curioſorum. (122.)

ANTONIUS DE LEBRIXA, ſeu, ut ipſe maluit latine audire AELIUS ANTONIUS NEBRISSENSIS, Vir fama per orbem inclytus, inque cujus laudes divagari ſupervacaneum duco, cum id olim jam majori cum ſucceſſu præſtiterint Anonymus *de Ledesma*, *Martinus Ibarra* Cantaber, *Baltaſar de Gadea & Aranda*, qui peculiaria de vita, ſcriptis, geſtisque Nebriſſenſis noſtri Commentaria ſcripſere; *Rodericus* item *Caro* (λ) *Alphonſus Garſias Matamorus*, (μ) *Ludovicus Nonnius* (ν) *Hieronymus Ghilinus* (ξ) *Jacobus Gaddius* (ο) *Andreas Schottus* (ϖ) ac *Nicolaus Antonius* (ϱ) inprimis, ut & *Thomas Pope Blount*, (σ) ut reliquorum taceam Bibliographorum catervam. Præter Grammatica, Philologica, Poetica, Hiſtorica, Medica, Juridica & Theologica, quæ conſcripſit, quorumque uberiorem ſtruxit Catalogum citatus modo Nicolaus Antonius, meminit Gadea jam laudatus libri, cui talem Auctor titulum præfixit: LXXVI.

VARONES iluſtres de Eſpanna, y coſas aumentadas en ella, quem ſub D. *Ferdinandi de Padilla* nomine circumferri, revera autem noſtro Nebriſ- (123.)

(λ) Antiguedades del Convento Juridico de Sevilla L. 3. c. 21. fol. 119. fin.
(μ) Apologetico pro doctis Hiſpaniæ Viris, & in Comment. in lib. 4. Grammatices Nebriſſenſis
(ν) In Deſcriptione Hiſpaniæ.
(ξ) Theatro de gli huomini letterati Vol. 2 pag. 71.
(ο) De ſcriptoribus non eccleſiaſticis Tom. 2. lit. N. fol. 91. ſeq.
(ϖ) Biblioth. Hiſp. Tom. 3. pag. 448. ſeq.
(ϱ) Tom. I. lit. A. pag. 104.
(σ) In Cenſura celebriorum Auctorum.

briſſenſi deberi, & plurima de nobilium illuſtriumque Hiſpanorum familiis continere idem aſſerit. Quin & ipſe Nebriſſenſis alicubi (τ) meminit operis cujusdam Genealogici à ſe formati, quod hoc titulo inſignitum ab aliis vidi.

(124.) *GENEALOGIA de la Caſa del Eminentiſſimo Cardenal Don Juan de Zunniga* (Hiſpano enim ſcriptum ab Auctore autumo, licet ipſe id latino tali indicaverit frontiſpicio:

GENEALOGIA domus ac familiæ Eminentiſſimi Domini Cardinalis, Joannis de Zunniga Hiſpani,) ſed hoc opus æque ac alterum jam laudatum adhuc manuſcriptum latet, nec publicis typis innotuit. (υ) Cæterum, nequeo, quin coronidis loco elegans heic apponam memoriæ Nebriſſenſis noſtri poſitum à *Petro Myrteo* Epitaphium, prout id legere eſt apud *Rodericum Caro*: (φ)

Me putat æternum ſaxo poſuiſſe ſub imo
Acerba mors, & fallitur:
Non ingrata etenim mea gens volitare per ora
Dat, & per oras omnium.
Hæc mihi pro ſtudio reduci, Latiisque Camoenis
Certe Trophæum non minus,
Quam Tibi pro Mauris debet, Fernande, fugatis,
Et pro recepta Bætica.

Obiit apoplexia oppreſſus d. 2. Julii cIɔ Iɔ XXII. ætatis LXXVII. natus quippe cIɔ CCCC XLIV. unde falli oportet *Ghilinum*, qui ann. cIɔ Iɔ XLIV. ejus emortualem ſtatuit.

LXXVII. DON ANTONIUS PEREZ NAVARRETE, Lucronienſis ex Caſtellæ veteris municipio, Eques Ordinis Sancti Jacobi, & Marchio *de la Tercia*, olim in ætatis flore Collegii Sancti Clementis Hiſpanorum Bononiæ ſodalis, dein Profeſſor ibidem Juris Canonici primarius, Judex denique Audientiæ, & Vicariæ Tranenſis in Regno Neapolitano, & in Senatu Sanctæ Claræ Conſiliarius, JCtus celeberrimus, cujus præter Juridica aliaque, quæ ei tribuunt, ſcripta *Nicolai Antonius* (χ) æque ac *Toppus* (ψ) ad noſtrum

(τ) In repetitione Xma de peregrinarum vocum accentu.
(υ) Vid. appendix ad Antonii Biblioth. Hiſpan. Tom. II. pag. 282. col. 2. med.
(φ) In lib. jam cit. pag. 120 pr.
(χ) Biblioth. Hiſp. Tom. I. lit. A. p. 119. b. & in App. Tom. II. p. 283. a. med.
(ψ) Bibliotheca Napoletana pag. 30. a. fin.

noſtrum quadrat inſtitutum liber, quem in honorem famigeratiſſimi Cardinalis *Ægidii Albornotii* compoſuit, & hoc condecoratum titulo emiſit.

GRANDEZAS del Reſtaurador de los Eſtados de la Igleſia & Eminentiſſimo y Reverendiſſimo Cardenal, Principe y Sennor, Don Gil de Albornoz &c. in forma folii. In hoc enim opere Illuſtris Auctor non ſolum de ſtemmate Herois ſui, *Albornotiano*, plura annotavit, ſed & alicubi (ω) expreſſis verbis aſſeruit, ſe brevi editurum eſſe. (125.)

GENEALOGIAM integram clariſſimæ domus Albornotianæ, quæ tamen huc usque lucem publicam, quod ſciam, non adſpexit. (126.)

ANTONIUS RODRIGUEZ, Civis Valliſoletanus, cætera ignotus, conſcripſit libellum Heraldicum, viginti circiter in 4to plagularum, hoc in frontiſpicio notatum lemmate: LXXVIII.

COMPENDIO de la nobleza, adonde ſe dizen y pintan los blaſones de los hijosdalgos de Eſpanna; id eſt, Collectio inſignium Regnorum, Magnatum, Titulatorum, nobiliumque Hiſpaniæ familiarum, duabus partibus conſtans, & ſcuta in univerſum mille circiter complectens. Exemplar, quod Matriti olim coemtum in has oras detuli, picturis inſignium caret, & Licenciato *Alphonſo Nunneſio Bohorques*, in ſupremo Regio Philippi II. Senatu Conſiliario nuncupatum eſt; Adjecta ſunt eidem exemplari, ſed alia manuſcripta inſignia ex *Alphonſi Lopez de Haro* & *Gundiſalvi Argote Molinæ* operibus excerpta circiter ſesquimille, præfixus quoque operi *Rodrigueſii* hujus diſcurſus generalis de natura & uſu inſignium, novem capitibus diſtinctus: Sed, ut verum fatear, valde laborat fides & auctoritas hujus Viri, ut ſæpius jam ex aliorum auctorum collatione deprehendere mihi licuit, de quo forſan alibi plura. Mirum autem eſt, neminem ex omnibus, quos volutare mihi datum fuit, argumenti hujus auctoribus *Rodrigueſii* iſtius ullam unquam feciſſe mentionem. (127.)

DON ANTONIUS RODRIGUEZ DE PUJA, ex nobili inter Gallæcos domo oriundus, Vir, ſi judicium ſpectes & ſcribendi genus, maximis ſui ævi Hiſtoricis æquiparandus, de illuſtri & antiquiſſima Lemoſina ſtirpe immortaliter meritus eſt, conſcripto inſigni opere Genealogico hujus tituli: LXXIX.

ORIGEN y deſcendencia de la mui noble y antigua Caſa de los Condes de Lemos. Dignis illud auctoremque laudibus proſequitur eruditiſſimus Gallæciæ præco & Hiſtoricus Fr. *Philippus de Gandara*, (α) ex quo totidem (128.)

(ω) Lib I. de las Grandezas &c. cap. 4. lit. O in nott. marginal.
(α) Nobiliario de Galæcia Parte II. Lib. 4. cap. 13. pag. 558. fin.

dem verbis repetiit Don *Ferdinandus de Saavedra.* (β) Manuſcriptum autem adhuc ſervari in ſcriniis, nec typis publicis innotuiſſe eximium iſtud opus, merito conquerimur.

LXXX. DON ANTONIUS DE RON ET VALCARCEL, Nobilis Aſturienſis, germanus *Alphonſi Nunneſii de Ron*, Domini domus *de Ron* & oppidi *Ceros* frater, Parochus Moncejonenſis, Vir in omni literarum genere exercitatiſſimus, quem Matriti olim ſenem jam ſed humaniſſimum videre nobis licuit, etiam in ſtudio Genealogico apprime verſatus fuit, & quamvis nil ejus rei in lucem præfixo ſuo nomine emiſerit, plura tamen elucubravit luce publica digniſſima, quæ inter haut levi nixus conjectura *Ludovicus Salazar de Caſtro* (γ) collocat editum ἀνωνύμως præclarum opus:

(129.) *GENEALOGIA de la Caſa de Ribera en Aſturias*, quo de infra ſub titulo *Ribera* dicendi locus erit.

LXXXI. DON ANTONIUS RUBINOS DE MONTE, Gallæcus & quidem Mindonienſis (*Mondonnedo* hodie audit hoc oppidum) SS. Theologiæ Doctor, & electus die 6. Octobr. cIɔ Iɔcvii. Collegii veteris Sancti Bartholomæi in Salmanticenſi Univerſitate ſodalis, Viſitator abhinc Generalis totius Zamorenſis Epiſcopatus, in quo Parochiæ *de la Moraleja* beneficium (ut vocant) obtinuit, & anno cIɔIɔcxxiv. Canonicatu Magiſtrali in Eccleſia Corienſi Cathedrali inſignitus eſt, ubi & aliquot poſt annis diem ſupremum obiit. Multo Vir hic doctiſſimus ſtudio & labore congeſſit.

(130.) *COMMENTARIOS Genealogico-Hiſtoricos Auguſtiſſimæ Domus Habsburgicæ, Auſtriæ Archi-Ducum, Imperatorum æque ac Hiſpaniæ Regum;* Viſuntur illi pulcherrime deſcripti, & pictis artifici manu condecorati figuris in magnifica & curioſiſſima Excellentiſſimi Marchionis Mondejarenſis *Don Gaſparis Ibannez de Segovia* Bibliotheca, hac epigraphe inſigniti:

SUMARIO de las Grandezas del origen y deſcendencia de los Principes de Habsburg, Archi-Duques de Auſtria, y Emperadores de entrambos Hemiſpherios &c. in folio. Cæterum evolvi de noſtro merentur *Franciſcus Ruiz de Vergara* (δ) ac *Nicolaus Antonius.* (ε)

LXXXII. ANTONIUS DE SOTOMAJOR, Philippi II. Hiſpaniarum Regis Haraldus ſeu Fecialis, muneri ut ſe ſuo parem oſtenderet, congeſſit Heral-

(β) Memorial por la Caſa de Saavedra pag. 195. a. med.

(γ) In Indice libror. Genealogicor. ſæpe cit. num. 237.

(δ) Hiſtoria del Colegio viejo de San Bartholome en Salamanca fol. 308. num 459.

(ε) In Biblioth. Hiſpan. Tom. I. lit. A. pag. 124. fin.

Heraldicum de Magnatum nobiliumque Hispaniæ familiarum insignibus opus, hoc notatum titulo:

LIBRO de escudos de armas y blasones de los Grandes y hijosdalgo de Espanna. Exemplar hujus operis authenticum post Auctoris obitum in ipsius repertum scriniis vendicavit sibi gener *Ortega Munnoz*, eidem studio addictissimus, ut testatur Joannes Florez de Ocariz in nobiliario suo novi Regni Granatensis (ζ) cui addatur, qui sæpius etiam eo opere se fatetur usum, Argote Molina. (η) (131.)

DON ANTONIUS DE SOUSA MACEDO, Olyssiponensis (ni fallor) Lusitanus, natus circa annum clↃIↃCCVIII. Ordinis Sancti Christi Eques, supremæ Curiæ Portuensis Senator, ac turbido postea rerum in Lusitania statu Regiæ Portugallicæ in Angliam Legationis Secretarius, Londini diu substitit, ibique fortiter pro Brigantinæ Domus in Coronam Lusitaniam juribus contra *Joannem Caramuelem Lobkowizium & Josephum Bellicerium* calamum strinxit, edito inprimis adversus hunc libello. LXXXIII.

CARTA, que à un Sennor de la Corte de Inglaterra escrivio el Doctor Antonio de sousa Macedo, Oidor de la Chancilleria de la Ciudad del Porto Secretario de la Embajada del Serenissimo Roy D. Juan de Portugal al Serenissimo Carlos Rey de la Gran Bretanna sobre el manifiesto, que publico el Coronista Don Josef Pellicier, qui tum Parisiis 1640. in 4to tum Olyssipone typis Antonii Alvarez Typographi Regii 1641. in 4to prodiit, reliqua adversus Lobkowizium recenset Nicolaus Antonius. In Belgium quoque aliquando concessit Regius Legatus, ac in patriam redux Senator in suprema rerum civilium Curia Olyssiponensi (*Desembargador* vocant) ac tandem anno 1662. Secretorum Status Minister Regius evasit. Præter alia Historica ac Poetica opuscula quoque in lucem emisit opus pure Genealogicum; videlicet. (132.)

GENEALOGIAM Regum Lusitaniæ, Theodosio Principi Joannis IV. Regis primogenito nuncupatum; prodiit illa Londini typis Richardi Hearn, 1643. in 4to 20. plag. exhibetque tum masculam Ducum Brigantinorum stirpem, tum & ejusdem Domus cum omnibus Europæ Regibus Principibusque sanguinis affinitatis ve nexum & cognationes breviter delineatas; adjecta appendice de matrimoniis Principum Lusitanorum cum exteris principibus, & deductione nobilium quarundam in Lusitania familiarum ex Regis sanguine descendentium. (133.)

(ζ) Nobiliario del nuevo Reino de Granada Tom. I. pag. 450. med.
(η) Indice de los manuescritos præfixo nobiliario Andalusiæ, in fin.

LXXXIV. DON ANTONIUS SOUSA diverſus à priori, quippe Capitaneus audit, edidit.

(134.) *GENEALOGIA de los Souſas de Portugal;* ſeu de proprio ſtemmate Commentarium Matriti impreſſum 1640. nobis eum videre non contigit, debemus autem ejus notitiam *Hieronymo de Soſa*, qui ſæpius in elegantiſſimo ſuo opere (θ) illum citat.

LXXXV. DON ANTONIUS SUAREZ DE ALARCON, filius ac per mortem primogeniti fratris *Martini Suareſii* hæres *Joannis Suareſii de Alarcon*, primi Marchionis de *Trocifal* & Comitis de *Torresvedras ex Maria de Noronna & Eza*, Eques Ordinis Calatravenſis, juvenis ſub patre contra Mauros ex urbe ſepta militavit, dein Matriti in aula vixit, ibique conſcriptum ſtudio & opera patris ſui (ut Nicolaus Antonius (ι) ſuſpicatus eſt) inſigne & elegantiſſimum de ſtemmate majoribusque ſuis opus Genealogicum Philippo IV. Regi nuncupatum, & hac inſcriptione notatum.

(135.) *RELACIONES Genealogicas de la caſa de los Marqueſes de Trocifal, Condes de Torresvedras, ſu Varonia Zevallos de Alarcon, y por la Caſa y primer apellido Suarez*, edi curavit typis Didaci Diaz de Carrera 1656. in fol. ſex alphabetorum mole. Inprimis autem magnam huic libro conciliat gratiam deductio Genealogica plurium ſtemmatum Luſitanorum, haut adeo frequenter apud alios Genealogos obviorum, ut ſunt *Alarcon, Suarez de Albergaria, Vaſconcellos, Melo, Eza Camara*, item Hiſpanorum *Ciſneros, Caſtilblanque, Villamayor, Barba, Labo*, unde Barones de *Alvito, Aquilar, Maſcarennas* &c. ut & Appendix plurium ſcripturarum Diplomatumque veterum, undique ex Archivis Tabulariisque Hiſpaniæ, inprimis vero Ordinis Equeſtris Calatravenſis collectorum & à clariſſimo Segobienſium Antiſtite *Hieronymo de Maſcarennas*, (cui & præcipuam libri hujus partem communis fama vindicat) Auctori ſuppeditatorum. *(κ)* Porro & Antonium noſtrum Auctorem præ ſe fert elegans & magni pretii liber, cui titulus:

(136.) *COMMENTARIOS de los hechos del Sennor Alarcon, Marques de Valle Siciliana, y de Renda, y de las guerras, en que ſe hallo por eſpacio de cinquenta y ocho annos* &c. Complectitur volumen hocce geſta ſtrenui militis, Fer-

(θ) Genealogia de la Caſa de los Marqueſes de Villafranca. pag. 240. fin. & 241. pr.

(ι) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. lit. J. pag. 601. a. med.

(κ) In Indice Genealogicor. libror. ſæpius citato num. 54. & 105.

Ferdinandi Alarconii, ſub Ferdinando Catholico æque ac Carolo V. Imperatore in bellis Granatenſi, Italicisque ab anno 1482. usque 1548. Exhibetque non ſolum varias illuſtrium familiarum notitias ſparſim inſertas, ſed Liber inprimis XVtus & ultimus integram Alarconiorum, & quibus Heros ille originem maſculam deduxerat, poſterorumque ejus proſapiam demonſtrat. Prodiit cum icone Ferdinandi ære inciſa & Indice rerum notabilium Matriti apud Didacum Diaz de la Carera 1665. in folio, auditque *Salazario* noſtro (λ) *Libro de excelentes noticias y de grandes adornos de eſtilo y puntualidad;* Ab eodem *Salazario* quoque alibi (μ) tributum Antonio noſtro reperi opus argumenti Genealogici, hujus tituli:

ARBOL Genealogico del Conde de Arada; qui liber num idem ſit cum ipſius Aradæ Comitis *Ferdinandi Tellez de Silva* ſuo inferius loco recenſendi de proprio ſtemmate opere, doceri cupio. (137.)

ANTONIUS ZARATA vide LUPIANZARATA ARAGONIÆ REGUM Genealogiæ plures ab Anonymis Auctoribus conſcriptæ reperiuntur. Inter alias exſtitit. LXXXVI.

GENEALOGIA Regum Aragoniæ manuſcripta in exquiſita ſupellectile Libraria illuſtris Tarraconenſium Archi-Epiſcopi Antonii Auguſtini, in volumine quodam in folio, quod ſimul continebat Berengarii Lumen Uſaticorum Catalonio, Conſtitutiones item provinciales Tarraconenſis Dioeceſis ac varia Jacobi Calicii JCti opuſcula alibi à nobis recenſita. (ν) Videatur Catalogus manuſcriptorum Bibliothecæ Auguſtinianæ. (ξ) Nullus autem dubito, quin Genealogia iſta eadem ſit cum illa Regum Aragoniæ Comitumque Barcinonenſium præfixa Conſtitutionibus Catalonicis typis editis. (138.)

ARBOL Genealogico de los Reies de Eſpanna. v. Caſtellæ Reges.

ARCOS Ducatus in Regno Hiſpalenſi ſitus, & ex urbe *Arcos*, oppidisque *Marchena, Rota, Chipiona los Palacios* &c. conflatus, ac a Ferdinando Catholico & Iſabella in favorem *Roderici Ponce de Leon* primi Ducis erectus hodie poſſidetur à *Joachimo Ponce de Leon*, ſeptimo Duce de *Arcos* & Hiſpaniæ Grandi ſeu Magnate primæ claſſis. Exſtat vero de Ducum iſtorum illuſtri proſapia peculiare ab anonymo Auctore Sæculo abhinc ſecundo conſcriptum opus Genealogicum hujus tituli: LXXXVII

CHRO-

(λ) Ibidem num. 128.
(μ) Hiſtoria Genealogica de la Caſa de Silva Tom. II. pag. 386.
(ν) Themidis Hiſpanæ Sect. IX. §. 21. pag. 125.
(ξ) In manuſcriptis Latinis vol. 421.

(139.) *CHRONICA de los Duques de Arcos.* Manuſcriptum illud poſſedit olim *Don Didacus de Ortiz Zunniga*, qui eo ſæpius in eleganti ſuo Annalium Hiſpalenſium opere, ubi plurima de eorundem Ducum ſtemmate notatu digna inſeruit, uſus eſt. (*o*) Num vero Chronicon iſtud idem ſit cum cognomine Petri de Salazar & Mendoza opere infra laudando definire vix auſim.

ARMAS y LINAGES vide NOBILIARIA.

LXXXVIII. DON ATHANASIUS DE AYALA, ex illuſtri & fœcunda magnatibus Ajalarum gente oriundus, eodem fere, quo *Antonius de Meneſes* ævo vixit, ſcripſitque de proprio ſtemmate libellum Genealogicum eruditiſſimum, tali epigraphe inſignitum.

(140.) *LINAGES de la Caſa de Ayala y Salzedo.* Laudant, qui eo uſi ſunt, *Gundiſalvus Argote Molina*, (ϖ) *Sanctius Doriga & Valdes* (ρ) itemque *Franciſcus Ruiz de Vergara & Alava* (σ) qui ſæpius noſtrum, lapſu forſan calami, *Antonium* ſalutat. *Antonius* etiam *Suarez de Alarcon*, qui ſæpius quoque teſtimonio noſtri nititur, (τ) opus hoc magno ſtudio ac diligentia ab Auctore exaratum, ac ſtemmatum inprimis ex montanis Caſtellæ veteris partibus oriundorum notitia inſtructiſſimum aſſerit, illudque poſt Athanaſii obitum *à filio Don Michaele Ludovico de Ayala* adauctum fuiſſe nos edocet. Lucem tamen publicam, quod ſciam, nondum adſpexit. Cæterum quin eundem cum noſtro credam Athanaſium Ayalam Nicolao Antonio (υ) laudatum, vix adduci queo.

LXXXIX. P. ATHANASIUS KIRCHERUS, Fuldenſis Germanus, Jeſuitici ordinis ſodalis, Vir in omni ſcientiarum genere verſatiſſimus, & vel eo ſolum nomine Hiſpanis non niſi cum elogio citandus, quod, Clariſſimo Archiatro Regio, Joanne Jacobo Chiffletio teſte (φ) Mathematica demonſtratione evicerit, maximum omnium totius terrarum orbis Principum, ſi Dominiorum computes vaſtitatem, Regem Hiſpaniæ exiſtere. Vendicat autem ſibi ſummus hicce Vir etiam inter Genealogos noſtros locum ob celebratum ſpeciatim ſtemma Joannium inter nobiles Valentini Regni

(*o*) Vid Elenchus Auctorum præfationi adjectus.
(π) Nobleza del Andaluſia in præf. & elencho libror. eidem adjecto.
(ρ) Memorial por la Caſa de Aſturias fol. 13 princ. lit. D.
(σ) Genealogia de la Caſa de Vergara paſſim.
(τ) Relaciones Genealogicas de los Marqueſes de Trociſal pag. 102. col. 2.
(υ) Biblioth Hiſpan. Tom. I. lit. A. pag 134. col. 1. med.
(φ) Operum Hiſtoricorum Tom. I. pag. 413. med.

Regni proſapias inclytum; Edidit quippe anno 1666. librum Hiſtorico-Politicum.

PRINCIPIS Chriſtiani Archetypon Politicum inſcriptum, eique inſeruit Vitam celeberrimi doctiſſimique Viri *Don Honorati Joannis*, qui poſtquam Caroli infauſto ſidere nati Principis ac Philippi II. filii ſtudiis præfuerat, Epiſcopus Oſmenſis Eccleſiæ evaſit; inque ejus gratiam Auctor operi iſti adjecit Genealogicam Stemmatis Joannici hiſtoriam. (141)

SPLENDOR & gloria domus Joanniæ nuncupatam; Recuſum opus illud fuit Amſtelodami typis Joannis Janſonii 1672. in 4to Maximam vero, ut recte cenſet Salazarius (χ) ab Auctoris nomine & fama laudem gloriamque aucupatur.

Fr. ATHANASIUS DE LOBERA, ex opidulo *Herce* Diœceſeos Calagurritanæ, & Vallis de Arnedo, ut ipſe deſe affirmavit (ψ) oriundus Ciſtercienſium Monachus, & in Cœnobio *Montis Ramorum* in Gallæciæ Regno Sodalis, SS. Theologiæ Doctor, & Regius Philippi II. Hiſtoriographus, varia ſcripſit, argumenti inprimis Hiſtorici, opera, quæ inter heic locum tuetur ſuum elegans & reconditæ eruditionis opus: XC.

HISTORIA de la Ciudad de Leon con las vidas de les Santos Froilan Obiſpo de Leon, y Ittilano de Zamora Monges del Monaſterio de Moreruela. Pinciæ apud Cordubas 1598. in 4to Huic etenim plurima de Legionenſibus Cantabricisque familiis nobilibus memoratu digna inſeruit, unde & Genealogis Hiſpanis ſæpiſſime conſulendus venit; Eos inter etiam, qui de Regio Hiſpanico Stemmate commentati ſunt, locum commeritus eſt, edita. (142)

CRONOLOGIA de los Reies de Eſpanna. Pinciæ 1598. 4to. Dolendum autem & merito, aliud majoris momenti elaboratum ab Athanaſio noſtro opus, videlicet: (143)

CORONICA grande del Reino de Galicia (quod quin maximam nobilibus ejus regni proſapiis lucem affundere queat, nullum eſt dubium) ineditum in ſcriniis ejus Pinciæ anno MDCV. demortui relictum ſit, cujus dein autographum in curioſa ſua aſſervavit Bibliotheca illuſtriſſimus *Gondomaris* Comes, ut teſtatur Nicol. Antonius (ω). (143. b.)

AVELLANEDA, gloria antiquitatis æque ac ſanguinis ſplendore (ex XCI.

(χ) in MSpto Indice Genealogorum No. 130.
(ψ) Hiſtoriam de la Ciudad de Leon. cap. 20.
(ω) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. lit. A. pag. 134. a.

(ex vetuſtiſſimis quippe Biscajæ Dominis derivata) illuſtris inter Hiſpanas familia; de qua præter innumera alia, quæ ipſius ortum & propagines nobis explanata dederunt nobiliaria, peculiaris ab anonymo compilatus autore exſtat liber Juridico-Genealogicus, hoc frontiſpicio inſignis:

(144) *COMPROBACION de la demanda de Don Geronimo de Avellaneda Manrique, hyo de la Caſa de Avellaneda en Toledo, del Conſejo de ſu Mageſtad, y ſu Alcalde de Caſa y Corte. Ad perpetuam rei memoriam.* Matriti in folio. Plurima autem ſubminiſtrat ad hauriendam de inclyta iſta familia profundiorem notitiam apprime conducentia, unde & debitis illud encomiis proſequitur doctiſſimus harum rerum Joſephus Pellicerius de Tovar & Oſſau, Archi-Chronographus Regius (α).

XCII. DON AUGUSTINUS LAURENTIUS DE PADILLA ALTAMIRANO, JCtus & in Curiis Juſtitiæ Regiis Cauſarum Patronus, notum orbi nomen dedit edito talis tituli libello:

(145.) *COMPENDIO del origen, antiquedad y nobleza de la familia y apellido Marquez con la noticia de los eſcudos de ſus armas, y de la de algunos linages y apellidos nobles deſtos Reinos de Eſpanna.* Hiſpali apud Johannem Franciſcum de Blas 1689. in 4to. 36. plagul. Nuncupavit eundem Auctor *Don Emanueli Joachimo Garſiæ Alvarez de Toledo & Portugal 8vo. Oropeſæ* Comiti & Supremi tunc Caſtellæ Senatus Præſidi, cujus inſignia æri inciſa Epiſtolæ nuncupatoriæ præfixit. Marqueſiana autem illa domus plurimum togæ ſagique muneribus inclaruit, & per univerſam Hiſpaniam, Indiamque Occidentalem ramos extendit ſuos, quin & Carolus II. Rex eidem Marchionatum *del Arco* in Segovienſi Diœceſi ſitum contulit, primum creando Marchionem *Don Gaſparem Joſephum Marquez de Prado y Bracamonte,* Ordinis Calatravenſis Equitem, & Supremæ Curiæ Valliſoletanæ Senatorem; Eidem quoque ortum debet inferius laudandus *Don Joſephus Michaelius Marquez.*

XCIII. DON AUGUSTINUS MANUEL ET VASCONZELOS SEU VASCONCELLOS, nobiliſſimo inter Luſitanos Manueliorum ſanguine prognatus, Eques Sago togaque inclytus, ſed in motibus anno ſuperioris ſæculi quadrageſimo primo patriam miſere concutientibus ob juratam cum aliis Joanni IV. Brigantino Regi cædem Olyſſipone in foro maximo capite truncatus. Scripſit inter alia elegans de Heroë *Meneſio* tertio

(α) Memorial por los Condes de Miranda fol. 53. a. med.

tertio *Vianæ* Comite opus Olyſſipone apud Craesbeckios editum hoc titulo.

VIDA de Don Duarte de Meneſes, terrero Conde de Viana, y Succeſſos notables de Portugal en ſu tiempo, anno 1627. in 4to duorum alphabetorum mole, & libris 5. conſtans, ac *Don Eduardo Ludovico de Meneſes Taroucæ* Comiti nuncupatum. Locum autem liber iſte inter Genealogos ſortitus noſtros ob enarratos in principio operis Herois ſui majores, & illuſtris Meneſianæ domus capita. Totus autem diſerte & cum judicio ſcriptus eſt, *Antonio* judice (β), qui tamen, ut obiter id moneam, lapſu forſan calami Auctoris familiæque cognomen in Emmanuelis prænomen commutavit. (146)

B.

BAEZA, Urbs Regni Giennenſis celeberrima, antiquis *Beatia,* ſeu, ut aliis placet, *Biatia* dicta, terque Mauris erepta, ab Alphonſo nempe VIII. cognominato *El Emperador* die Sancti Iſidori anni M CXLVII. ejus nepote Alphonſo IX. anno MCCXII. & denique a Ferdinando Sancto ſeu III. die St. Andreæ anni M CC XXVII. ex quo tempore Chriſtianis perpetuo habitari cœpta; inprimis autem Sanctus ille Rex trecentis nobilibus Viris, qui in urbe expugnanda ſtrenuam collocaverant operam, domicilia terrasque ejusdem diſtribuit, quorum Catalogum contexuit inferius laudandus *Don Martinus de Ximena* in præclaro ſuo Annalium Eccleſiaſticorum Giennenſium opere, (γ) qui & ſimul inſignia eorundem, prout in fornice maximo Eccleſiæ Collegiatæ arcis Beacienſis hodienum depicta cernuntur, exhibet; Meminit autem idem Ximena, ſe diverſos quatuor poſſediſſe Codices anonymum Auctorum, qui ſigillatim, id argumentum Nobilium juxta Beacienſium hiſtoriam aut genealogice aut heraldice pertractarunt. Primus iſtorum Codicum in forma quadrati non niſi 48. folia priora (cum reliqua omnia temporum injuria hominumve incuria perierint) reliqua habet, ſingulæque paginæ bina inſignia cum ſubſcriptis nobilium nominibus, & ſic ſcuta in univerſum 147. complectuntur. Poſſedit olim huncce Codicem celebris Jeſuita, P. Franciſcus de Bilches Beacienſis, Collegii St. XCIV. (147.)

(β) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. lit. A. p. 137. col. 1. fin.
(γ) Annales de Jaen, fol. 118. & 251. pr.

Ignatio Sacri in urbe patriam Rector, ex cujus Bibliotheca mutuo accepit anno 1644. Ximena noſter, qui Prologum Codicis a Ferdinando Mexia Senatore Giennenſi ad Equites Beacienſes conſcriptum integrum excer-
(148) ptum dedit. Alter Codex itidem manuſcriptus in forma folii continet 480. folia, variiſque de urbe Beacienſi, nobilibusque illius civibus notitiis, maximam partem ex urbis Tabulariis deſumtis refertus eſt, & ſecundum Ximenæ conjecturam ante ſesqui-ſæculum id eſt circa annum 1577. exaratus fuit, in primis pag. 32. hujus voluminis integer trecentorum iſtorum Nobilium Beacienſium Catalogus habetur, quem verbotenus ſuis Ximena Annalibus inſervit, adjecto privilegio ab Alphonſo X. Rege Ferdinandi Sancti Filio triginta tribus arcem Beacienſem habitantibus Viris nobilibus Toleti d. 27. Septembr. Eræ clↄ ccc viii. ſeu A. Chr.
(149.) (150.) clↄ cc lxix. conceſſo. Reliqui duo Codices itidem Manuſcripti circa annum, ut videtur 1560. exarati idem cum prioribus pertractant argumentum, & ex urbis Beacienſis Archivo ibidem deſumti ſunt, ſtudio, ut Ximena haut levi conjectura aſſecutus eſt, Argote Molinæ, Summi Viri, qui eos forte ſecundæ Partis nobiliarii ſui Bætici loco eſſe voluit. Ipſo mortuo dein pervenere ad conſobrinum ſuum Chriſtophorum de Peralta, ortu incolatuque Beacienſem, qui moriens eos reliquit filio cognomina, Presbytero & Eccleſiæ Collegialis Beacienſis Canonico, a quo una cum aliis codicibus manuſcriptis ipſos ſibi coëmit Ximena noſter. Continet prius volumen folia 476. poſterius autem 444. (δ).

XCV. BAEZA, Illuſtris in Caſtellæ Regnis reſidens Familia ortum trahit ex Andaluſiæ oppidulo *Valdepennas* dicto, ut conſtat ex perantiquo Decreto nobilitatis, ut JCtis audit, executorio *Petro Sanchez de Baeza* Hiſpali per *Alphonſum Garciam*, Præfectum Nobilium, (Hiſpanis *Alcayde de los Hyosdalgo*) Petri cognomine Crudelis Regis Caſtellæ d. 8. Januarii clↄ ccc lvi. conceſſo, teſte Franciſco Caſcales (ε) qui etiam inſignia Bæzarum expreſſit. Inclytæ huic familiæ ortum debuit *Don Alphonſus de Baeza Maurique de Luna & Mendoza*, in cujus honorem ab ignoti nominis Auctore libellus eſt conſcriptus hujus tituli.

(151) *MEMORIAL Genealogico de la Caſa de Baeza*, magna is cum accuratione veritatisque ſtudio elaboratus perhibetur, unde multis cumulari laudibus commeruit a juſto harum rerum cenſore *Don Ludovico de Salazar*

(δ) Ximena l. c. pag. 251.
(ε) Hiſtoria de Murcia fol. 311. col. 1.

zar & Castro (ζ) qui &, quod ἀνέκδοτος adhuc in scriniis lateat, merito conqueritur. Alphonsus autem iste, ut alibi prolixius deducemus ex Domino *Mencia de Lara* parens fuit *Ludovici Francisci de Baeza & Mendoza*, Domini oppidorum *Estepar* & *Fravdovinez*, Oeconomi seu *Mayordomo* Mariæ Annæ Austriacæ Reginæ, quem Philippi IV. Regis munificentia d. 12. Julii MDCLXIII. primum creavit Castrimontis in Castella veteri Marchionem.

BALTHASAR ANDREAS, Aragonensis JCtus jam in Themide Hispana (η) nobis laudatus, scripsit, cum a feriis quandoque Jurisprudentiæ forique (*Juratus* enim in *Capite*, ut vulgo audit, Cæsar Augustanus anno jam 1618. fuerat constitutus) feriaretur negociis hoc lemmate conspicuum opus: XCVI.

GENEALOGIA Regum Aragoniæ. Mansit illud manuscriptum penes filium Balthasaris, *Joannem Franciscum Andream de Uztarroz*, Clarissimum ævo patrum Aragoniæ Historiographum, qui sæpius in scriptis suis ejus utitur testimonio (θ) & patrem hunc suum obiisse notat anno MDCXXXV. tanto sui apud bonos relicto desiderio, ut Academia *Anhelantium* Cæsar-Augustana Mausoleum ei chartaceum erexerit, opera *Solitarii* anno sequenti 1636. typis impressum. (152)

DON BALTHASAR HENRIQUEZ DE ANAYA & MANRIQUE, posthumus *Alphonsi Henriquez* decimi quarti oppidi *Villalva de los Clanos* dicti Domini, qui Vallisoleti mense Majo 1645. fatis cessit, filius ex *Benedicta Antonia* de *Sotomaior & Noronna*, primi Vice-Comitis de *Crecente* filia natus Vallisoleti d. 1. Octobr. 1645. ipse decimus quintus Villalvæ dominus, ut & oppidorum *Anaya*, *Cabrillas Tavera*, *Castro Nunnodono*, *Mozarabes*, *San Pedro de la Maza*, *Nigrillos*, & dimidii pagorum de *Aldiguela* & *la Bobeda*, majoratuumque Toletanorum possessor, ac per Uxorem *Bernardinam Enriquez de la Carra & Alava*, *Gaspari* primi *Ablitarum* Comitis ex *Hieronymo de Ezpeleta* & *Gongora* filiam dicti Comitatus hæres, Ordinis S. Jacobi Eques, Castri *Montanches* Capitaneus, & nobilis aulicus (de la boca ut vocant) Caroli II. Regis Hispaniarum, cujus favor ipsum anno 1686. prædicti oppidi *Villalvæ de los Llanos* in Salmanticensi territo- XCVII.

 rio

(ζ) in MSto sæpius citato No. 208.
(η) Sectione VIII §. 17. pag. 97. med.
(θ) in Notitia MStorum Blancæ operi de Coronationibus Regum Aragoniæ adjecta lit. B.

rio siti creavit Marchionem, cui ut se parem honori probaret, Regi libellum supplicem obtulit hujus epigraphes:

(153.) *MEMORIAL Genealogico de la casa y Servicios de Don Baltasar Alonso Enriquez, de Anaya y Murique &c.* typisque illum Matritensibus eodem statim anno excudi curavit, quem autem auctorem opus istud agnoscat, nec *Salazario*, nec nobis innotuit.

XCVIII. DON BALTHASAR GILBERTES Aragonensis, Ordinis Sancti Jacobi Eques, & *Antonii Gilbertes* supra No. LXIII. laudati nepos, cujus avi sui ut absolutum daret elegans opus:

(154) *GENEALOGIA de los Ferreras y Gilbertes de Aragon* illud adauxit & ad sua usque tempora continuata serie deduxit; Manuscriptum illud in divite suo harum rerum penu possedit *Don Ludovicus de Salazar & Castro,* qui & operis & Auctoris non sine debitis meminit elogiis. (ι)

XCIX. DON BALTHASAR DE LEZAUN, ANDIA & CLAVIJO, Supremus Comitatus Levinensis Judex (vulgo *Alcalde Mayor,*) scripsit, cum adhuc apud *Antonium de Toledo Beaumont,* secundum hujus nominis, septimumque Albæ Ducem Consiliarii munere fungeretur, ut Patrono gratum testaretur obsequium, de Ducum Albanorum heroico Stemmate opus sic inscriptum:

(155) *GENEALOGIA de la Casa de los Duques de Alba &c.* Latet illud manuscriptum adhuc in Tabulariis istorum Ducum, nec typis impressum hactenus prodiit, quod eo magis dolendum, cum Salazario nostro (κ) penes quem ejus est apographum opus quamvis breviusculum multis tamen singularibus notitiis & instrumentis quoque authenticis audiat refertissimum.

C. BALTHASAR PORRENNO, Conchensis, Presbyter, SS. Theologiæ Licentiatus, & Parochus primo opidorum *Salzedon* & *Corcoles,* Vicariusque Dioeceseos patriæ Episcopalis, *Petri* dein *Portocarreri* Conchensis Episcopi ac Generalis Fidei pravitatisque hæreticæ Inquisitoris Sacellanus & Eleemosynarius, tandemque ædis Sancti Stephani in opido *Huete* Pastor, Vir plurimis tum prosa tum vorsa oratione elucubratis opusculis celebratissimus, ex quibus ad nostrum collimant scopum sequentia.

(156) *ELOGIOS, de los Cardenales de Espanna,* cujus libri apprime ad notitiam stemmatum Hispanorum illustrium conducentis notitiam debemus

(ι) in MSto. cit. No. 194.
(κ) in MSto citato No. 114.

mus *Ludovico Jacobo a St. Carolo*, Bibliothecæ Pontificiæ auctori, ut & *Nicolao* noſtro *Antonio* (λ) qui & alibi (μ) nos edocet, ſe operis iſtius Codicem manu exaratum habuiſſe Romæ ex ampliſſima mutuatum Cardinalis *Franciſci Barberini* Bibliotheca, in quo ſingulorum Cardinalium inſignia nitidis depicta coloribus exſtitere, meritoque dolendum egregio iſto opere adhuc carere orbem literatum, cum luce publica deprehendatur digniſſimum.

MEMORIAL de los Varones iluſtres de la Caſa de Contreras. Perfecit auctor hoc opus anno MDCXXVII. Servatque authenticum ejus exemplar Matriti curioſiſſimus harum rerum Salazarius, ut ipſe (ν) fatetur. (157)

ELOGIOS de los Infantes, que hanſido Arzobispos de Toledo, ſive de Principibus Hiſpaniæ Regum filiis, qui ad ſummum Eccleſiaſticæ in Hiſpania dignitatis pervenere faſtigium, Archi-Epiſcopiam puta Toletanam. Obtulit opus hoc Auctor Sereniſſimo Principi, *Ferdinando Auſtriaco* Cardinali & Archi-Præſuli Toletano, viditque authenticum exemplar Matriti in Conventu *Sanctæ Mariæ de Monteſerrato* Ordinis Benedictini *Nicolaus Antonius*, typis enim impreſſum hucusque non prodiit. (158)

HISTORIA Epiſcopal y Real de Eſpanna, nesdiel tiempo del Rey Don Ramiro el primero, en la qual, ſe trata de los Arc, Obiſpos de Toledo y Reyes, que han governado a Eſpanna delixo de ſuprimado, de los Concilios, Linages de Cavalleros, hombres ſanctos y doctos, y otras caſas de mucha curioſidad. Opus vaſtum duobus voluminibus comprehenſum, & Hiſtoriam Regum æque ac Archi-Præſulum Toletanorum pertractans, & ad cognoſcenda illuſtria inter Hiſpanos ſtemmata apprime faciens, & ob id ſequioribus ævi Genealogis frequenter tritum. Nuncupavit illud Auctor Decano & Capitulo Eccleſiæ Toletanæ, in cujus Bibliotheca etiam authenticum exemplar aſſervatur. Apographum ejus ex Illuſtris b. m. *Joannis Lucæ Corteſii* Bibliotheca coëmtum in has ſecum adportavit oras beatus *Ehrencronius*. Meminere operis cum elogio Auctor *Archivi Complutenſis*, quod cum *Franciſci Ximenii* Cardinalis vita editum fuit Panormi anno 1653. (ξ) & *Nicolaus Antonius*. (ο) (159)

VIDA

(λ) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. lit. B. pag 144. col. 1.
(μ) in Appendice Biblioth. Hiſp. Tom. II. pag. 284. col. 1.
(ν) in MSto citato No. 186.
(ξ) pag. 91.
(ο) Biblioth Hiſp. Vol. 2. pag. 284. 2.

(160) *VIDA y hechos del Cardenal Don Gil de Albornoz.* Hic libellus prodiit Conchæ (vulgo *Cuenca*) typis Dominici de la Iglesia 1623. in 8vo ac in principio nonnulla de Albornosiano stemmate notatu exhibet condigna. Tandem & Auctorem agnoscit nostrum.

(161) *VIDA del Cardenal Don Pedro Gonsalez de Mendoza, quam* propriam conscriptam manu *Porrenus* obtulit *Don Francisco de Mendoza,* Archithalasso Regni Aragoniæ, ac Præsuli Seguntino, cujus obitu interveniente opus hoc amissum fuit.

CI. DON BALTHASAR DE ZUNNIGA, *Gasparis de Azevedo,* quinti Comitis de *Monterrey* frater, filiusque *Hieronymi* quarti Comitis ex *Agnesa Velasco & Tovar,* Marchionum *Berlangæ* filia, Eques Ordinis Sancti Jacobi, & Provinciæ Legionensis supremus Commendatarius, Philippi III. Regis ad Pontificem Romanum, Regem Angliæ, Albertum Austriæ Archi-Ducem Belgis imperantem, Regem Galliæ & Matthiam Imperatorem missus Legatus, Præses item supremi Rerum Italicarum Senatus, Ephorus Philippi IV. principis, ejusdemque dein Oeconomus supremus, vulgo *Maiordomo Maior*, cujus vitam uxorem liberosque cui nosse volupe adeat *Alphonsum Lopez de Haro* in suo Nobiliario (ϖ) Encomia vero ejusdem exhibent *Aegidius Gonsalez Davila* (ϱ) & *Gundisalvus de Cespedes & Meneses* (σ). Summus ergo hic meritis Vir, ut inter graviora regni Reique publicæ negocia animum quandoque pasceret, & a seriis abstraheret, proprio conscripsit libellum Stemmatographicum hujus lemmatis:

(162) *GENEALOGIA de la Casa de los Condes de Monterrey* familiarum nempe *Zunniganæ, Ullcanæ & Azevedanæ* historiam successionesque pertractantem. Autographum hujus operis hodienum asservatur in Bibliotheca Collegii Archi-Episcopalis St. Bartholomæo Sacri in Salmanticensi Universitate, unde copiam ejus nacti sunt, qui in suis illud deprædicarunt scriptis, *Antonius Suarez de Alarcon* (τ) & *Philippus de Gandara* (υ) Obiit Zunniga noster diem supremum Matriti die 7. Octobris anno M DC XXII. teste *Ludovico Salazario de Castro* (φ).

BARBA

(π) Nobiliario de Espanna Tom. I. pag. 578 fin.
(ϱ) Theatro de las grandezas de Madrid pag 469. m.
(σ) Historia del Rei D. Felipe 4to Lib. 3 c. 19. pag. 240.
(τ) In præfat. relationum suarum Genealogicarum.
(υ) Nobiliario de Galicia Lib. 3 cap. 26. §. 4. fol. 461. col. 2. med.
(φ) Advertencias Historicas pag. 225. pr. num. XV.

BARBA seu BARVA una ex antiquissimis Castellæ Legionisque (ubi omnium *Castrofuerte* possidet) Regnorum familiis, de qua omnino evolvi meretur *Ludovicus de Salazar* & *Castro*, (χ) qui ejus propagines & successiones late eleganterque explicavit: Exstinctis ante plures abhinc annos masculis in feminas recidit, majoratumque *Castrifortis* una cum Dynastia *Alconchelensi* in Extremadura sita hodie possidet *Donna Theresa Pacheco de Meneses & Barba*, quarta *Castrifortis* Marchionissa, & *Antonii Portocarreri de Luna & Mascarennas*, Comitis *de Obedos* Domini *del Carrascal* & *Castro Ximeno* vidua, ex quo unicam habet filiam D. Piam Antoniam posthumam anno MDCXCVIII. natam. De hac igitur (ut in viam redeamus) illustri familia scriptus ab anonymo auctore prodiit liber, sic notatus: CII.

GENEALOGIA de la Casa de Barba, absolutus ille fuit avo Philippi III. Regis, possidetque ejus exemplar curiosissimus harum rerum *Ludovicus de Salazar* & *Castro*, (ψ) qui multa laude dignum censet. (163.)

BARCINO, hodie *Barcellona* Metropolis Comitatus cognominis totiusque Cataloniæ, ac antiquissimorum Comitum, e quibus Aragoniæ Reges progerminarunt, sedes nobilissima. Præter alios complures Auctores, qui Comitum istorum stemma prolixius explicatum dedere, exstat etiam peculiaris. CIII.

BARCINONENSIUM Comitum antiquorum Genealogia, ab anonymo Auctore Catalano Sæculo XVto conscripta, cujus exemplar authenticum asservatur in scriniis Monasterii Rivipullensis (vulgo *Ripol*) Ordinis Sancti Benedicti in Catalonia siti, apographa vero possedere Don *Raphael de Vilosa*, Curiæ supremæ Regni Aragonici in urbe Matritensi Senator, ut & *Jacobus Raymundus* seu *Ramon Vila*, qui una cum aliis Codicibus manuscriptis illud legavit Monasterio Sancti *Hieronymi de la Murta* prope Barcinonem, ut nos edocuit *Nicolaus Antonius*, (ω) (164.)

BARNABAS MORENO DE VARGAS Augustam Emeritam, Extremaduræ Provinciæ metropolin patriam agnoscit, ibique Decurionis perpetui in Civium Senatu munus gessit, de sua non solum urbe, sed & universa pæne Hispania optime meritus emissis in publicum libris aliquot Historicis æque ac Genealogicis, quos inter primas tenet opus egregium & quantivis pretii, inscriptum: CIV.

HI-

(χ) Advert. Histor. pag. 198. seqq.
(ψ) In MSCto sæpe citato num 220.
(ω) Biblioth. Hispan. veteris Tom. II. pag. 259. fin.

(165.) *HISTORIA de la Ciudad de Merida,* Libris quinque conſtans, & Matriti apud Petrum Taſo excuſum anno 1633. in 4to quatuor alphabetorum mole. Immiſcuit ei Auctor nonnulla, pauca tamen de familiis illius urbis nobilibus, quæ vero non ſine fructu frequentius nec ſine Auctoris encomio Genealogis Hiſpanicis uſurpantur. Plura vero, ſpeciatim, quod jura, privilegia ac inſignia nobilium Hiſpaniæ ſpectat, continet alius Auctoris hujus libellus, ſic inſcriptns.

(166.) *DISCURSOS de la nobleza de Eſpanna,* & bis, quod ſciam, Matriti editus, primum typis viduæ Alphonſi Martini 1622, in 4to, dein rurſus typis Joſephi Fernandez de Buendia 1659, in 4to 30. plagulis. Præter duo hæc opuſcula plures quoque peculiares.

(167.) *ARBORES genealogicas* ſeu ſtemmatographias variarum illuſtrium Hiſpaniæ familiarum elaboraſſe Morenum noſtrum, quæ in curioſorum ſcriniis manuſcriptæ aſſervantur, nos edocuit *Ludovicus de Salazar & Caſtro,* (α) qui æque ac Antonius de Leon Pinelus (β) eundem Viri ob veritatis ſtudium eruditionemque haud vulgarem æſtimatiſſimi elogio mactat.

CV. BARTHOLOMÆUS FRIAS DE ALBORNOZ, patre cognomini Ordinis Sancti Jacobi Equite natus, fratrem habuit Ægidium, Regii Monaſterii Diſcalceatarum Matritenſis ſupremum Sacellanum, fuitque ortu Talabricenſis, Jurium Doctor Oſſumenſi in Univerſitate creatus eorundemque in Mexicana Americæ Academia Profeſſor, ac celebrati inter Hiſpanos operis de Contractibus, vulgo arte de los Contratos Valentiæ apud Petrum de Huete 1573. (non, ut typothetæ errore apud Salazarium legitur 1673. in fol. editi Auctor. Tribuit autem Clariſſimo huic JCto *Nicolaus Antonius.* (γ)

(168.) *LIBRO de los linages de Eſpanna,* quo olim adjutum ſe in *Nobiliario* ſuo *del Andaluzia* fatetur *Gundiſalvus Argote Molina* (δ) qui pauca quidem in eo genere noſtrum, omnium tamen accuratiſſime & optime ſcripſiſſe aſſerit. Neſcio tamen, an *Antonio* aſſenſus debeatur, qui eundem libri hujus Genealogici & Juridici de Contractibus operis Auctorem ſtatuit, cum Molina ſolum eum Licentiati *Frias de Albornez* indigitet nomine, & *Pel-*

(α) In MSCto ſæpe cit. num. 69.
(β) Diſcurſos genealog. de la Caſa de Arellaneda pag. 3. fin.
(γ) Biblioth. Hiſp. Tom. I. pag. 152. a.
(δ) In Præf. dicti libri & Indice Auctorum præfixo eidem operi.

Pellicerius æque ac *Salazarius* (ε) cum expreſſis verbis alium faciat à dicto JCto.

FR. BARTHOLOMÆUS DE MOLINA, Franciſcanorum Nudipedum ſodalis, & Ordinis ſui per Provinciam Sancti Joſephi Definitor Panegyricum Comiti Oropeſæ olim dictum typis vulgavit, nempe: CVI.

BREVE Tradado de las virtudes de Don Juan Garſias Alvarez de Toledo, quinto Conde de Oropeſa. Matriti apud *Alphonſum Delgado* 1621. in 8. In libelli hujus initio Auctor de claro Herois ſui ſtemmate, majoribusque illuſtribus nonnulla haud contemnenda ſuppeditat, & ob id aliquem inter noſtros Genealogos locum tuetur. (169.)

FR. BARTHOLOMÆUS RODIGUEZ nobis haud alio cognitus, neque heic memorandus nomine, quam quod *Franciſco Sotæ* in egregio Hiſtoriæ Principum Aſturicenſium opere. (ζ) CVII.

GENEALOGIAM domus Guzmannicæ, inprimis quod ejus originem & parentes majoresve Sancti Dominici (hujus enim ſacris imbutum credimus) aliquatenus illuſtratos dediſſe perhibeatur. (170.)

BARTHOLOMÆUS XIMENEZ PATON, Almedinenſis, Fidei Cenſorum in Regno Murciæ Notarius, & in oppido *Villanueva de los Infantes* Curſorum Præfectus, vulgo *Correo mayor*, varia ſcripſit Grammatica, Rhetorica, Philologica, Politica, Moralia, ac Hiſtorica, quorum Catalogum exhibet Bibliotheca *Antoniana*. (η) Ea inter ad noſtrum facit inſtitutum CVIII.

HISTORIA de la antigua y continuada nobleza de la Ciudad de Jaen, y de algunos Varones famoſos hijos della. Giennii apud *Petrum de la Cueſta* 1628. in 4to. Fatetur quidem ingenue ipſe Auctor, ſe maximam operis partem debere ſchedis laudandi inferius ſuo loco Viri Clariſſimi *Petri Ordonnez de Zevallos*, qui idem pertractans argumentum, & morte præventus ad umbilicum perducere nequiens lampada Patoni conſignatis in ejus manus ſchedis ſuis tradidit, qui & telam à *Zevallo* exorſam ſtrenue pertexit & haud proletaria variorum ſtemmatum nobilium notitia exornavit. Porro & noſtro Bartholomæo deberi ſuſpicamur libellum Genealogicum, quem ſub *Magiſtri Paton* nomine, talique titulo inſignitum: (171.)

HISTORIA de los Condes del Villar, y ſu caſa, laudat *Rodericus Mendez* (172.)

H 2

(ε) Hiſtoria de la Caſa de Lara Lib. 19. cap. 18. pag. 398. ubi pro 1673. legendum 1573.

(ζ) Coronica de los principes de Aſturias pag. 597. col. 1. med.

(η) Tom. I. Lit. B. pag. 159. col. 2.

dez de Silva Hiſtoriographus Regius (θ) qui ſæpius libelli ejus adhuc ἀνεκδότου utitur auctoritate.

CIX. DON BENEDICTUS TRELLES, QUANNA ET VILLA MIL, Ordinis D. Jacobi Eques, Marchio de *Torralva* & *Borromeo* in ſupremo Caſtellæ Cameræque Senatu Conſiliarius Regius, ſuſceptam ex ſecunda Uxore *Iſabella Agliata & Lança*, Principe *de la Sala* Filiam *Joannam Trelles & Agliatam* nuptui elocavit *Don Joſepho de Mendoza, Guzman & Rojas*, ſexto *Orgaſiæ* Comiti, & ſupremo Provinciæ Biſcainæ, (ut vocant) *Preſtamero*, qui ſub initium menſis Februarii anni MDCLXXXV. Matriti e vivis exceſſit. Huic, ut complaceret ſocer, *Benedictus Trelles*, ſuopte marte anno circiter MDCLXXX. elucubravit, typiſque Matritenſibus commiſit.

(173.) *MEMORIAL Genealogico de las Caſas del Conde de Orgaz*, Guzmannicum, Mendoſinum Rojanumque ſtemmata pertractans; ſed, ut impares huic operæ erant Marchionis humeri, ac facultas, argumentum haud pro dignitate tractavit, non niſi trita omnibus ac maxime vulgaria promendo, nec, quæ ab aliis fuerat mutuatus Genealogis, ſcite decenterque digerendo. Meminerunt cæteroquin operis etiam *Philippus de Gandara* (ι) & *Ludovicus Salazar de Caſtro*. (κ)

CX. BERNARDINUS DE PRADO BELTRAN ET GUENARRA, JCtus, Collegii Regii Sanctorum Philippi & Marci in Limenſi Regni Peruviani Metropoli ſupremus ſodalis, digeſtique in eadem Univerſitate Profeſſor, in lucem edidit

(174.) *PANEGYRICO al Conde de Chinchon, Virrey y Capitan General del Peru.* Limæ 1633. cui de *Cabrerano* & *Bobadillano* ſtemmatibus nonnulla notatu digna inſeruit. Laudat opus in Bibliotheca ſua *Pellicerius*. (λ)

CXI. DON BERNARDINUS BARRIONUEVO DE PERALTA, Matritenſis Marchio de *Cuſſani*, primum Conſiliarius à latere Pro-Regis Neapolitani, dein in ſuprema Rerum Italicarum Curia Matriti Senator, Neapoli olim edi curavit in folio, anno 1616.

(175.) *PANEGYRICO al Conde de Lemos Virrey de Napoles.* Fuit is Don *Petrus Fernandez de Caſtro Andra de y Portugal* ſeptimus Comes de Lemos &c. Vir

(θ) Memorial del Conde de Villardompardo fol. 7. princ.

(ι) Nobiliario de Galicia Lib. II. cap. 26. §. 5. pag. 270. fin.

(κ) Hiſtoria de la Caſa de Lara Lib. XII. cap. 4. §. 4. pag. 555. med. & in MSCto num. 103.

(λ) Pag. 162. a.

Vir πολιτικώτατος, ut ex ejus vita à Gregorio Leti edita patet. Obiit m. Septembri 1622.

FR. BERNARDUS DE BRITO, *Petro Cardoso* & *Maria de Brito* parentibus in oppido *Almeida* Dioecesеos Lamecensis in Lusitania natus anno MDLXIX. d. 20. Augusti, Ordinis Cistercienfium in clara *Alcobazensi* domo Monachus, Doctor Theologus, & anno MDXCVII. constitutus Ordinis sui Historiographus, tandemque in locum defuncti anno MDCXVI. *Francisci Andradæ* suffectus à Philippo III. Rege Regni Lusitanici Archi-Chronographus, cui muneri satisfacturus fundamenta jecit insignis operis, quod ad septem justa jam excrevit volumina, & tali titulo insignitum prodiit in folio. CXII.

MONARQUIA Lusitana. Complectitur illud universalem Regni Lusitanici Historiam à condito inde mundo. Non autem nisi priora duo volumina perfecta dedit *Britus*, in quibus Historiam Regni ad Henricum usque Lusitaniæ Comitem deduxit, prodiit alterum eorum Alcobazæ 1597. alterum Olyssipone apud Petrum Craesbeck 1609. Interveniente anno MDCXVII. *Briti* obitu continuandum vastum hocce opus sibi sumsit FR. ANTONIUS DE BRANDANO, ejusdem cum Brito instituti, in eademque Alcobaciensi domo Monachus, quem in *Emanuelis Menesii* locum Archi-Chronographum Lusitaniæ surrogaverat Philippus IV. Rex. Huic ergo tertium quartumque debetur Monarchiæ hujus volumen, prius gestæ sub Henrico Comite, ejusque filio Alphonso Henriquez primo Lusitaniæ Rege explicat, posterius Alphonsum usque III. pertingit, & junctim ex Officina Craesbeckiana Olyssipone prodiere anno 1632. successit in adornanda ulterius hac sparta Antonio ejus, ni fallor, ex fratre nepos, FR. FRANCISCUS BRANDANO, ejusdem instituti Monachus ac Historiographus Regius, cujus studio ac labore lucem videre quintum sextumque Monarchiæ Lusitanicæ volumina, quorum istud aliquam Regis Dionysii gestorum partem permetitur ad annum usque MCCCII. & typis Craesbeckianis prodiit anno 1650. hoc reliquum vitæ ejusdem Regis spatium absolvit, pertingitque ad annum MCCCXXV. iisdemque typis impressum prodiit anno 1672. Tandem accessit sex hisce voluminibus studio & opera FR. RAPHAELIS DE JESUS, itidem Alcobaciensis Monachi ac Historiographi Regii volumen septimum, quod historiam Lusitanam ad principia usque Regni Alphonsi IV. annumque MCCCLVI. perducit, prodiitque Olyssipone anno 1683. magnumque adhuc restat orbi literato desiderium tanti operis aliquando videndi (176.)

coronidem, & ad noſtra usque tempora cernendi devolutam Monarchiæ hujus molem. Certe monumentum ea eſt Hiſtoriæ Luſitanicæ ære perennius, & locum inter Genealogos noſtros tuetur ſuum; egregiam enim in eruendis illuſtrium Hiſpaniæ, inprimis autem Luſitaniæ ſtemmatum originibus, celebrandisque inclytis earundem Heroibus operam præſtitit, notitiasque ſuppeditat haud vulgares ex documentis authenticis archivi Regii, quod in Turri *do Tombo* aſſervari ſolet, depromptas; adjecta (quod eximio huic operi decori eſt) inſignium ſcutorumque gentilitiorum exacta ſatis annotatione. Sed, ut in viam ad Britumque noſtrum redeamus, nec hoc ſilentio eſt prætereundum, eundem etiam auctorem eſſe elegantis.

(177.) *HISTORIA de noſſa Senhora de Nazareth* inſcripti & adhuc ἀνεκδότȣ operis. Scilicet imago quædam Beatæ Mariæ Virginis Deiparæ Nazaretho Judææ oppido in Luſitaniæ iſtum locum, ubi nunc cognomine claret Cœnobium, (ob miraculorum, quæ illic patrata perhibentur, myriades famoſiſſimum) adportata dicitur. Ejus ergo rei hiſtoriam in hoc opere pertexuit Britus noſter, omniumque, qui vel imaginis ope ſanitatem aut miracula in ſe collata ſenſerunt, vet. ædem hanc ſacram donationibus monumentisque pietatis auxerunt, genealogias immiſcuit, ita, ut *Emanuele Severino à Faria*, (cui Auctor Eboræ, cum anno MDCXI. è Luſitania in Curiam Matritenſem tendens opus hoc Margrethæ Auſtriacæ Reginæ oblaturus id commonſtravit) & *Georgio Cardoſo* (μ) teſtibus vere *illuſtriorum Portugalliæ familiarum* dici queat *Nobiliarium*. Porro & Britum noſtrum Auctorem agnoſcit elegans liber.

(178.) *ELOGIOS dos Reys de Portugal com os mais verdadeiros retratos, que ſe poderano achar*, inſcriptus, & Olyſſipone editus apud Petrum Craesbeck 1603. in 4to. Continet is ſtemmata, vitasque ac veras Regum Luſitaniæ icones, quas *Antonius Vaſconzellus*, *Petus de Mariz*, *Emanuel Faria*, & *Joannes Caramuel Lobkovitius* in ſuis quoque expreſſere operibus. Præter hoc aliud noſtri Briti olim MSCtum in Eſcurialenſi Bibliotheca Regia (ν) asſervatum opus fuit,

(179.) *DISFRAZE de amor; cuentaſe la guerra de Portugal, y el dereche, que la Mageſtad del Rey Phelipe ſegundo nueſtro Sennor tiene à aquel Reino*, ſive de juſta Philippi II. in Regium Luſitaniæ ſolium ſucceſſione. Obiit Britus ſupremum diem in oppido natali Almeida d. 27. Februarii anni MDCXVII.

(μ) In Hagiologio Luſitano d. 30. Maji lit. D.
(ν) Pluteo P. Serie V. num. 17.

MDCXVII. nondum quinquagenarius Matrito rediens, unde exuviæ ejus delatæ fuerunt in Monasterium Ordinis sui *Sancta Maria de Aguiar* nuncupatum prope urbe Castelli Roderici, ubi tale ejus cernitur epitaphium: *Aqui jaz o mui docto Padre Fr. Bernardo de Brito, Chronista mor que foi deste Reino, morreo no anno MDCXVII.* Adversarium, dum adhuc viveret, habuit *Didacum de Paiva de Andrada,* Francisci modo nominati filium, qui paternum ambiens munus prælatum sibi Britum ægre tulit, & in ejus Monarchiam Lusitanam calamum strinxit, edito Olyssipone 1616. in 4to, libro *Exame d' antiguidades, parte primeira,* sed contra eam Briti partes tuendas sumsit *Fr. Bernardinus de Silva* Lusitanus Theologiæ Doctor, edita *Defensa de la Monarquia Lusitana,* 2. partibus constante, quarum prior Conimbricæ 1620. posterior Olyssipone apud Petrum Craesbeck 1627. lucem vidit.

FR. BERNARDUS CARDILLO VILLALPANDO natus Segoviæ d. 2. Junii MDLXX. patre *Balthasare,* matre *Isabella Alvarez del Barco;* puer patre orbus patrui *Gasparis* viri docti cura educatus, studiisque dicatus est, ac in Monasterio Nucalensi (vulgo *Nogales*) d. 23. Aprilis MDLXXXVIII. Cisterciensis Ordinis habitum, mutato lustrico *Balthasaris* in *Bernardi* nomine assumsit, ubi Theologiæ, inprimis autem Historiæ vixit addictissimus, & instinctu *Fr. Ignatii Firmini de Hibero,* Abbatis celeberrimi Conventus *de Fitero* dicti motus ad scribendam Ordinis sui Historiam animum adjecit, eumque in finem Galliæ totiusque Hispaniæ Monasteria obiit, & eorundem archiva perlustravit, domumque redux varia elucubravit, quæ à *Fr. Chrysostomo Henriquez* (ξ) *Fr. Barnaba de Montalvo* (ο) *Didaco Comenares* (ϖ) & *Nicolao Antonio* (ϱ) recensentur. Ea inter ad nostrum quadrant propositum trina sequentia: CXIII.

FUNDACION del Monasterio de Nogales, y descendencia de sus fundadores Ponces de Cabrera y Leon, Duques de Arcos; stemma inclytum Ducum *de Arcos* fusius percensens. (180.)

CHRONICO del Reino y Reies de Navarra; Regiam Navarræ stirpem exhibens. (181.)

CHRONICO de los Ozores y Osorios en el Reino de Galicia. Meminit horum operum à se perfectorum ipse Auctor in Epistola quadam ad *Didacum* (182.)

(ξ) In Phœnice Cisterciensi Lib. 2. cap. 22.

(ο) In Chronico del Orden de Cistel. P. I. Lib. II. cap. 33.

(ϖ) In Historia de la Ciudad de Segovia pag. 788. seq.

(ϱ) Biblioth. Hispan. Tom. I. pag. 174. col. 2. med.

dacum Colmenares perſcripta; verum nullum eorum hactenus lucem, quod ſciam, adſpexit. Obiit *Villalpandus* noſter ipſo die natali, ut patet ex epitaphio, quod amico tale ſtruxit dictus *Colmenares*:

D. O. S.
FR. BERNARDUS VILLALPANDO,
Segovienſis patria, religione Ciſtercienſis,
Philoſophiæ Theologiæque Studioſus,
Hiſtoriæ Studioſiſſimus,
Hiſpania Galliaque peragratis,
Tabulariorum Ciſtercienſium perluſtrandorum cauſa,
luculenta ſcripſit Chronica:
ſed,
proh! literarum importuna fata!
ante emiſſa in lucem ſcripta
ſcriptor lucem amiſit
Anno Chriſti MDCXXXVII. quarto Non. Junii, ætatis
ſuæ LXVII.
R. I. P.

CXVI. DON BERNARDUS GALCERAN DE PINOS ET SAN CLEMENT. Dominus Caſtri *Barbera* in Catalonia, illuſtri familia prognatus, quam ipſe prolixe ac egregie aſſeruit, explicatamque dedit in eleganti opere.

(183.) *HISTORIA de la Caſa de Pinos* inſcripto, quod Duciſſæ *Hijarienſi* nuncupavit; in eoque Vice-Comitum de *Canet* & *Fenollet* inprimis originem & ſucceſſiones explanavit, idque magno cum eruditorum applauſu, qui tanto magis opus hocce faciunt, quod ex documentis authenticis archivi *Pinoſiani* petitum ſciunt, ſimulque, quod adhuc ἀνέκδοτον lateat, conqueruntur; latent tamen plura ejus ἀπόγραφα in curioſorum ſcriniis, ſæpiusque ejus auctoritate nituntur *Joſephus Torner* (σ) & *Ludovicus de Salazar* & *Caſtro*. (τ) qui debitis ſemper *Garceranum* noſtrum encomiis proſequuntur.

BERNAR-

(σ) In Memoriali de la Caſa de los Viz-Condes de Rocaberti paſſim, inprimis pag. 30. ſeqq.

(τ) Hiſtoria de la Caſa de Lara L. I. c. 11. pag. 31. & pag. 126. item in MSCto citato num 78.

BERNARDUS JOSEPHUS LLOBET, Catalanus, & *Cardonæ* Ducum Archivarius edidit anno 1665. CXV.

GENEALOGIA de la Casa de Cardona, ô la declaracion del arbol Genealogico de los Duques de Segorbe y Cardona, in 4to. Conceptam de se spem fefellit Auctor, nec argumentum pro dignitate tractavit, sæpiusque ob id acriorem Pellicerii, Salazarii aliorumque inprimis quoad crebriorem nominum linearumque confusionem, incurrit censuram. Sperabatur equidem, correctum hæc omnia iri ab Auctore in majoris conaminis molisque opere. (184.)

HISTORIA Genealogica de la Casa de Cardona, quod Auctor tribus spissis voluminibus tentasse fertur, sed nec id lucem unquam vidit, nec ipsis Cardonæ Ducibus vel volam vel vestigium ejus reperire hucusque licuit; quamvis, si impressum typis opus judicio & accuratione non superat, jacturam hanc æquo ferre animo poterit orbis eruditus. (185.)

BERRIO, Antiquissima æque ac nobilissima inter Hispanas familia, ex Castellæ Infanzonibus oriunda, domum gentilitiam, quam Hispani *Solar* Germani Stamm-Hauß vocant, prope *Orduniam* civitatem in montanis Biscajæ possidens, unde per Castellam Andalusiamque ramos extendit, & fortiter contra Mauros gestarum rerum gloria viguit. Fusius id explicatum dedit *Gonsalvus Argote Molina* (υ) itemque *Joannes Florez de Ocariz* (φ) qui originem successionesque hujus familiæ prolixius explanavit, simulque se exaratum ab Anonymo auctore opus Genealogicum: CXVI.

ARBOL Genealogico de la Casa de Ruy Diaz de Berrio, ganador de Alhama possidere testatur. (186.)

BEZERRO. De hoc libro, qui Pharos antiquæ nobilitatis Hispanicæ audire jure potest, ut ordine agamus, altius circa ejus originem nobis inquirendum est. Audiamus *Ambrosium Moralem*, testem omni exceptione majorem; is ita: (χ) In Castellæ Legionisque Regnis antiquitus plura reperiebantur oppida *Behetrias* dicta; Hæc supremum, quidem Dominum agnoscebant Regem, eique censum pendebant & vectigalia; simul vero ex nobilium ordine proprium sibi eligebant Dominum ceu Patronum & Benefactorem, quem volebant, eique pro lubitu præstabant, renunciabantque fidem, ita ut in libera ista electione & abdicatione proprie

(υ) Nobleza del Andaluzia Lib. II. cap. 190. fol. 295.
(φ) Nobiliario de nueva Granada arb. I. §. 55. pag. 310. fin.
(χ) Discurso del Linage de Sancto Domingo fol. 335. lit. F.

prie versaretur eminentia Behetriarum, quæ tamdiu parebant nobilibus, quamdiu ii bene faciebant, unde *Benefactoriæ*, & dein corrupte *Besetriæ* tandemque *Behetriæ* dici consueverunt. Harum duo erant genera: aliæ liberum eligendi quemcunque Dominum jus & potestatem habebant, ita, ut ex universa Hispania à mari inde Biscaino seu Aquitanico ad Vandaliticum usque seu Mediterraneum quemcunque nobilem vellent adsciscere sibi Dominum possent, & hæ vulgo *Behetrias de mar à mar* audiebant; aliæ vero non nisi ex certa quadam familia nobili & illustri quempiam sibi præficere dominum valebant, & hæ *Behetrias de entre parientes* vocitabantur. Cum autem successu temporis magna exinde nasceretur confusio, & Regii census magnum quandoque caperent detrimentum, Alphonsus XI. seu ultimus ejus nominis, Hispaniarum Rex Duumviros jurium Statusque Regni ac provinciarum optime gnaros delegit, qui omnes sedecim *Merindades* seu Præfecturas, in quas olim Castellæ Regna dispescebantur, obirent, & *Behetrias* quascunque, earundem Dominos, reditus censusque exacte & diligenter annotarent. Nomina eorum, ceu incomparabilis noster *Nicolaus* (ψ) *Antonius* ea suppeditat, fuere: *Gundisalvus Martinez à Pennafiel*, & *Laurentius Martinez de Pennafiel.* Hi ergo anno MCCCXL. grave hoc & arduum aggressi negocium (quod anno demum MCCCLIII. regnante jam Petro Crudeli (ω) perfectum fuit) in certum volumen.

(187) *EL BEZERRO* dictum, velut in album, *Behetrias* earumque Dominos retulere. Vocis *Bezerro* originem alii à corio vitulino seu pergameno, ex quo volumen istud constabat (vitulus enim Hispanis *bezerro* audit) arcessunt, (α) alii (β) à voce *Abeçar*, quod olim idem erat ac docere, instruere, quasi dicas, *instructio* s. *notitia*; idque nomen hodienum retinent omnes libri & Tabellæ Communitatum, in quibus officia opesque civium adnotantur. Exemplar authenticum *Bezerri* nostri ex Sanctione *Isabellæ* Reginæ, quæ hodienum vim Legis (γ) obtinet, semper apud Cancellarium Pincianæ seu Vallisoletanæ Curiæ asservatum fuit; verum hodie in Regio Castellæ Archivo seu Tabulario Septimancæ (vulgo *Simancas*) repositum invenitur. Plura tamen ejus apographa in Bibliothecis conspiciuntur Magnatum, doctorumque virorum. Possedit unum *Ambrosius Mo-*

(ψ) Biblioth. vet. Hisp. Lib. IX. cap. 6. §. 277. fol. 109. fin.

(ω) Petr. Lopez de Ayala Coronica del rei D. Pedro anno 2. fol. 12. col. 4.

(α) Nicol. Antonius Biblioth. vet. Hisp. Lib. IX. c. 6. §. 292. pag. III. b. med.

(β) Lud. de Salazar Historia de la Casa de Lara Lib. V. c. 2. pag. 302. med.

Morales, ut ipſe teſtatur, (δ) aliud habuit *Gundiſalvus Argote Molina*, (ε) aliud *Hieronymus Zurita*, teſte *Dormero*: (ζ) (qui tamen in eo à reliquis auctoribus diſſentit, quod librum hunc anno jam MCCCXXV. colligi cœptum aſſerat) an vero iſte Zuritæ Codex idem an diverſus ſit ab illo *Antonii Auguſtini*, cujus alibi (η) fit mentio, haud temere dixerim. Alium adhuc Codicem *del Bezerro* poſſidet inſignis Excellentiſſimi Marchionis *de Mondejar* Bibliotheca, (θ) alium item habuit *Joſephus Pellicerius*, (ι) literis admodum vetuſtis exaratum, ex quo ſuum deſcribi exemplar curavit b. m. *Dn. Joannes Lucas Corteſius*, (κ) quod ex ejus dein Bibliotheca ſat magno coemit pretio b. m. Illuſtri *Dn. Hanſen ab Ehrencron*, Legatus Regius, ſecumque ex Hiſpania in has advexit oras, cujus hæc eſt inſcriptio: *LIBRO que commun mente ſe llama el Becero; de lo quo fue fallado, quantos ſon los Derechos de las lugares de las Meriodades de Carrion y de Campos y de Monzon &c. los quales fueron ſubidos por Don Martinez y Lorenzo Martinez de Pennafiel anno de 1342.*

BEZERRO. Diverſus longeque alius à priori liber hic eſt; mentionemque ejus celebrat *Joſephus Pellicerius* in egregio. Comitum Mirandæ pro obtinendo *Grandatu* memoriali Genealogico, (λ) qui illum ſub Joanne II. Caſtellæ Rege compoſitum ab incerto Auctore, hocque inſignitum titulo prodiiſſe aſſerit: CXVIII.

LIBRO del Becerro de las armas y blaſones de los linages de Eſpanna. (188.)
in folio MSCtus.

BIEDMA. Illuſtriſſima hæc eſt domus, ex ipſo Navarræ Regum ſanguine creta, Comitumque *de Monterrey*, *Lemos*, *Sancta Marta*, *Altamira &c.* Marchionumque *Aſtorgæ & del Carpio* genitrix, *Solare* ſeu domum Gentilitiam in Gallæcia ſitam habet, Originem ejus & aliquot ſtemmata uberius deduxit *Philippus de Gandara* in vaſto ſuo opere, (μ) qui ſe CXIX.

I 2 mul-

(γ) Nueva Recopilacion Lib. II. Tit. XV. lege 4.
(δ) Diſcurſo del Linage de Sancto Domingo fol. 336. a. fin.
(ε) In Indice MSCtorum præfixo nobiliario del Andaluſia.
(ζ) Progreſſos de la Hiſtoria ee Aragon Lib. I. cap. I. §. 2. pag. 2. col. 2. & p. 252. num. 13. & pag. 564. vol.
(η) In Epiſt. Auguſtini ad Zuritam apud Dormerum ib. cit. pag. 410. col. 2.
(θ) Antonius Biblioth. veter. loc. cit.
(ι) Pellicerii Bibliotheca pag. 146. n. 5. & Antonius loc. cit.
(κ) Idem locis citatis.
(λ) Pag. 10. a. fin.
(μ) Nobiliario de Galicia Lib. III. cap. 28. pr. pag. 467. col. 2. m.

multum fatetur adjutum insigni opere Genealogico olim composito ab anonymo auctore.

(189.) *CORONICA de la gran Casa de Viedma, Sennores de la villa de Viedma en el Reino de Toledo;* quod adhuc in scriniis curiosorum ἀνέκδοτον latere credimus,

CXX. BISCAYA. Hæc maxime Borealis Monarchiæ Hispanicæ pars est, olim sub Cantabriæ comprehensa nomine, cum propriis suis pareret Dominis. Horum notitiam Genealogicam complectitur opus quoddam manuscriptum auctoris incerti, quod inter κειμήλια Bibliothecæ Regiæ Escurialensis (ν) asservatum, &, prout Catalogus enarrat, hoc gaudet titulo.

(190.) *GENEALOGIA de los antiquos Sennores de Biscaya;* Fertur ibidem ex variis collectum auctoribus, & ex lingua Phoenicia seu Punica in Hispanicam traductum.

CXXI. BLASCUS NUNNESIUS VELA, Consul seu Præses (vernacule *Corregidor*) urbis Conchensis, studiose collegit:

(191.) *COPIAS y archivos de la nobleza de la Ciudad de Cuenca;* Authenticum ejus operis exemplar in archivo seu Tabulario dictæ urbis asservari nos edocet *Joannes Paulus Martirrizo* (ξ) qui ejus sæpe nititur testimonio in eleganti suo Historiæ urbis Conchensis opere.

BLAZON, quære Heraldica.

CXXII. BLASIUS DE SALAZAR, ortu (ni fallor) & civitate Granatensis, Vir nobilium ejus Regni stemmatum notitia instructissimus, & haud infimi subsellii Genealogus; varia scripsit hujus argumenti opuscula, inprimis vero:

(192.) *DE Nobilibus Andalusiæ stemmatibus* multas *arbores* ut vocant *Genealogicas* construxit, quæ junctim haud mediocris crassitiei volumen efformare possent, sed sparsæ ac ineditæ in curiosorum scriniis delitescunt; æque ac sequentia:

(193.) *GENEALOGIA de la Casa de Pulgar, Sennores del Salar,* quod oppidum Regni Granate Carolus II. p. m. Rex in Marchionatum evexit pro *Don Joanne Ferdinandi Perez del Pulgar*, septimo ejusdem Toparcha, ex perantiqua & nobilissima *Pulgarorum* in urbe *Loja* gente oriundo. Libellus iste magno cum studio & accuratione scriptus est, judice, qui bene novit,

(ν) Capsa N. loculo 2. num. 13.

(ξ) Historia de Cuenca fol. 293.

novit, *Salazario.* (o) Meminit etiam doctissimus *Josephus Pellicerius* in eleganti Marchionis *de Priego* pro grandatu primæ classis Memoriali Genealogico scriptæ ab Auctore nostro:

GENEALOGIA de la Casa de Valenzuela (qua de inferius differendi plura locus erit,) Latebat olim MSCta in egregia *Petri de Rojas Mouræ* Comitis & in Senatu Italicarum rerum Regii Consiliarii Bibliotheca, æque ac bina alia *Salazarii* nostri opuscula, videlicet. (194.)

REPARTIMIENTO de Sevilla con escudos de armas, y adiciones de Blas Salazar; Sive de nobilibus, quibus noviter expugnatam Maurisque ereptam Hispalin Ferdinandus III. Rex incolendam tradidit, familiis earumque insignibus Commentarius, additamentis *Salazarii* nostri adauctus, cujus apographum ex B. Joannis Lucæ Cortesii Bibliotheca sibi acquisivit B. Ehrencronius sic inscriptum: *REPARTIMIENTO de la muy noble Ciudad de Sevilla, que hizo el Rey don Alonso el X. Rey de Castilla y Leon anno de 1253. Sacado à la original por de las de Salazar anno de 1623.* cum insignibus pictis, in folio: item (195.)

TRATADO del linage de los Monsalves de Sevilla, utroque sæpius usum se fatetur in Annalibus suis Hispalensibus *Didacus Ortiz de Zunniga.* (ϖ) (196.)

BOHORQUES. Sat celebris togæ inprimis muneribus inter Hispanas eminuit hæc ex valle *Runnazensi* ditionis *Trasmierensis* oriunda familia, quæ olim jam in celebri, quod *del Salado* vulgo audit prælio, eadem quibus hodienum utitur, insignia virtute acquisivit; exhibet illa Clarissimus Argote Molina (ϱ) prout conspiciuntur in magnifico huic familiæ sacro sacello ædis *Villamartinensis* in Hispalensi Juridico Conventu sitæ. Ortum huic stemmati debet insignis supra nobis laudatus (§. LXXVIII.) JCtus, Licentiatus *Alphonsus Nunnesius de Bohorques,* supremæ Castellæ Curiæ sub Philippo II. Rege Senator, cujus & apud *Argote Molinam* elogium reperitur. Extitit de nobilitate hujus stemmatis conscriptum ab Auctore anonymo opus Genealogicum, hujus tituli: CXXIII.

PAPEL Sobre la Limpreza de Espanna y la nobleza de los Bohorques, in folio, in amplissima olim Clarissimi Viri *Laurentii Ramirez de Prado,* supremæ Castellæ Curiæ Senatoris Bibliotheca, ut ex Catalogo ejusdem constat. (σ) BRAGANZA. vide PEREIRA. (197.)

(o) In MSCto sæpe cit. num. 61.
(π) In Indice MSCtorum præfat. subjecto.
(ϱ) Nobleza del Andalusia Lib. II. cap. 83. fol. 206. b. pr.
(σ) Fol. 12. b. num. 10.

C.

CXXIV. CACERES vel MARTINEZ de CACERES familia nobilis orta ex antiquiſſimo ſtemmate Gallæco *Eſpadero* aut *Valladares* cognominato; *Laurentius* quippe *Rodriguez Eſpadero* filius *Roderici Paez de Valladares* interfuit anno MCCXXIX. expugnationi urbis Cazerenſis in Extremadura, ubi adſcito urbis cognomine ejus poſteri dein ſedes fixere. Exſtat conſcriptus hoc de ſtemmate ab auctore anonymo libellus.

(198.) *TRATADO de la Caſa de los Sennores de la Carretona, y de Nogales, del appellido de Martinez de Caceres.* Poſſedit exemplar manuſcriptum *Ferdinandus de Saavedra*, qui plura ex eo Memoriali ſuo Genealogico (τ) inſeruit.

CXXV. CAMANNO, illuſtris inter Gallæcas familia, cujus inſignia exhibet Argote Molina. (υ) Maſcula ejus ſtirps hodienum floret titulo Marchionum de *Villagarcia* illuſtris. Situs eſt Marchionatus iſte in Gallæciæ Regno, conſtans oppidis Villagarcia, Barrantes, Rubianes & Viſtaalegre; Philippus enim IV. Rex, ut *Don Ferdinando de Andrada & Sotomayor*, Archi-Epiſcopo Burgenſi, & anno 1637. Navarræ Pro-Regi, dein Archi-Epiſcopo quoque Compoſtellenſi & Gallæciæ Pro-Regi anno 1655. demortuo Regiæ clementiæ daret documentum, fratrem ejus D. *Maurum de Mendoza Camanno & Sotomayor*, Ordinis Calatravenſis Equitem primum Villagarciæ Marchionem & Vice-Comitem de Barrantes creavit. Stemma horum Marchionum fuſius præter alios deduxit Philippus de Gandara in ſuo Gallæciæ Nobiliario, (φ) qui & nos edocuit, exſtare typis impreſſum anonymi auctoris opus, inſignitum.

(199.) *GENEALOGIA de la Caſa de Camanno, iluſtre en Galicia &c.* ſed tot fabulis falſisque refertum narrationibus, ut vix ullam mereatur fidem; Porro & idem Gandara adhuc alium recenſet anonymum alterius.

(200.) *TRATADO del inclyto linage de Camanno en Galicia* inſcripti opuſculi auctorem, ſimilis fere notæ, quare & eadem, qua illum Strigili eum depexum dedit.

CAN-

(τ) Memorial de la Caſa de Saavedra fol. 209. b. ſeqq.
(υ) Nobleza del Andaluſia Lib. I cap. 103. fol. 111. b. fin.
(φ) Nobiliario de Galicia P. 2. Lib. IV. cap. 13. pag. 605. ſeq.

CANGAS ET TINEO, duo ſunt Caſtellæ veteris oppida ab Henrico III. Caſtellæ Rege Comitatus titulo inſignita, ac ſobrino ſuo *Henrico Villenæ Marchioni* donata, à quo dein Regio patrimonio fuerunt reſtituta. Hiſtoriam ejus Comitatus, Comitumque fuſius explicat peculiaris, qui in Bibliotheca Regia Eſcorialenſi aſſervatur manuſcriptus hujus tituli libellus. (χ) CXXVI.

PROCESO y eſcrituras de como el eſtado de Cangas y Tineo pertenere à la corona Real, y entio en ella. (201.)

CAROLUS BORELLUS, Neapolitanus, Clericus Regularis Ordinis Minorum Sancti Franciſci, ejuſdemque Rector Provincialis Vir Studio Hiſtorico Genealogicoque dedititiſſimus, non Italicas ſolum ſigillatimque Neapolitanas, ſed & Hiſpanicas ſtirpes illuſtrandas ſibi ſumſit; Conſcriptum enim ab eo ſat grande habetur volumen, in quo CXXVII.

GENEALOGIÆ illuſtriorum ſtemmatum Hiſpanorum una cum eorundem inſignibus conſpiciuntur depictis. Meminit ejuſdem & Nicolaus Toppus in Bibliotheca ſua Neapolitana (ψ) ubi & plura ejus ſcripta Genealogica evolvi poterunt. Speciatim inter cætera Genealogiam Ducum *Seſtæ* ex Cordubenſi ſtemmate, & Genealogiam Ducum *Monteleonis* exaravit, quæ utraque tamen typis edita non eſt, ſed MSCta latet. (202.) (203.) (204.)

CAROLUS DE VENASQUE Gallus Natione ſcripſit: CXXVIII.

HISTOIRE de la maiſon de Grimaldi quæ in fol. prodiit, cumque illuſtriſſima hæc domus tot Cardinalium Romanæ Eccleſiæ, Principum item Comitumque genetrix late per Hiſpaniæ ſit diffuſa Regna, multisque ibidem familiis arctiori ſanguinis commixta nexu, merito huic locum inter noſtros damus Genealogos. (205.)

CARTAGENA, nobilis inter Hiſpanas familia, quam ex filia naturali Alphonſi XI. Regis Caſtellæ cuidam Clementis III. Pontificis Rom. Archiatro nupta deducere conatus *Antonius Rodriguez* ſupra ſuo loco memoratus, quamvis id fabulam ſapere alibi forſan evincendi locus erit. Diſcurrit autem inter manus curioſorum ſcriptum circa annum 1640. opus, nempe: CXXIX.

GENEALOGIA de la Caſa de Cartagena, ab anonymo Auctore exarata, in qua ejus gentis ab ævo inde Joannis II. Caſtellæ Regis ad Philippi usque IV. tempora ſucceſſiones & propagines magna cum eruditio- (206.)

(χ) Pluteo O. ſerie 4. num. 3.
(ψ) Pag. 56. fin. & 57. a. ined.

tionis, veritatis & accurationis laude explicantur. Possidet ejus Apographum *Don Ludovicus de Salazar & Castro*, cui & hanc notitiam grato animo acceptam ferimus (ω).

CXXX. DOCTOR CARVAJAL, quem diversum ab infra laudando *Laurentio Galindez Carvajalio* cum *Nicolao Antonio* (α) judicamus, Cathedralis Ecclesiæ Placentinæ Canonicus, Vir rei Genealogicæ adprime gnarus, ut apparet ex eleganti, quod ante trina fere conscripsit sæcula, opere:

(207.) *CORONICO o Historia de la vida de Don Diego Lopez de Zunniga, Justicia mayor de Castilla, que murio en 1412. dedicada, a Don Pedro de Zunniga Conde de Plasencia, su hyo*, in quo stemma æque ac vitam & res gestas inclyti illius Herois solida eruditione explanavit. Exemplar operis authenticum in folio literis antiquis exaratum asservatur in Tabulario Monasterii Sancto Vincentio sacri Ordinis Dominicanorum urbis Placentiæ, & desumtum exinde apographum possidet. Ducum Bejariensium ex Zunnigano stemmate oriundorum Archivum, ubi crebro illud consuluit Josephus Pellicerius, cum in egregio Comitum Mirandæ memoriali formando occuparetur, qui & sæpius illud citat (β) nuspiam tamen Carvajalii hujus prænomen, quod miror, expressit.

CXXXI. CASTELLÆ COMITES, v. FERDINANDUS GONSALVI.

CASTELLÆ REGES, eorumque propagines qui explicandas sibi sumere Auctores fere numero carent; Præter alios suis exhibendos locis par est, ut Anonymorum par heic recenseamus. Alter quisquis fuit,

(208.) *ARBOREM magnam Genealogicam Castellæ Regum* composuit, quam manuscriptam asservat Bibliotheca Collegii Jesuitarum in urbe Granatensi, quæ eandem inter bona defuncti Don *Ganerani de Albanel*, Archi-Episcopi Granatensis & quondam Philippi IV. regis Magistri hæreditatis titulo obtinuit; Testis est *Don Sanctius de Doriga & Valdes*, qui in erudito suo memoriali domus Asturicanæ sæpius eandem citat (γ). Alter anonymus composuit opus sic in fronte notatum.

(209.) *ARBOL Genealogico de los Reies de Espanna des de los Gothos hasta el Rei Don Enrique 4to.* Latet hæc Regum Castellæ Genealogia MSta in Regia

(ω) In MScto sæpe citato nom. 225.
(α) Biblioth. Hispan. Tom. II. pag 275.
(β) Memorial por el Conde de Miranda fol. 10. a. fin. & fol. 16. b. m.
(γ) Fol. 12. a. in fin. lit. D.

gia Eſcurialenſi Bibliotheca (δ) &, ut Catalogi ejusdem ſuſpicatur Auctor, maximam partem ex *Alphonſi de Cartagena* anacephalæoſi transſcripta eſt.

CASTRILLO, nobiliſſima Regni Granatenſis familia, gaudens dominio opidorum *Cuevas del Bezerro, Montezuque* & *Benaojan* in eodem regno ſitorum; ex quibus prius in Marchionatum erexit Carolus II. p. m. Hiſpaniarum Rex, primum creando Marchionem *de las Cuevas del Bezerro Don Chriſtophorum de Caſtrillo, Fajardo & Tamariz*, Ordinis Calatravæ equitem; qui ut parem ſe ſplendore generis illi demonſtraret honori, regi compoſitum ab auctore anonymo obtulit opus manuſcriptum. CXXXII.

GENEALOGIA de la Caſa de Caſtrillo, quod magno cum ſtudio & ἀκριβεία elaboratum cenſet Salazari (ε). (210)

CASTRO. Familia per univerſam Hiſpaniam late diffuſa, & Regio Navarræ, aut Gallæciæ aut Caſtellæ ſtemmati ortum debens, ac illuſtriſſimorum Comitum de *Lemos* & *Sarria*, *Traſtamara* & *Monforte*, in Caſtellæ Regnis, Dominorum item de *Cadaval* & *Boquilloda* Comitumque de *Monſanto* in Luſitania progenitrix præter complures hinc inde in hoc opuſculo nobis laudatos Auctores etiam nonnullos habuit panegyriſtas anonymos, quos heic recenſere opportunum duximus. Proſtat CXXXIII.

ARBOL Genealogica de la Caſa de Caſtro, qua ſæpius uſus eſt *Joſephus Torner* in excellenti Vice-Comitum de *Rocaberti* hiſtoria Genealogica (ζ) Aliam longeque ab hac diverſam proſapiæ Caſtrenſis, quæ *Burgis* in Caſtella veteri ſedem fixit. (211)

ARBOREM Genealogicam, ſeu *DECENDENCIA de los Caſtros de Burgos*, exacte & cum judicio ante pauca luſtra conſcriptam laudat *Salazarius de Caſtro* (η). Alterius adhuc (212)

ARBORIS Genealogicæ Comitum de Lemos ex ſtemmate Caſtrenſi, quæ in Sacello ædis *S. Pauli* Pinciæ aſſervatur, meminit *Philippus de Gandara* (θ), qui ſimul nos edocet, aſſervari aliam adhuc. (213)

GENEALOGIAM Comitum de Lemos in Archivo ſeu Cancellaria arcis Monfortenſis ex ſcripturis & documentis authenticis juſſu eorundem (214)

(δ) pluteo O. ſerie S No. 10.
(ε) in MSto ſæpius citato No. 238.
(ζ) fol. 49. fin. No. 5. & paſſim alibi.
(η) in MSto ut No. 239.
(θ) Nobiliario de Gallicia Lib. 2. c. 14. pag. 200. col. 1. pr.

dem Comitum per ipſorum Notarios longo annorum ſucceſſu elaboratum.

CXXXIV. CATALOGO *Real, Imperial, e Pontifical:* Titulus eſt operis Hi-
(215) ſtorico-Genealogici, ab Anonymo Auctore compilati, & Carolo V. Imp. nuncupati circa annum MDXXXV. Tripartitum illud eſt, & in prima ſectione ſiſtit ſeriem Genealogicam Regum Hiſpaniæ; in ſecunda Regum Franciæ, Ducum Burgundiæ Comitumque Flandriæ, in tertia Imperatorum Pontificumque notitiam exhibet. Manuſcriptum id olim vidit in libraria ſupellectile *Martini Vaſqueſii Siruelæ*, Eccleſiæ Hiſpalenſis Portionarii amici ſui *Nicolaus Antonius* (ι) cui ejus debemus notitiam.

CXXXV. CENTELLAS, inter præcipuas Cataloniæ connumerari digna familia; cui natales debent Comites *Olivæ* in Valentino, Comites de *Gayano* in Siculo, Marchiones de *Croton* & Duces de *Catanzaro* in Neapolitano Regnis, Comites item & Marchiones de *Quirra* in Sardinia & Marchiones de Centellas; Ejus originem ad Caroli M. tempora, annumque poſt Chriſtum natum DCC XCXII. Annales referunt. Ejus enim anni d. d. V. Kal. Mart. Carolus M. Imp. Baroniam Centellanam contulit *Cotaldo de Craho* ex nobiliſſimo Burgundiæ Ducum ſanguine oriundo, ſuoque in bellis periculisque plurimis aſſiduo Comiti. Patet id ex apographo genuino in urbe *Viques* prid. Iduum Januar. MCCCXXXVI. præſentibus, qui teſtes ſubſcripſere, Epiſcopo *Bernardo de Cabrera*, Cabreræ Vice-Comite, *Bernardo de Sancta Eugenia*, & *Franciſco de Mallo*, Equitibus ex libro grandi & perantiquo lingua Catalana ſcripto deſumto. Libri titulus eſt:

(216) *PROTOCOL de transllats autenticats por diverſos Notarios dels privilegis e libertats, que lo Emperador Carles Maynes yaltres Reys han donat al honor y Baronia de Centellas.* Expreſſere etiam donationis iſtius memoratu digniſſimæ formulam Fr. *Antonius Vincentius Domenech* (κ) *Gaſpar Eſcolano* (λ) & *Stephanum Corbera* (μ).

CXXXVI. DON CHRISTOPHORUS LAZARUS DE SALAZAR ET FRIAS, Ordinis Calatravenſis Eques, & a Carolo II, Rege creatus Comes *Vallis de Salazar*,

(ι) Biblioth. Hiſpan. Tom. II. pag. 270. a. m.
(κ) Hiſtoria de los Santos del Principado de Catalunna Lib. I. fol. 21.
(λ) Hiſtoria de Valencia Parte II. Lib. VI. cap. 19.
(μ) Cataluma illuſtrada Lib. V. cap. XVI. fol. 363

Salazar, in Tenerifa Canarienſium Inſularum una, Gubernatorque Caſtelli *Sancti Lucaris de Barrameda*, ſcripſit:

GENEALOGIA de la Caſa de Salazar, ſeu de ſtemmate Salazario, quod Burgis olim in Caſtellæ veteris metropoli ſedem fixit, indeque per Caſtellæ Luſitaniæque regna in Canarienſes atque Inſulas ſe porrexit, Commentarium, quem ſæpius citat Ludovicus de Salazar & Caſtro (*ν*). Uxorem habuit Chriſtophorus *Dominam Mariam de Ayala* & *Rojas*, octavi Comitis de *Gomera* ſororem, ex qua *ἄπαις* vivit. (217.)

CHRISTOPHORUS MOSQUERA DE FIGUEROA (idem, ni fallor, quem *Ludovicus de Salazar & Caſtro* (*ξ*) *Gomeſii Suarez de Figueroa*, Domini de *Puertollano*, ac Commendatarii & *Catharinâ Laſo dela Vega* filium, ac Antiquarienſem Archidiaconum nuncupat) JCtus & Aſtigitanæ Urbis, vulgo *Eciia*, Præfectus, ac in expeditione Luſitanorum in Inſula *Tertiâ* Flandricarum una ſub Alvaro *de Bazan*, Marchione ſanctæ Crucis totius claſſis Juridicus, unde ad ſuos reverſus rerum illic geſtarum hiſtoriam commentatus eſt, ac ſub hac epigraphe edidit. CXXXVII.

COMENTARIO de diſciplina militar, en que ſe eſcrive la jornada de las Iſlas de los Azores. Matriti 1596. in 4to. adjecit opuſculo illi panegyrin, ſeu.

Un ELOGIO del Marques de Sancta Cruz, in quo nonnulla de clariſſimo *Bazanorum* ſtemmate & Alvari Marchionis majoribus notatu digna recenſuit, unde merito ſibi locum inter Genealogos noſtros vindicavit. (218)

CHRISTOPHORUS DE SANCTO STEPHANO ſeu *Santiſtevan*, Ordinis Sancti Jacobi Eques & Commendatarius opidi Biedma ſeu Viezma, ut & urbis Valliſoletanæ ſub Catholicis Regibus Ferdinando & Eliſabetha Decurio, conſcripſit.

TRATADO de las ſuceſſiones de los Reinos de Geruſalem, Naples, Sicilia, y provincias de Pulla y Calabria, y del derecho, que a ellos tienen los Reyes Catholicos Don Fernando y Donna Iſabella. Cæſarauguſtæ 1503. in 4to. In hoc opere ſtemmata Regum Arragoniæ, Caſtellæ & utriusque Siciliæ auctor explicuit, & quo quodque regnum jure ad eos pervenerit, prolixius enarravit. (219)

D. CHRISTOPHORUS DE SANTISTEVAN, MANUEL ET VALLADOLID, Ordinis Calatravenſis Eques, & nobilis menſæ, vulgo *Gentilhom-* CXXXVIII.

(*ν*) Hiſtoria Genealog. de la Caſa de Lara Lib. XV. cap. 9. pag. 840.
(*ξ*) Caſa de Lara Lib. XIV. cap. 4. pag. 757. No. 7.

tilhombre de la Boca Philippi IV. Regis, ut ſtemmatis, cui ortum debet, claritatem exagitaret, ejus hiſtoriam ſibi ſumſit pertractandam, conſcripto opuſculo, cui titulus.

(220) *GENEALOGIA de la Caſa de Manuel*; in quo origines ejus familiæ a Don Manuele, Caſtellæ Infante, & legitimo Ferdinandi III, ſeu ſancti filio arceſſitum ivit. Manuſcripta illa in ſcriniis latet curioſorum, nec typis adhuc, quod ſciam, prodiit excuſa.

CXL. Fr. CHRYSOSTOMUS HENRRIQUEZ, Matritenſis, natus anno 1594. puer jam Ciſtercienſium ordini ſe mancipavit, in Gallæco primum *Montis-Ramorum* Cœnobio, poſt in Belgio, Anglia & Hibernia diu verſatus, tandemque Ordinis ſui Hiſtoriographus, anno 1622. conſtitutus eſt, & in urbe Lovanienſi, ejusque Collegio, quod *Alnenſe* audit, & ordinis Ciſtercienſium eſt, d. 23. Decembr. anni 1632. obiit, ætatis, (quod, ſi numerum molemque elaboratorum ab eo operum ſpectes, fidem excedit) anno. 38. Plurima enim Theologici æque ac Hiſtorici argumenti opuſcula compoſuit, quæ inter ad noſtrum faciunt propoſitum ſequentia Regiam inprimis domum Auſtriacam apprime illuſtrantia.

(221) *CORONÆ ſacræ ordinis Ciſtercienſis Liber primus*, de Reginis & Infantibus, qui habitum hujus Ordinis ſumſerunt. Bruxellis apud Joannem Meerbekium 1624. 4to.

(222) *EFFIGIES Reginarum & Infantum ordini Ciſtercienſium* initiatarum cum annotationibus Hiſpanicis. Ibid. apud eund. 1624. in folio grandiori.

(223) *ANNOTATIONES ſeu compendium vitarum earundem* gallice æque ac Germanice ſeu Belgice ab auctore verſæ ibid. ap. eund. prodiere in fol.

(224) *ALBION-IBERE, hoc eſt, Summa Hiſtorico-Politica & Genealogica motivorum amicitiæ & affinitatis inter Britannos & Hiſpanos ex occcaſione tractationis habitæ de Conjugio inter Walliæ Principem Carolum & Mariam Hiſpaniarum Infantem;* quod opus jam elaboratum ob irritum conjugii iſtius ſucceſſum typis non commiſit Auctor.

(225) *SILVA Sanctorum, Arboretum Beatorum, Theatrum Heroum, Paradiſus honoris, hoc eſt, Catalogus gloriæ Hiſpanicæ Coronæ & Auſtriacæ Domus;* Opus, quod ut Nic. Antonius (*o*) nos edocet, ex opere Auctoris latino & amplo, quo Genealogiam Auſtriacam tribus voluminibus, ratione prorſus nova & ſingulari a nemine antiquariorum hactenus tradita, operoſe contexuit.

ENCHI-

(*o*) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. pag. 195. b. pr.

ENCHIRIDIUM Hebraicum ſeptem ſereniſſimorum Principum Auſtriacæ domus nunc viventium, Cæſaris Ferdinandi II. Regis Catholici Philippi IV. Ferdinandi Erneſti Regis Hungariæ, Cæſaris Filii, Caroli & Ferdinandi Hiſpaniarum Infantum, Leopoldi Cæſarum nepotis & fratris ac Leopoldi Guilielmi Archi-Ducum Auſtriæ. (226.)

SPECULUM Chryſtallinum & Chriſtianum octo ſereniſſimarum Dominarum Domus Auſtriacæ. (227.)

OPERA quædam Jacobi Maxvelli de Kirconel Equitis Scoti de Antiquitatibus & Genealogiis Regiis, quatenus ad Hiſpanos & Auſtriacos Principes ea pertinebant, ex latino in vernaculum ſermonem convertit, ut morem gereret amico & docto cuipiam Viro. (228.)

CID RUI DIAZ, ſeu RODERICUS DE BIVAR, DIDACI filius, vulgo *EL CID* ſeu Heros nuncupatus, Vir rerum ſtrenue fortiterque contra Mauros geſtarum fama inclytus, ex antiquis Caſtellæ Judicibus oriundus, natus quippe in oppido Bivarienſi, duabus leucis Burgis Caſtellæ veteris Metropoli diſtante anno MXXVI. parentibus *Didaco Lainez* Judice Caſtellæ, & *Thereſa Lainez*, *Laini Calvi* itidem Caſtellæ Judicis nepos; de quibus omnibus plenius conſtat ex Codice membranaceo perantiquo, qui vulgo audit: CXLI.

GENEALOGIA del famoſo Cid Rui Diaz, & in Monaſterio Sancti Petri de Cardenna, ubi ipſe Rodericus jacet ſepultus, anno MDXII. repertus fuit. Invenit illum in cœnobio iſto deliteſcentem Ferdinandus I. Imp. Caroli V. frater, qui *Joanni de Bilhorado* ſeu *Belorado* Abbati cœnobii in mandatis dedit, ut typis eum edi curaret, quod & dein factum eſt Burgis 1593. & poſt Hiſpali 1611. in fol. ſub titulo: (229.)

HISTORIA del famoſo Cavallero Cid Rui Diaz, con ſu Genealogia. Aſſerunt, qua fide neſcio, Auctorem operis hujus eſſe *Aben Alfange* Arabem, & ex Arabico in Hiſpanum fuiſſe translatum ſermonem; Judice vero *Prudentio de Sandoval* (ϖ) aliisque informe opus eſt, & Chronologiæ luce orbum, verisque millia fabularum miſcens, ut verbis utar *Nicolai Antonii* (ρ) quare vix dubito, diverſum ab iſto aliamque eſſe.

GENEALOGIAM Roderici noſtri Diazii, qua de multum gloriatur *Laurentius Ramiteſius de Prado*, Conſiliarius Caſtellæ Regius infra laudandus in ſuis ad *Joannem Jacobum Chifletium* Archiatrum Regium epiſtolis. (σ) (230.)

(ϖ) in Hiſtoria del Reg D. Alonſo VI. fol. 31.
(ρ) Biblioth. Vet. Hiſp. T. II. fol. 258. col. 2.
(σ) conf. Chifletii operum Hiſtoricorum. P. I. pag. 379. fin.

CXLII. CIRA RUITA. Hujus nominis Haraldum Regium Hiſpanicum, & Auctorem operis cujusdam:

(231.) *DE LAS Genealogias de linages de Eſpanna* citatum invenio apud *Philippum de Gandara*, (τ) quis autem ille fuerit, qua ætate vixerit, quale ejus illud ſit opus, id omne me ignorare lubens fateor.

CXLIII. P. CLAUDIUS CLEMENS, ex oppido *Ornans* Comitatus Burgundiæ Gallis *Franche-Comte* dicti oriundus, Societatis Jeſu, & Eloquentiæ in Collegio Imperiali, quod Matriti eſt, Profeſſor, inter alia plura Hiſtorici argumenti opuſcula etiam edidit:

(232.) *DE Ordinariis generalibus gentilitiorum ſcutorum Symbolis Libros IV.* qui quamplurima nobilium Hiſpanorum inſignia complectuntur, & ob id ſæpius citantur *D. Antonio Suarez de Alarcon*; (υ) Nec dubitamus, eundem cum iſto opere eſſe librum *de Armeria*, quem Clementi noſtro tribuit *Joſephus Pellicerius* (φ) & authenticum ejus exemplar in prædicti Collegii Imperialis Bibliotheca Matriti aſſervari ait.

CXLIV. P. CLEMENS RICHARDUS, Societatis Jeſu, a Don Ferdinando de Saavedra (χ) perhibetur Auctor operis cujusdam Genealogici Lingua Latina ſcripti.

(233.) *DE ORIGINE, inſignibus & encomiis Domus Saavedranæ;* num vero illud typis prodierit, adhuc me latet.

CXLV. LOS COBOS, Antiquiſſima inter Hiſpanos nobiles familia ex montanis Caſtellæ veteris partibus oriunda, ubi prope Onnam, & haut procul a Burgis domum gentilitiam (vulgo *Solar*) ſitam habet. Inde per univerſam ſe Hiſpaniam ſucceſſu temporis dilatavit, usque dum *Franciſcus de los Cobos*, Commendatarius ſupremus Regionis Ordinis S. Jacobi, Adelantatus Cazorlæ, Caroli V. Imp. Conſiliarius & ſupremus Secretarius, ex urbe Ubetenſi oriundus ducta *Maria de Mendoza*, VIIma Comitiſſa *Ribadaviæ* pater extitit Don *Didaci Imi*, *Camaraſæ* Marchionis, Marchionatus hicce in Aragoniæ Regno ſitus ex pluribus oppidis v. g. *Cameraſa*, *Muel*, *Riela*, *Villa Feliche &c.* eſt conflatus, pertinuitque, olim ad familiam *Lunenſem* (*de Luna*) ac per dicti *Didaci Imi* Marchionis connubium cum *Domina Franciſca Ludovica de Luna* in familiam de *los Cobos* tranſiit;

(τ) Nobiliario de Galicia Lib. II. c. 25. in fin. pag. 266. col. 1. med.
(υ) Relaciones Genealogicas de Alarcon. pag. 102. col. 1. fin. & alibi paſſim.
(φ) in Bibliotheca ſua pag. 18. pr.
(χ) Memorial de la Caſa de Saavedra fol. 9. fin.

transiit; quin & dein ex *Mendozana* in hanc familiam derivati sunt Comitatus *Castro Xeresiensis*, & *Villazopequensis* uterque in Castella veteri situs, item *Sancti Martini de Valbeni*, Dominium ibidem situm & ex *Zunnigana* Domo acquisitum, ut & in regno Giennensi sita oppida *Sabiote, Ximena, Rezena, Torres & Camenam*, quæ hodie Majoratum constituunt familiæ de *los Cobos*. Possidet hæc omnia anno hoc M DCC IV. *Didaci* prænominati Imi Marchionis abnepos *Don Balthasar de los Cobos Luna & Mendoza, Vtus Camarasæ* Marchio, Comes de *Castro-Xeriz, Riela & Villazopeque*, Aurei Velleris Eques, & Aragonum Pro-Rex, cujus uxor *Isabella de Velasco, Ducis de Frias* Castellæ Connestabilis soror ἄπαις vivit & mente capta. Originem & insignia gentis de los Cobos exhibet *Argote Molina* (ψ) Marchionum autem Camarasæ stirpem fuse deduxit Ludov. de Salazar & Castro (ω) quin & peculiare exstat opus ἀνώνυμον καὶ ἀνέκδοτον.

GENEALOGIA de la Casa de los Cobos del Marques de Camarasa, scriptum ævo Philippi IV. Regis, & quidem, Salazario judice (α) magno cum veritatis studio & sinceritatis laude. (234.)

COMPENDIO de los Godos y de los Reies que dellos descienden. Titulus est operis cujusdam manu exarati Historico-Genealogici, quod in scriniis Bibliothecæ Regiæ Escorialensis (β) asservatur; & ab anonymo auctore exaratum est; nil cæteroquin præter vulgaria omnibusque trita continet. CXLVI. (235.)

CORDUBA, Metropolis Regni cognominis in Vandalitia seu *Andalusia* sedes & matrix plurimarum illustrium nobilitate familiarium, de quibus peculiariter commentatus est Auctor quidam anonymus conscripto hujus rubricæ libello: CXLVII.

HISTORIA de la Nobleza de la Ciudad de Cordova, quod opus manuscriptum olim exstitit in selecta Don Joannis Ferdinandes de Hinestrosa, Marchionis de Pennaflor Bibliotheca. (236.)

CORNELIUS VITIGNANUS Neapolitanus Nobilis, quem in hanc producere scenam æquum duximus ob Scriptum Lingua Toscana editumque hoc titulo: CXLVIII

LA GENEALOGIA e discendenza dell' Augustissima & Invitissima prosapia d' Austria, opus Neapoli apud Jo. Jacob Carlinum 1601. in 4to. In eo (237.)

(ψ) Nobleza del Andalusia Lib. II. c. 160. fol. 282.b.
(ω) Hist. Geneal. de la Casa de Lara Lib. XII. c. 3. 8. 5. seq. fol. 555.
(α) in MSto sæpe cit. No. 218.
(β) Pluteo O. serie V. No. 12.

In eo enim Regum Hiſpaniæ, qui ortum Auſtriacæ Auguſtiſſimæ domui debent, proſapiam uberius elucidavit; Unde & in Linguam Hiſpanicam traductum in ſcriniis regiæ Eſcorialenſis Bibliothecæ manu exaratum aſſervari commeruit. (γ)

CXLIX. CUEVAS aut COVARRUVIAS. Familiæ hujus inter Caſtellanas haut ultimæ & perantiquæ domus gentilitia, (vulgo *Solar*) eſt oppidum *Covarruvias*, prope *Burgos* Caſtellæ veteris metropolim ſitum, in cujus Eccleſia Collegiali hæreditaria poſſident monumenta; inſignibus gentilitiis, lilio argenteo in ſcuto cœruleo conſpicua. Primus familiæ hujus nobilis fundator perhibetur *Petrus Garcia*, qui cum uxore *Eleonora Garciâ* ſub Alphonſo VIII. Caſtellæ rege floruit. Inſignem vero præ cæteris ſplendorem ei acquiſivit *Didacus de Covarruvias & Leiva*, *JCtorum* ſuæ ætatis facile Princeps, & Senatus Caſtellæ regii Præſes meritiſſimus; Fruitur hodienum gens iſta Vice-Comitatu *Amayæ*, in Burgenſi territorio ſito, & ex oppidis *Amayæ*, & *Peones* conflato, quibus per matrimonii vincula acceſſere oppidum *Mazuela* in *Saldanienſi* tractu, ut & Baronia *Otanel* in regno Valentino, quæ omnia hodie poſſidet Don *Joannes de Orenſe Mannique*, *2do Amayæ* Vice-Comes, & perpetuus urbis Burgenſis Vexillifer, *Emanuelis Imi* Vice-Comitis filius. Integram Clariſſimæ hujus familiæ Genealogiam ſiſtit *Ludovicus de Salazar & Caſtro* in egregio ſuo libello *Advertencias Hiſtoricas* nuncupato (δ) qui ſimul grato fatetur animo, ſe pleraque debere libellis duobus manuſcriptis auctorum anonymorum, quorum alter, hac in frontiſpicio notatus rubrica.

(238.) *GENEALOGIA de la Caſa de Cuevas ô Covarrubias de Burgos*, *Philippi IV.* Regis ævo ſcriptus eſt, & ad *Didacum de Orenſe Manrique*, primi *Amayæ* Vice-Comitis avum usque pertingit, quem ſecum communicavit dicti *Didaci* & ſorore *Joanna de Orenſe Manrique* pronepos, *D. Fernandus de Tovar Enrriquez de Caſtilla*, primus *Marchio de Valverde de la ſi erra*, Vir hiſtoriæ patriæ ſtemmatumque illuſtrium notitia haud leviter imbutus; alterum ſimili titulo notatum.

(239.) *GENEALOGIA de los Covarruvias de Burgos*, ex inſigni Codicum manuſcriptorum Genealogicorum ſupellectile eruditiſſimi *Olivæ* Comitis *Don Franciſci Calderon* ab ejus filio *Roderico* obtinuit.

D. DAMIA-

(γ) Pluteo P. ſerie V. No. 38.
(δ) pag. 246. ſeqq. No. 205. & Hiſtoria Genealogica de la Caſa de Lara Lib. VIII. cap. 6. in fine pag. 152.

D.

DAMIANUS DE GOES, non, ut *Cornelius Callidius* putavit, Belga, ſed *Alenquerienſis* Luſitanus, Vir aulicis negociis plurimisque peregrinationibus inclytus, cujus vitam prolixius enarrarunt *Andreas Schottus* (ε) & una cum ejus operibus *Nicol. Antonius*; (ζ) Hæc inter ad noſtrum ſpectat forum: CL.

NOBILIARIO de las familias de Portugal Lingua Luſitana ſcriptum opus egregium, quod olim in Epiſcopi Segovienſis Don Hieronymi de Maſcarennas Viri Clariſſimi Bibliotheca aſſervatum fuit; alibi etiam viſum *Georgio Cardoſo*, qui ejus meminit. (η) Quin & plurima immiſcuit Goeſius noſter circa ſtemmata Luſitanorum nobilium notatu digniſſima operibus duobus Hiſtoricis Lingua Luſitana ſcriptis, ſcil. (240.)

HISTORIA do Rey D. Manuel, quæ Olyſſipone annis 1566. & 1619. in folio publicata eſt, nec non alteri (241.)

HISTORIA do Principe Dom Joam, ſive Joannis II. Regis vivo adhuc patre Alphonſo geſtis. (242.)

DESCENDENCIA *de los Reies de Eſpanna desde Recaredo haſta el Rey Don Phelipe II.* Titulus eſt libri cujusdam Hiſtorico-Genealogici ab anonymo auctore compilati, Regiumque Hiſpanicum ſtemma explanantis, qui manuſcriptus aſſervatur in Regia Eſcorialenſi Bibliotheca. (θ) CLI. (243.)

DESCENDENCIA *de los Reies de Portugal, y como eſte Reino pertenere de derecho à los Reies de Caſtilla Don Fernando y Donna Iſabel.* Liber itidem ab anonymo auctore compoſitus, & ſtemmata Regum Caſtellæ æque ac Luſitaniæ explicans, qui etiam manu exaratus aſſervatur in Regia Eſcorialenſi Bibliotheca. (ι) CLII. (244.)

DEVISAS Hiſpanis æque ac Gallis audiunt Emblemata, Symbolaque, quæ loco inſignium quandoque uſurpantur, & antiquis inprimis temporibus claris nobilibusque viris in uſu fuere, unde & ſucceſſu temporis CLIII.

(ε) Biblioth. Hiſp. Tom. III. claſſe 11. pag. 490. ſeqq.
(ζ) Biblioth. Hiſp. Tom. I. lit. D. pag. 201. col. 2.
(η) Agiologo Luſitanico Vol. III. d. 4. Maji lit. b.
(θ) Pluteo M. ſerie III. num. 20.
(ι) Pluteo M. ſerie III. num. 15.

poris ſcutis gentilitiis inſeri conſueverunt. Patet id tum ex *Didaci Valeræ* mox ſuo loco laudandi egregio de hac re conſcripto libello, tum & ex alio Auctoris anonymi opere ſic notato:

(245.) *LIBRO de Deviſas del tiempo de los Reies Catolicos*, cujus operis exemplar authenticum olim poſſedit *Gundiſalvus Argote Molina,* qui ſæpius eo uſus eſt in egregio ſuo Andaluſiæ Nobiliario. (κ)

CLIV. DIDACUS Abbas *Cobadongæ* (Monaſterium hocce in extremo Aſturiarum Orientem verſus angulo ſitum eſt in valle anguſta, aſperis collibus clauſa & rivulo, *Deva* dicto, qui ab auſtro Boream verſus decurrit, irrigua; primaque Pelagii Regis ſedes munimentumque contra Mauros fuiſſe perhibetur à Carvallo (λ)) ante aliquot ſæcula claruit, & de patria optime meritus eſt eruditiſſime conſcripto opere Genealogico:

(246.) *DE LINAGES y Caſas de Aſturias, y Tratado de la Caſa de Nàvas, y ſucceſſos de la de Norenna;* ſæpius hoc opus, nec niſi inſigni cum elogio citatur Aſturicenſibus Genealogis, inprimis P. Carvallo (μ) & *Sanctio de Doriga & Valdes.* (ν)

CLV. DIDACUS DE APONTE, Civis oppidi *Villarejo de Salvanes*, ſex leucis Matrito diſtantis, & Ordinis Sancti Jacobi Equitibus proprii, ex nobili Apontiorum ſtemmate prognatus, de quo peculiarem librum ipſe compoſuit.

(247.) *GENEALOGIA de la Caſa de los Apontes* inſcriptum, qui tamen manuſcriptus in ſcriniis curioſorum latet, & ob argumenti raritatem in pretio apud rerum harum peritos habetur.

CLVI. DON DIDACUS DE AVELLANDA, nobiliſſimo ortus ſtemmate, Decurio ex Ordine Equeſtri perpetuus (vulgo Regidor perpetuo en bance de Cavalleros) urbis Toletanæ, ut generis ſui probaret ſplendorem, edidit:

(248.) *TRATADO de la Caſa y Familia de Avellaneda* typis Matritenſibus anno 1613. qui liber plurimum conducit ad hiſtoriam clariſſimæ hujus gentis penitius cognoſcendam, unde & à *Joſepho Pellicerio de Tovar & Oſſau,* Viro in his ſtudiis conſummatiſſimo laudari commeruit. (ξ)

DON

(κ) In noticia de los Auctores y manuſcritos, operi præfixa.
(λ) Antiguedades de Aſturias P. II. Tit. IX. §. 6. ſeq. pag. 103.
(μ) Del linage de Valdes §. 17. fol. 9.
(ν) Memorial de la Caſa de Aſturias fol. 59. lit. A. fol. 60. lit. K. fol. 67. lit. Oo. & fol. 83. lit. E.
(ξ) Memorial de los Condes de Miranda. fol. 53. a.

DON DIDACUS DE AYALA HERRERA ET ROXAS, Comes de la Gomera obtulit Carolo II. Regi typis Matritensibus impressum supplicem libellum hoc notatum lemmate: CLVII.

MEMORIAL Genealogico y Juridico sobre la continuacion del titulo de Conde de la Gomera en los Sennores de aquella Casa, cujus verum auctorem exstitisse Joam Ludam Cortesium infra laudandum nos edocuit Ludov. de Salazar & Castro, in MSCto suo. (249.)

DIDACUS BARRERO, seu, ut aliis placet, BARRERO, Philippi IV. Hispaniarum Regis minister & Caduceatorum sive Haraldorum Senior, muneri huic ut se parem ostenderet, plurima Genealogias æque ac Heraldicam artem spectantia ingenii monumenta reliquit, manuscripta tamen omnia, nec, quod sciam, typis edita. Laudatur inprimis ejus CXVIII.

NOBILIARIO seu collectio illustrium Hispanarum prosapiarum æque ac insignium sat vastæ molis opus; laudantur itidem plurimæ ab ipso elaboratæ nobilium stemmatum. (250.)

ARBORES Genealogicæ, hinc inde in curiosorum scriniis asservatæ, unde plurima, nec sine auctoris laude se desumsisse fatentur Joannes Florez de Ocariz (*o*) & Don Ferdinandus de Saavedra. (*π*) (251.)

DON DIDACUS DE BRITO, Almeidæ, Lusitanorum natus, Collegii S. Petri Conimbricensis sodalis, indeq; in æde Cathedrali ibidem Canonicus, & Decretorum Professor, tandem Regius Senator Olyssiponensis, & Metropolitanæ ædis Cathedraticus ut & Eborensis Ecclesiæ præbendarius, ac Sancti Officii deputatus, præter alia Juridica edidit etiam CLIX.

CONSILIUM in causa Majoratus Regiæ Coronæ Regni Lusitaniæ pro Didaco à Silva Comite Salinarum adversus ejus nepotem Rodericum Gomesium à Silva Pastranæ Ducem. Olyssipone 1612. in 4to, cui nonnulla, de Silvano stemmate notatu digna immiscuit. Obiit fere octuagenarius in oppidulo *Cor* pigre cœnobium *Alcobaziense* anno 1635. (*ρ*) (252.)

DON DIDACUS de CARAVAJAL seu CARVAJAL, Jurium Licentiatus, & Decurio (*Regidor*) Urbis Salmanticensis, simulque Inquisitionis Fidei Ellerenensis Consiliarius, & nobili Carvajaliorum Salmanticensium, qui dominio *de la Casa del Cid* gaudent, prosapia oriundus, nepos quippe celebris illius *Fermosellensis* præfecti *Francisci*, plures ex uxore sua *Donna Feliciana Sedenno & Enrriquez* genuit liberos, & in horum CLX.

 rum

(*o*) Nobiliario de nueva Granada Tom. I. pag. 400. f. & p. 483. f. num. 72.
(*π*) Memorial de la Casa de Saavedra fol. 336 b.
(*ρ*) Antonius in Biblioth. Hisp. Tom. I. pag. 208.

rum primogenito Hieronymo, itidem Salmanticensi ut & Abulensi Decurione, ac Inquisitionis Fidei ibidem supremo *Alguazilio* Majoratum nempe dominium *de la Casa del Cid* fundavit, erecto eum in finem peculiari instrumento authentico, cui in gratiam posteriorum adjecit compositam à se

(253.) *GENEALOGIAM familiarum de Carvajal & Victoria* (quæ postrema etiam sanguinis nexu sibi juncta erat) propria manu subscriptam anno 1644. Vidit eam, qui nobis hæc omnia retulit, Ludovicus de Salazar & Castro. (σ)

CLXI. DON DIDACUS DE CASTEJON Agredæ Clarissima, inter Aragones familia natus, JCtus & Patronus causarum disertissimus, ac Philippi II. Hispaniarum Regis in amplissimo Ordinum Equestrium Senatu Consiliarius, pater ex *Maria de Fonseca Didaci de Castejon & Fonseca* Præsulis primo Lugensis, Archi-Diaconi dein Talaverensis, & Vicarii sedis Toletanæ pro Ferdinando Archi-Duce Austriæ, Præsidis tandem Regii Senatus Castellæ, & Episcopi Turiasonensis, ac à Philippo IV. Rege creati primi Marchionis *de Camarena* qui in Castellæ regno situs Marchionatus dein per mortem filii *Josephi ἄπαιδος* in stemma *Obandorum* transiit. Origines & antiquas familiæ Castejoniæ successiones ample accurateque deduxit Didacus noster in peculiari libello, cui titulus est,

(254.) *GENEALOGIA de la Casa de Castejon*, quem MSCtum legit, & multo cum auctoris elogio citat *Hieronymus Blancas*, (τ) cui addantur *Ægidius Gonsalez Davila*, (υ) *Ludovicus de Salazar & Castro* (φ) ac *Nicolaus Antonius*. (χ)

LXII. DON DIDACUS de CASTILLA, Regio Castellæ sanguine ortus, atnepos quippe Petri Crudelis Regis, ut patet ex arbore Genealogica Castillana; quam integram nobis exhibet *Ludov. de Salazar* & *Castro*. (ψ) Fuit circa annum MDLXX. Decanus Almæ Sedis Toletanæ, Vir ut ipse doctissimus, sic literatorum virorum fautor & Mæcenas strenuus, unde plurimam sibi laudem acquisivit, ut videre est apud *Alphonsum Lopez de Haro*

(σ) In MSCto cit. num. 178. & in Hist. Geneal. de la Casa de Lara L. XiX. cap. 17. pag. 359.

(τ) In Commentariis Rerum Aragonensium pag. 496.

(υ) Theatro Ecclesiastico de Espanna Tom. III. pag. 194.

(φ) Historia Geneal. de Lara Lib. VI. cap. 13. pag. 586. m.

(χ) Biblioth. Hispan. Tom. I. pag. 209. pr.

(ψ) Hist. Geneal. de Lara Tom. II. pag. 697.

Haro (ω) & *Didacum Josephum Dormer.* (α) Commentatus est, ut generis sui splendorem tueretur, de proprio Castillano stemmate libello peculiari, sic in fronte notato.

RELACION de la vida del Rey Don Pedro y su descendencia; Sunt, qui libellum hunc unum eundemque cum illo sub *Petri de Gracia Dei* nomine discurrente autumant, quos inter *Ludov. de Salazar* & *Castro;* (β) alii contra alium longeque diversum ab illo reputant, & utrique Auctori similis argumenti opus adscribunt, ut *Nicolaus Antonius,* (γ) *Didacus Josephus Dormer* (δ) & *Mariana.* (ε) Cæterum ipse libellus, si, quæ de legitima *Joannis de Castilla*, Petri Regis spurii nativitate, quam omni studio & conatu assertum ivit Auctor, commentatus est, excipias, vere exacteque scriptus censetur à dicto *Salazario.* (255.)

DIDACUS de COLMENARES, perantiqua ex montanis Legionensibus oriunda familia, (quæ Dominos domus *de Tablares* protulit, & per oppida *Carrion de los Condes, Saldanna, Colmenares* ac urbem *Malagam* in Indiam usque occidentalem ramos extendit, ut ex *Ocarizio* (ζ) patet,) natus Segoviæ, SS. Theologiæ Licentiatus & Parochus ædis *S. Joanni* sacræ in urbe patria, Vir de hac non solum, sed & universa Hispania præclare meritus insigni illa, & omnibus civibus dilaudata: CLXIII.

HISTORIA de la Ciudad de Segovia, y compendio de las Historias de Castilla, quæ binis vicibus prodiit auctoris sumtibus typis Matritensibus, *Didaci Diaz*, annis nempe 1637. & 1640. in folio, & inter omnium Hispaniæ urbium historias (si Hispalensem *Ortizli* excipias, jure præstantissima censetur, heic quoque locum meretur, tum ob insignem, quam Genealogis circa plurimas utriusque Castellæ familias nobiles affundit lucem, tum ob adjectum illustrium literis & doctrina Segoviensium Catalogum; quamvis multa, quæ in Genealogiis Segovianis apud nostrum desideret, habet *Joannes Roman & Cardenas.* (η) Porro & *Colmenares* noster elegan- (256.)

 tem

(ω) Nobiliario de Espanna Lib. I. cap. 3. fol. 11. col. 2.
(α) Progressos de la Hist. de Aragon. Lib. II. cap. 14. num. 22. usque 33. fol. 209. seq. & fol. 325. num. 34.
(β) In MSC. cit. num. 31.
(γ) Bibl. Hisp. T. II. pag. 158. b. m.
(δ) Progresos de la Hist. de Aragon. Lib. II. c. 14. n. 21. seq. fol. 208. f.
(ε) In Indice Auctor. Hist. Hispan. ultimæ editioni adjecto.
(ζ) Nobil. de nueva Granada Tom. II. arbore 8. fol. 108. seq.
(η) Geneal. de Segovia, cap. 9. toto pag. 60. seq.

tem composuit, ac tum ob veritatis studium, tum ob diligentem ἀκρίβειαν ab omnibus magni habitum libellum hoc titulo insignem.

(257.) *GENEALOGIA historiada de la Casa de los Contreras de San Juan en la Ciudad de Segovia* in folio; quam sæpe laudat, sæpe etiam corrigit dictus modo *Joannes Roman & Cardenas*; qui & nos edocet, (θ) exstare in archivo ædis Cathedralis Segoviensis opus manuscriptum auctoris nostri Historicum, sic in fronte insignitum.

(258.) *LIBRO de Apuntamientos* Genealogis non inutile. Obiit Colmenares Segoviæ mense Februario MDCLI.

CLXIV. DON DIDACUS de COVARRUVIAS & LEYVA, Theologus & JCtus sui ævi præstantissimus, & verum Hispaniæ decus & lumen Præses supremi Castellæ Senatus, & Segoviensium Præsul, natus Toleti MDXII. mortuus Segoviæ 5. Kal. Octobr. MDLXXVII. ut videre est ex ejus vita à Viris Clarissimis Andrea Schotto, Nicolaoque Antonio conscripta. Nobis heic commemorandus venit, ob librum hujus tituli:

(259.) *CATALOGO de los Reies de Espanna, y de otras cosas Sennaladas para razon del tiempo*, id est, stemmatum Regum Hispaniæ Historia. Exemplar hujus operis manuscriptum exstitit olim in Bibliotheca *Joannis Bertrandi de Guevarra*, Compostellani Præsulis, ubi illud vidit, qui nos hæc docuit, *Didacus de Colmenares* jam laudatus. (ι)

CLXV. DIDACUS FERNANDEZ seu HERNANDEZ de MENDOZA, Civis Matritensis auctor est libri.

(260.) *NOBILIARIO de los linages de Castella*, Ferdinandi V. & Elisabethæ Regum ævo exarati. Diu hic liber absque ullo auctoris nomine per curiosorum discurrit manus quem tandem detexit *Ambrosius Morales*, (κ) qui autographum viderat Auctoris; post eum celebriores, Genealogi, *Hieronymus Gudiel*, (λ) *Gundisalvus Argote Molina* (μ) & *Ægidius Gonsalez Davila* (ν) sub ipsius Auctoris nomine eundem dilaudarunt. Asserit autem *Morales*, jejune admodum res suas tractasse Auctorem nec nisi trita maximeque obvia protulisse, unde vix quidquam utilitatis circa stemma Guzmannium haurire ex eo potuerit; Consentiunt huic *Mora-*

lis

(θ) Notic. Geneal. de Segovia pag. 140. m.
(ι) Hist. de Segovia cap 45. §. 10. pag. 573.
(κ) Discurso del linage de Sancto Domingo fol. 334. lit. B.
(λ) Compendio de los Girones fol. 3 b.
(μ) In Indice MSCtorum nobiliario suo præfixo.
(ν) Grandezas de Madrid fol. 201.

lis cenfuræ Argote Molina (ξ) & *Ludovicus Salazar* & *Caftro,* (ο) qui Manufcriptum id opus poffidet, infignium picturis exornatum, & hoc titulo confpicuum:

LIBRO de Armerias, unde an idem opus fit, an aliud diverfumque illud, quod fic notatum reperitur:

BLASONES de las armas de muchos Reies, Principes y grandes Sennores del mundo y de muchas Cafas de Caftilla in Catalogo Manufcriptorum Bibliothecæ Regiæ Efcorialenfis, (π) ac eundem *Mendozam* Auctorem præ fefert, mancum tamen mutilumque eft, afferere vix audeo. In Bibliotheca B. Ehrencronii extitit Codex Mendozæ noftri in folio, fic infcriptus: (261.)

LINAGES y armas de las familias iluftres de Efpanna afi de varios Emperadores Reyes y Principes, quem tamen cum priori num. 260. eundem effe deprehendi, item alius in quarto vetuftus Codex notis illuftratus & manu recentiore adjectis familiis quibusdam adauctus, hujus tituli:

HISTORIA de los linages nobles de los Reinos de Caftilla con los Efcudos de armas iluminados.

DON DIDACUS de GARRO, cujus patria vitæque genus nos æque ac Antonium latet, in lucem publicam emifit: CLXVI.

GENEALOGIA de los Fontes de Albornoz. Matritenfibus hæc prodiit typis anno 1639. in folio; nobis eam vidiffe non contigit, nec Antonius ipfe alius quam Catalogi Bibliothecæ Viri clariffimi *Laurentii Ramirefii de Prado* (ρ) fide eam recenfuit. (σ) (262.)

DON DIDACUS GOMEZ de SARMIENTO & VILLANDRANDO, tertius *Salinarum* & *Ribadei* Comes, *Didaci Perefii*, 2di Comitis ex *Maria de Ulloa* filius & Petri Cardinalis ac Archi-Epifcopi compoftellani frater cum fplendore natalium literarum gloriam junxit tanto cum fucceffu, ut & *Philofophi* inde reportaverit cognomentum. Teftes eruditionis fuæ reliquit bina ingenii monumenta, quæ non nifi manufcripta cernuntur, alterum Hiftorici argumenti, infcriptum, LXVII.

HISTORIA de fu tiempo; alterum Genealogicum, nempe (263.)

CORONICA de los Sarmientos, de Villamayor. Meminit utriusque, qui (264.)

(ξ) In Præf. operis nobleza del Andalufia dicti,
(ο) In MSCto fuo fæpe cit. num 23.
(π) Pluteo N. ferie 4. num. 27.
(ρ) In libris hiftoricis fol. 32. a. m.
(σ) Bibl. Hifp. Tom. I. pag. 218. f.

qui poſterius hoc poſſedit, ſæpiusque citavit, *Joſephus Pellicerius* (τ) cui, ſi placet, addi poſſunt *Alphonſus Lopez de Haro* (υ) & *Ludov. de Salazar*, (φ) quorum uterque ſtemma noſtri, poſterosque ex uxore *Donna Brianda de la Cerda, Ludovici Medinæ Celi* Ducem ſe dicentis filia ſuſceptos enarrant; Elogium vero Didaci noſtri legere cupienti evolvatur *Fr. Alphonſus Venero* (χ) &, qui hujus meminit, *Nicol. Antonius.* (ψ)

CLXVIII. DIDACUS JOSEPHUS DORMERUS Aragonenſis Theologiæ Doctor, Archi-Diaconus Suprarbienſis in Oſcenſi Eccleſia Regius Conſiliarius Secretariusque in ſupremo Coronæ Aragonicæ Senatu, Hiſtoriographus item Regius æque ac Regni Aragoniæ, primarius, Vir antiquitatum & Hiſtoriæ patriæ apprime gnarus, & in eruendis utriusque monumentis maxime ſedulus. Teſtantur id plurimi in lucem emiſſi ingenii fœtus, quorum, licet nonnulli à noſtro alieni ſcopo, cum tamen omnes recentiores ſint, quam ut in Nicolai Antonii Bibliotheca recenſeri potuerint, brevem heic Catalogum damus, eorum ſcilicet, qui ad noſtras pervenere manus. Primum, quod è Dormeri noſtri penu prodiiſſe arbitror, eſt

(265.) *SAN Laurencio defendido en Hueſca*, ſeu Apologia pro urbe Oſcenſi, Divi Laurentii patria; Cæſarauguſtæ 1673. in 4to & Deputatis Regni Aragoniæ dicatum opus precibusque Oſcenſium, elaboratum, quod, ut Pellicerius fatetur, in cauſa fuit Deputatis Regni, noſtro deferendi Hiſtoriographi munus (ω) poſt *Franciſci Ximenez de Urea* obitum; unde & quatriennio poſt Carolo II. Regi & quatuor Regni Aragonici ſtatibus in grati animi teſſeram obtulit libellum:

(266.) *MEMORIAL ſobre eſtar bien proveido por los Diputados en el Officio de Coroniſta,* ſive, de inſigni ſtatuum regni cura circa Hiſtoriographi regn munus cura, ibid. 1677. fol.

(267.) *CARTA dirigida a un amigo, ſatisfaciendo a los reparos del Dotor Fray Domingo de la Ripa,* ſive ſolutio dubiorum a *Dominico de la Ripa,* itidem Aragonico Hiſtoriographo propoſitorum, per modum Epiſtolæ inſtituta cujus meminit *P. Claudius Clemens.* (α) Majoris poſtea molis opus ſu, ſcepit-

(τ) Informe del origen de Sarmiento de Villamayor fol. 31. m.
(υ) Nobiliario de Eſpanna Lib. V. cap. 19. pag. 532. a.
(φ) Hiſt. de la Caſa de Silva Lib. XI. cap. 4. fin. pag. 699.
(χ) In Enchiridio temporum fol. 90.
(ψ) Append. Biblioth, Hiſp. Tom. II. fol. 320. a, fin.
(ω) In Biblioth. ſua pag. 174. a. med.
(α) In Prologo Tabularum Chronologicarum.

ſcepit, cœptamque a *Joanne Franciſco Andrea de Uztaroz* Vitæ elogiorumque Zuritæ telam pertexuit, edendo Deputatorum regni juſſu, iisque dedicando

PROGRESOS de la Hiſtoria en el Reino de Aragon, y elogios de Geronimo Zurita ſu primer Coroniſta, que contienen en 4. libros varios ſuceſos desde el anno 1512. haſta el de 1580. &c. Cæſarauguſtæ apud Didaci Dormeri hæredes 1680. fol. 7. Alphab. Opus hoc tum ob nobilis *Zuritarum* ſtemmatis hiſtoriam, tum ob variorum Genealogicorum librorum notitiam merito heic recenſendum. Porro & ejusdem Zuritæ edidit notas & caſtigationes ad celebre Petri Lopeſii de Ayala Chronicon, hoc titulo: (268.)

EN MIENDAS y Advertencias à las Coronicas de los Reies de Caſtilla, Don Pedro, Don Enrique II. Don Juan I. y Don Enrique III. que eſcrivio Don Pedro Lopez de Ayala, Chanciller y Alferez Mayor de Caſtilla &c. compueſtas por Heronimo Zurita Coroniſta del Reino de Aragon; y las ſacæ à luz, aviendo reconocido los Originales, que cita Zurita, y a juſtado las Enmiendas à las Coronicas impreſas, paraque tengan todos uſo dellas, y annadido los Teſtamentos de los Reies Don Pedro y Don Enrique el II. con notas del miſmo Coroniſta. Cæſarauguſtæ apud hæredes Didaci Dormer 1883. in 4to. Elegantem hujus operis Zuritæ Codicem ex Hiſpania ſecum adduxit B. Ehrencronius, ita inſcriptum: *Apuntamientos à las Chronicas de Don Oedro Lopez de Ayala; hechos por Geronimo Zurita*, quem ex celebri Comitis de Villa umbroſa Bibliotheca acquiſivit. Eodem anno, iisdemque typis & forma etiam Dormerus noſter edidit: (269.)

DISCURSOS varios de Hiſtoria con muchas Eſcrituras Reales antiguas, y notas à algunas dellas, qui liber ſequentia admodum curioſa continet antiquitatis monumenta: 1.) *Hieronymi Zuritæ* Deſcriptionem Cantabriæ ex Auctoribus antiquis illuſtratam. 2.) Ejusdem *Zuritæ* additiones ad ſuos Indices rerum ab Aragoniæ Regibus geſtarum ab initiis Regni usque ad annum 1410. 3.) Diploma continens Formulam Jurisjurandi Infanti *Alphonſo* ab Aragonibus Darocæ anno 1212. præſtiti. 4.) Sententiam Legati Apoſtolici in cauſa Divortii *Jaimi I.* Regis Aragon. & E *Eleonoræ* Conjugis Tarrazonæ anno 1229. latam. 5.) Epiſtolas Sanctæ *Eliſabethæ* Aragoniæ Infantis & Luſitaniæ Reginæ ad fratrem *Jaimum II.* Aragoniæ Regem datas annis 1303. & 1319. cum notis *Dormeri.* 6.) Sententia inter Caſtellæ & Aragoniæ Reges ſuper partitione Regni Murciæ lata per Dionyſium Portugalliæ Regem Joannem Alphonſi Regis filium & Ximenium de Luna Epiſcopum Cæſarauguſtanum anno 1304. 7.) Par- (270.)

titio Regni Murciæ per Didacum Garſiam de Toledo, Regis Caſtellæ, & Gonſalvum Garſiam, Regis Aragoniæ Legatos facta 1305. 8.) Donatio Urbis Cartagenæ à Jaimo II. R. Aragonum facta Ferdinando IV. Caſtellæ Regi 1305. 9.) Bulla Bonifacii VIII. Pont. Rom. in qua Jaimum II. R. Arag. Vexilliferum, Admiralium & Capitaneum Generalem Eccleſiæ Romanæ conſtituit. 10.) Diſcurſus de Confeſſoribus, ſeu Directoribus Conſcientiæ Regum Aragoniæ à Dormero conſcriptus anno 1677. in gratiam Fr. Petri Alvarez de Montenegro, Confeſſionarii Regii & Conſiliarii Inquiſitionis Fidei, una cum ordinatione Petri IV. Regis Aragoniæ de Confeſſoribus Regiis, & Epiſtola Fr. Gonſalvi de Valentia Vicarii Monaſterii Regii Divæ Engraciæ Cæſarauguſtani ad Ferdin. Cathol. Regem. 11.) De prima teſſera Equeſtri in Hiſpania inſtituta, dicta *de la Jarra* ſive *Terraza*, item *de la Garra y Grifo*, item *de la Jarra y Eſtola*, cum ordinationibus, quibus eam reſtauravit Ferdin. I. Rex Arag. Auctore Dormero. 12.) Diſcurſus de Campana mirabili Eccleſiæ Sancti Nicolai oppidi *Velilla* Regni Aragon. à Dormero elaboratus anno 1676. cum ruinam minaretur Turris iſtius Eccleſiæ; ut & de pulſatione tumbæ Sancti Victoriani inſtante religioſi cujuſdam iſtius cœnobii obitu. 13.) Catalogus Nobilium, Equitum & Civium, qui Petrum IV. in Inſula Sardinia conſtanter ſecuti ſunt anno 1354. ex Zuritæ Codice authentico deſcriptus. 14.) Series Aulicorum & Miniſtrorum Petri IV. Regis qui eum in bello contra Petrum Caſtellæ Regem ſecuti ſunt anno 1356. cum notulis Zuritæ. 15.) Diſcurſus de origine & dignitate muneris Magni Camerarii Domus Regiæ Aragonicæ à Dormero anno 1677. in gratiam Ducis Hijarienſis magni Camerarii conſcriptus. 16.) Concordia circa Regimen Regnorum inter Reges Catolicos Ferdinandum & Iſabellam erecta 1475. 17.) Teſtamentum Iſabellæ Reginæ Medinæ Campi d. 12. Octobr. 1504. ſcriptum. 18.) Codicillus ejuſdem, ibid. d. 23. Nov. 1504. 19.) Plenaria poteſtas ab eadem Regina data Conjugi Ferdinando, adminiſtrandi poſt ipſius obitum Caſtellæ Regna, ib. eod. die. 20.) Teſtamentum Ferdinandi Catholici conditum in oppido Madrigalejo d. 22. Januar. Omnium horum Diplomatum authentica poſſedit exemplaria Dormerus, & maximam eorum partem notulis ſuis hiſtoricis illuſtratam in hoc libello dedit.

(271.) *INSCRIPCIONES Latinas à los Retratos de los Reies de ſoprarbe, Condes antiguos y Reies de Aragon pueſtos en la Sala Real de la Diputacion de la Ciudad de Zaragoza.* Opus hoc ab *Hieron. Blancas* Hiſtoriographo Aragonenſi

gonenſi Clariſſimo Lingua Latina exaratum, in Hiſpanicum partim vertit & Commentariis illuſtravit *Martinus Carrillo*, Abbas Montaragonenſis, partim dein auxit continuavitque Didacus noſter Dormerus ediditque Cæſarauguſtæ 1680. in 4to.

DISCURSOS Siete hiſtorico-politicos ſobre loque ſehade tratar en la Junta. Ibid. 1684. in 4to quem libellum jam recenſuimus in Themide noſtra Hiſpana Sect. VIII. §. 16. pag. 96. quo Lectorem remittimus. Cæterum Genealogica quoque Dormerus noſter haud pauca conſcripſit opuſcula, pleraque tamen ἀνέκδοτα, quibus ſucceſſiones & ſtemmata plurium nobilium Aragoniæ familiarum explicuit; Poſſidet ex illorum numero nonnulla *Ludovicus de Salazar & Caſtro*, qui inprimis laudat: (272.)

GENEALOGIA de los Ximenez de Murillo, cujus exemplar auctoris manuſcriptum poſſidet. (β) (273.)

FR. DIDACUS da LEQUILE, aut domo aut patria Neapolitanus, & Ordinis Seraphici Sancti Franciſci ſtrictæ obſervantiæ ſodalis, ut gratum Monarchæ ſuo probaret obſequium, Habsburgico-Auſtriacum ſtemma ſibi ſumſit elucidandum in illo, quod tali titulo conſpicuum, edidit opere: CLXIX.

DOMUS Auſtriaca una cum proſapia Borboniorum. Prodiit illud Venetiis cum figuris æri inciſis 1660. in fol. & à Nicol. Toppo laudatur in Bibliotheca ſua Neapolitana. (γ) (274.)

DIDACUS LOPEZ de AYALA Toletanus, ex celebri Ayalarum ſtirpe ortus, Eccleſiæ patriæ Canonicus atque Vicarius, præter varia ex Italica in Hiſpanicam translata Linguam opuſcula, quorum Catalogum ſiſtit Nicol. Antonius, (δ) etiam additionibus ſuis auxit, illuſtravitque Summi Viri Petri Lopeſii de Ayala ſuo loco laudandi. CLXX.

LIBRO de linages, unde ſæpius illa ſub Didaci noſtri nomine Genealogis citatur, inprimis Philippo de Gandara (ε) & Ferdinando de Saavedra. (ζ) Additiones autem iſtæ æque ac Petri Lopeſii opus non niſi manuſcriptæ exſtant in ſcriniis curioſorum. (275.)

DON DIDACUS LOPEZ de HARO SOTOMAYOR, *Ludovici Mendezii*, primi hoc nomine Domini de *Sorbas* & *Lobrin* ex *Beatrice* CLXXI.

 Por-

(β) In MSCto cit. num. 185.
(γ) Pag. 70. col. 1. pr.
(δ) Biblioth. Hiſp. Tom. I. pag. 227. col. 2. m.
(ε) Galicia L. III. c. 16. §. 3. pag. 397. col. 1.
(ζ) Memorial de la Caſa de Saavedra fol. 112. pr.

Portocarrera filius, à Philippo II. Rege Diplomate Bruxellis d. 20. Januar. 1559. dato titulum & honores *Marchionis del Carpio* obtinuit, cui ut parem ſe dignitati ſplendore natalium commonſtraret, proprio marte elaboravit ex ſcriniis domus de Haro compilatum.

(276.) *MEMORIAL ô Tratado de la Caſa de Haro*, cujus ἀνεκδότȣ operis non ſine auctoris laude meminerunt *Joſephus Pellicerius* (η) & *Sanctius de Doriga & Valdes* (θ) qui & aſſerit, *Sandovalium* æque ac *Argote Molinam* Didaci noſtri in iis, quæ de ſtemmate *Harorum* ſcripſere, veſtigia preſſius fuiſſe ſecutos. Genuit Haro noſter ex uxore *Maria Angela de Velaſco & de la Cueva Chriſtophori, Siruelæ* Comitis, Filia *Mariam & Beatricem de Haro*, quarum utraque Marchionatum iſtum *del Carpio* poſſedit.

CLXXII. DON DIDACUS LOPEZ de SALCEDO, Sorienſis, Dominus oppidi Maganna, Ordinis D. Jacobi Eques, & ſupremæ primum ſupputationis redituum Curiæ (*Contaduria mayor* vocant,) dein & Equeſtrium Ordinum Senatus, ut & ſupremi Caſtellæ Conſiliarius Regius ſub Philippo IV. ſocer ex filia *Donna Franciſca de Sauzedo* Joannis Chumacero Carrillo, ſupremi Caſtellæ Senatus Præſidis, & primi Comitis *de Guara*, ut clariſſimæ ſuæ gentis ortum antiquitatemque illuſtraret, typis Matritenſibus in lucem emiſit publicam:

(277.) *HISTORIA de la Caſa de Salazar, y de las ſuceſſiones, que tiene en Soria con el apellido de Salzedo.* Librum hunc pure Genealogicum, id eſt, præter ſeriem ſtemmatis, linearumque Succeſſiones Hiſtorici nihil continentem ingenue ſatis ab auctore veritatis perquam ſtudioſo cenſet *Salazarius*, (ι) cui adſtipulatur, qui Didaci noſtri debito cum encomio meminit, Don *Melchior de Cabrera Nunnez de Guzman*, in ſuo de Guevarrana ſtirpe libello. (κ)

CLXXIII. DIDACUS MATUTE de PENNAFIEL, CONTRERAS, Granatæ natus anno 1581. Clericus, ut Salazario (λ) audit, vel Canonicus, ut Roder. Mendez Silva (μ) eum nuncupat, Theologiæ Licentiatus, ac in celebri urbis patriæ Univerſitate Theologiæ Scholaſticæ Profeſſor, Parochus item, & dein Prior Eccleſiæ Baſtenſis, quem varia literarum ſuppel-

(η) Memor. por D. Fern. de los Rios fol. 13. num. 13.
(θ) Memor. de la Caſa de Aſturias fol. 46. b. lit. P.
(ι) In MSC. cit. num. 81.
(κ) Origen de la Caſa de Guevarra pag. 11. b.
(λ) In MSCto cit. num. 145.
(μ) Origen de la Caſa de Valdes pag. 7.

pellectile divitem prædicat *Nicol. Antonius* (ν) sermone vernaculo scripsit Genealogiam Servatoris mundi opere:

PROSAPIA de Christo, inscripto & Bastæ 1614. in 4to edito, ac *Don Francisco de Rojas & Sandoval, Lermæ* Duci nuncupato. Haberi potest, liber hicce loco Commentarii ad primum Matthæi, tertiumque Lucæ Caput; Adjecit autem eidem Auctor aliud opus Genealogicum, cujus causa heic à nobis in scenam producitur, nimirum (278.)

DISCURSO y digression de la Segunda edad del mundo, de Sem, hijo de Noe, y de la division de las tierras entre Sem, Cham, y Japhet, y origen de los linages del mundo. Opus hocce sub variis titulis citari Genealogis solet; sic *Rodor. Mendez de Silva* (ξ) eam appellat *Discurso de la Prosapia de los Duques de Lerma; Salazarius de Castro* (ο) *Genealogias de las Casas de Austria y Sandoval; Ferdinandus de Saavedra* (ϖ) & ante eum *Philippus de Gandara* (ϱ) *Arbol Genealogico de la Casa de Lerma;* Unum tamen idemque esse opus certiores nos reddidit Salazarius, (σ) qui & suum de eodem judicium nobiscum communicavit his verbis: *Esobra, en que lo moderno no advierte cosa nueva, y lo antiguo tiene muchas suposiciones;* i. e. nova, quæ affert, vix notatu digna, & antiqua fabulis fictionibusque referta sunt. (279.)

DON DIDACUS MESSIA DASEYXAS OSSORIO & VELASCO, ex nobili, quæ *Aceyxas, Acexa, & Daseyxas* Genealogis audit, familia Gallæca circa annum MDLXXX. prognatus parentibus D. Joanne Ossocio Daseyxas ejusque prima Conjuge Isabella Aseyxas de Velasco, quorum utriusque majores diffuse recenset Didaci ex filia Catharina, quam secunda ei uxor Maria de Torres Verdugo & Biedma peperit, gener & hæres, D. Ferdinandus de Saavedra; (τ) Vixit in urbe *Xerez de los Cavalleros* dicta; & Estepæ tandem 86. annis major obiit anno 1667. Congessit, dum viveret. CLXXIV.

MEMORIAL Genealogico de la Casa de los Mexias y Daseyxos, quo sæpius se usum fatetur dictus Ferdinandus de Saavedra, qui & illud exacte cum *Alphonsi Daseyxas* supra laudato opere convenire affirmat. (280.)

(ν) Biblioth. Hisp. Tom. I pag. 230. col. 1. †.
(ξ) Loc. cit. de la Casa de Valdes pag. 1.
(ο) In MSCto num. 145.
(π) Memorial de la Casa de Saavedra fol. 236 in fin.
(ϱ) Nobiliario de Galicia Tom. II. fol. 580. fin.
(σ) In MSCto cit. num. 145.
(τ) Memor. de la Casa de Saavedra pag. 286. b. & alibi passim.

CLXXV. DON DIDACUS MORANTE, urbis Burgensis Castellæ veteris Metropolis incola; scripsit circa initium Sæculi anterioris opus Genealogicum, cui titulus est:

(281.) *RESUMEN de las familias de Castilla*, quod penes ejus hæredes asservari fertur teste Nic. Antonio. (υ)

CLXXVI. DIDACUS de la MOTA, patria Bellomontanus, Theologiæ Licentiatus, & Clericus Ordinis Sancti Jacobi in cœnobio principe oppidi de Ucles, scripsit præter illa Nicolao Antonio (φ) laudata aliud majoris & molis & momenti opus Historico-Genealogicum, nimirum.

(282.) *CATALOGO de los Cavalleros de la Orden de Sant-Jago*, quod Manuscriptum in folio in scriniis curiosorum latet, & plurimum confert ad stemmatum Hispaniæ nobilium notitiam, idcirco Genealogis Hispanis sæpius citatum, inprimis Alphonso Lopesio de Haro, (χ) & Ludov. Salazario. (ψ) Obiit Didacus noster Toleti in Hospitali ejusdem Ordinis æde, teste citato Antonio.

CLXXVII. FR. DIDACUS de OJEA, Ordinis, ni fallor, Prædicatorum Sodalis, Natione Gallæcus, familia nobili natus, nonnulla:

(283.) *DE LOS linages de Galicia*, seu de nobilibus Gallæcis familiis compilasse dicitur, quæ *ἀνέκδοτα* latent, & à Capitaneo Don Petro de Ojea Ulloa Vasquez Taboada, Didaci ex fratre nepote communicata fuere Don Ferdin. de Saavedra, ut ipse testatur. (ω)

CLXXVIII. DON DIDACUS ORTIZ de ZUNNIGA, ex celebri Ortiziorum & Zunnigarum prosapia nobili natus Hispali, Ordinis Sancti Jacobi Eques & urbis patriæ Senator, (*Veintiquatro* vocant.) Initium conciliandi sibi scriptis nominis celebritatem fecit, edito erudito libello Genealogico.

(284.) *DISCURSO Genealogico de los Ortizes de Sevilla*, inscripto, & typis excuso in urbe Gaditana anno 1670. in 4. Dedicavit eundem Auctor patruo suo Don *Alphonso Ortiz de Zunniga Ponce de Leon*, Marchioni *de Val Enzina*, & paternum inibi Ortiziorum stemma prolixe, & (ut verbis utar Clarissimi Pellicerii vernaculis) (α) *con methodo, elegancia, grandes noticias y cor-*

(υ) Biblioth. Hisp. Tom. I. pag. 231. col. 2.
(φ) Loc. cit. pag. 231. col. 2.
(χ) Nobiliario de Espanna Lib. IV. cap. 5. & alibi.
(ψ) In Hist. de la Casa de Lara & Silva passim.
(ω) Memor. de la Casa de Saavedra fol. 153. a. fin. & 231. a. pr.
(α) In Bibliotheca sua pag. 122.

cordura, y con la calidad mayor, que es la de la verdad deduxit. Paribus libellum hunc encomiis prosecuti sunt etiam Nicol. Antonius (β) Ludov. de Salazar & Castro (γ) Ferdinandus de Saavedra (δ) aliique. Paucis post annis denuo in lucem protulit publicam elegans opus:

TRATADO de la posteridad de Juan de Cespedes, Treze y Comendador de Monasterio en la Orden de Sant-Jago, progenitor de los Cespedes de la Ciudad de Sevilla, seu de nobili Cespedarum prosapia in urbe Hispalensi Commentarium, quem itidem magna cum cura & exactione scriptum censet Ludov. de Salazar. (ε) Tandem anno 1677. Matriti sumptibus Anissonii in fol. insigne prodiit Ortisii nostri & ære perennius grati erga patriam urbem animi monumentum. (285.)

ANALES Eclesiasticos y seglares de la Ciudad de Sevilla, quod fata notatuque dignas res gestas non hujus tantum urbis, sed & universæ fere Bæticæ ab anno inde 1246. per annorum seriem recenset, & innumera, quæ stemmatum Bæticorum nobilium notitiam concernunt, suppeditat documenta, inprimis etiam *Cerdanam* Medinæ Celi Ducum, quorum 8vo *Joanni Francisco* inscriptum est, prosapiam & insignia peculiari Tabula Genealogica in frontispicio libri explicat. Elogium operis hujus cui volupe est perlegere, adeat Clarissimi *Pellicerii* Bibliothecam. (ζ) Ex eodem Analium volumine (η) ubi auctor suorum operum mentionem injicit, etiam edoctus sum, parturire ipsum. (286.)

THEATRUM Genealogicum nobilium Hispalensium familiarum, quod tamen ut ad umbilicum perducatur, vix ipse ob argumenti amplitudinem sperare audet Auctor. (287.)

DIDACUS RAMIERZ DAVALOS de la PISCINA, nobili Davalorum Navarricorum stemmate, de quo etiam Jo. Garzia (θ) & Athanasius Lobera (ι) commentati sunt, ortus, Medicinæ Licentiatus, composuit primo sermone latino CLXXIX.

HISTORIAM Regum Navarræ, quam *Francisco de Navarra*, priori cœnobii *Roncesvalles* nuncupavit; eandem dein in Castellanum ipse transtu- (288.)

(β) Tom. II. in Supplem. pag. 673.
(γ) In Advertencias Historicas pag. 171. & in MSCto cit. num. 56.
(δ) Memor. de su Casa fol. 37. a.
(ε) In MSCto cit. num. 56.
(ζ) Pag. 188. num. 194.
(η) Libro XV. pag. 587.
(θ) De Nobilitate glossa 18. num. 41.
(ι) Historia de Leon c. 9.

tranſtulit idioma, & ſub hoc titulo: *CORONICA de los Reies de Navarra* Carolo V. Imp. dedicavit anno 1534. typis impreſſum neutrum eorum operum prodiit, manuſcripta tamen ejus exemplaria plura exſtant, fuitque unum ex iis in Bibliotheca Comitis Ducis Olivarienſis, aſſeritque Nicol. Antonius (ϰ) Auctorem maximam ejus partem ex ſcriniis Caroli Vianæ Principis, itidem Navarræ Regum Hiſtorici compilaſſe, Stephanus etiam Garibæus (λ) Auctor eſt, hanc Ramireſii noſtri hiſtoriam cæteris quidem eſſe uberiorem, attamen in ſerie tam Regum quam temporum mendoſiſſimam. Cæterum inter Genealogos noſtros referri dignus, quod non Regium ſolum, ſed & illuſtriora Regni Navarræ ſtemmata, inprimis proprium Davalenſe in opere ſuo prolixius recenſuit.

CLXXX. DON DIDACUS de ROCABERTI PAU & VELLERA, Dominus de *Bellera*, illuſtris Eques Catalanus, egregium duplex de clariſſimo Rocabertiorum ſtemmate opus Genealogico-Hiſtoricum elaboratum dedit:

(289.) *GENEALOGIA y arbol hiſtoriado de la Caſa de los Viz-Condes de Rocaberti*, quo ſæpiſſime nec ſine amplo Auctoris encomio uſus eſt *Joſephus Torner* in ſimilis argumenti libello. (μ) Præterea aliud adhuc Didaci noſtri itidem Genealogico-Hiſtoricum dilaudatur opus:

(290.) *TRATADO de las perſonas, que ha producido la Caſa de Rocaberti inſignes en Santidad.* Utrumque hodienum ineditum aſſervatur in ſcriniis Illuſtris *Peraladæ* Comitis & Vice-Comitis *Rocabertini;* unde ſibi benigne utriusque conceſſam copiam fatetur *Ludovicus de Salazar & Caſtro*, (ν) qui, exactam ubivis Catalanarum rerum notitiam præ ſe ferre clariſſimum Auctorem, nos edocuit.

CLXXXI. DIDACUS RODRIGUEZ de ALMELA, natus in urbe Murcia, Regni cognominis metropoli, Eccleſiæ ejusdem Canonicus, & ut *Uztarrozius* (ξ) aſſerit, Carthaginenſis in eodem Regno Eccleſiæ Archi-Presbyter, ut & Iſabellæ Catholicæ Reginæ Sacellanus, ſcripſit rogatu *Joannis Manrrique*, Archi-Diaconi *de Valpueſta* dicti in Cathedrali Burgenſi æde, cui & opus nuncupavit.

EL

(ϰ) Bibl. Hiſp. Tom. I. pag. 239. col. 2. m.
(λ) Compendio Hiſtorial. Lib. XXI. cap. I. pag. m. 4.
(μ) Genealogia do los Viz-Condes de Rocaberti; paſſim.
(ν) In MSC. cit. num. 72.
(ξ) In defenſa de la patria de San Lorenze, pag. 66.

EL VALERIO de las Historias Escolasticas y de Espanna. Murciæ, typis Joannis de la Roca 1487. in fol. item Toleti 1541. in fol. Matriti 1508. in 8vo & Medinæ Campi apud Franciscum del Canto 1584. 8vo editum. Continet autem liber iste dicta & facta insignia Regum Magnatumque Hispaniæ, & ob multas de familiis nobilibus notitias sæpissime Genealogis Hispanis citatur. Sunt quidem, qui opus hocce Ferdinando Peresio de *Guzman* tribuunt, verum *Almelæ* nostro deberi evincunt *Thomas Tamajus,* (o) *Ustarrozius,* (ϖ) *Gandara* (ϱ) aliique. Adjectus Valerio est Auctoris alius libellus: (291.)

TRATADO ô Copilacion de las batallas campales, Joanni de Ortega Malvendo, Coriensi Episcopo inscriptus; Quin & citatus modo Thomas Tamajus Almelam nostrum statuit Auctorem libri cujusdam sic notati: (292.)

COPILACION y Genealogia de los Reies de Espanna, quem tamen eundem esse cum Almelæ nostri opere, (293.)

COMPENDIO Historial de las Coronicas de Espanna, quod in Regia Escorialensi æque ac Marchionis Estepensis Bibliotheca manuscriptum asservatur, credimus cum Nicolao Antonio, qui fusius de Almela nostro disseruit. (σ)

DON DIDACUS de SAAVEDRA FAXARDO, qui Togæ artibus præ multis Hispanorum inclaruit, dum Legationes ad Pontificem Rom. Imperiique Diætam Ratisbonensem ac pacem Monasteriensem summa cum laude obiit, etiam stemma Gothorum in Hispania Regum eleganti libro CLXXXII.

CORONA Gothica Castellana y Austriaca Monasterii 1646. in 4to edito illustravit; quo, ut eruditissimi Chiffletii (τ) utar verbis, *nihil doctius nihil augustius, nihil omnium sensu magis probandum afferri posset;* & dolendum sane, quod tam bene cœptum opus ad felicem perducere exitum (quippe Castellanum Austriacumque Gothico stemmati succedere debuerant) Auctori præmatura mors, quæ anno 1648. mortalibus ipsum eripuit, negarit. Habemus equidem assutam ab *Alphonso Nunnesio de Castro* (294.)

(o) In defensa del P. Mariana; & in nott. ad Luitprandum pag. 34.
(ϖ) Defensa de la Patria de San Lorenzo p. 66.
(ϱ) Nobiliario de Galicia L. III. cap. XVI. §. 5. pag 404. f.
(σ) Biblioth. veter. L. X. cap. 14. §. 759. seqq.
(τ) Operum Historicor. P. I. pag. 349. fin.

Castro huic purpuræ laciniam, sed quæ Saavedranum acumen procul est quin assequatur.

CLXXXIII. DON DIDACUS SANCHEZ PORTOCARRERO ex celebri *Metellinensium Portocarrerorum* stemmate ortus, patria *Molinensis*, Ordinis D. Jacobi Eques, & Copiarum Dominii *Molinæ* Capitaneus, ac dein Cameræ *Millionum* Regiæ in oppido *Almagros* Administrator, ubi & è vivis excessit anno 1665. optime de patria meritus est edito insigni opere:

(295.) *HISTORIA de Molina* inscripto, cujus Pars prior prodiit Matriti 1641. in 8vo posterior vero, quintuplo fere major ad tempora Ferdinandi Catholici deducta, & stirpium Castellæ nobilium notitia refertissima, latet adhuc ἀνέκδοτος, & sæpius stemmatographis Hispanis citanda venit. Laudat opus inprimis Ximena (υ) sub titulo: *Lista de los Sennores de Molina.*

CLXXXIV. DON DIDACUS SARMIENTO DE ACUNNA, Comes de Gondomar, & Philippi IV. Regis Consiliarius status, Vir inter Hispanos ævi sui πολιτικώτατος locum in nostro quoque sibi vendicat Theatro ob scriptam, cum Regii apud Anglos Legati munus obiret, die 27. Januarii

(296.) 1614. ad D. *Andream de Prado & Losada* status Secretarium, prolixam *Epistolam*, in qua, Lusitani cujusdam Auctoris atroces in Gallæcos injurias vindicaturus sat amplum contexuit Gallæcorum Ecclesiam patriam æque ac Rempublicam sago togaque illustrantium Catalogum, quem cum insigni encomio Auctoris citat Philippus de Gandara. (φ)

CLXXXV. DON DIDACUS SARMIENTO de SOTOMAYOR, Dominus Vallis *de las Hachas* dictæ, Ordinis Sancti Jacobi Eques, sua majorumque merita deducturus scripsit, seu proprio Marte, seu, quod vero similius, aliena arans vitula:

(297.) *MEMORIAL de su calidad y servicios, y de los de las Casas de Sarmiento y Sotomayor;* quod typis publicis editum Carolo II. Regi obtulit. Citatur item Pellicerio in Bibliotheca sua. (χ)

CLXXXVI. DON DIDACUS de SCALZ & SALZEDO, Valentino ex Regno, nobilique idem familia de *Scalz* sive *de la Scala*, quæ à Scaligeris Veronæ Principibus incunabula derivat, oriundus, Valentiæ anno 1681. typis publicis evulgavit

EL

(υ) Anales del Obispado de Jaen pag. 375. fin.

(φ) Nobiliario de Galicia pag. 438. col. 2.

(χ) Pag. 75. 2.

EL ORIGEN de la Casa de Scals ô de la Scala, antiguos Sennores de Verona, y establecidos despues en el Reino de Valencia. Continet liber iste miscella opuscula Genealogici æque ac Historici & Juridici argumenti, & quæ variorum Auctorum titulos in fronte gerunt, omnia tamen ex ipsius Auctoris penu unice depromta, ut Salazarius prodit. (ψ) Scripsit idem *Didacus* noster, cum olim Rector Collegio Montis Oliveti Salmanticensi præesset, opus Juridicum, cui titulum fecit: (298.)

ANGARUS seu Cursus publicus ad L. Agentes 2. C. de Gurs. & Stationariis, qui Titulus 23. est Libri XII. Editum illud est Salmanticæ anno 1652. & laudatur à *Pellicerio.* (ω) Nec dubito, quin idem cum nostro sit *DIDACUS* ille *de SALCEDO*, quem Consiliarium Regium salutat *Gabriel de Henao* (α) & opus Genealogicum: (299.)

ORIGEN de la Casa de la Torre del Aldea el Sennor in lucem emisisse fatetur. (300.)

MOSSEN DIDACUS de VALERA Conchensis, Vir artibus aulicis & militaribus æque ac literis imbutus, sub Joanne II. (cujus anno 1437. in Germaniam & 1442. in Angliam Legatus fuit) Henrico IV. & Ferdinando Catholico Castellæ Regibus claruit. Vitam ejus & scripta fusius enarrat Nicolaus Antonius (β) unde Genealogica, & quæ ad nostrum faciunt scopum, heic excerpta damus: CLXXXVII.

TRATADO de las armas entres partes; La primera trata de las armas necessarias, que por querella se hazen, y las costumbres de los Rietos en Francia, Espanna y Ingalatierra; la segunda de las armas voluntarias, que sin necessidad alguna se emprenden, como son las hechas por la prueva de volor o destreza, o en defensa de alguna devisa; La tercera de las sennales, quellaman communemente armas, de que usan los nobles; quæ tertia pars de insignibus nobilium heraldicis agit. Inscriptum hoc opus est Alphonso V. Portugalliæ Regi, & ante annum 1471. compositum creditur Nic. Antonio, qui apud Marchionem de *Benamexi*, suum ex sorore nepotem id vidit. Subjungitur in eodem Codice: (301.)

EL CEREMONIAL de Principes ejusdem & Joanni Pacheco Villenæ Marchioni nuncupatum. Prius opus idem esse credo, quod Gundisalvus Argote Molina sub titulo *Libro de las divisas* in Catalogo Au- (302.)

(ψ) In MSC. num. 144.
(ω) In Bibliotheca sua pag. 162. a.
(α) Antiguedades de Cantabria Tom. II. pag. 220. col. 1. fin.
(β) Biblioth. Hispan. veter. Lib. X. cap. 13.

ctorum Nobiliario ſuo præfixo laudat. Sed aliud diverſumque ab illo eſt.

(303.) *LIBRO de las armas y blaſones de muchos linages del Reino de Caſtilla y Leon, Galicia, Toledo, Andaluzia* &c. quod inconcinne ſatis incipit: *Del Preſte Juan de las Indias*, porro de *Regum* Hieroſolymæ, Cypri &c. inſignibus agit, tandemque ad illa Hiſpanorum Regum, Magnatum Nobiliumque progreditur. Manuſcriptum hocce poſſedit ipſe Antonius, & quidem, ut ipſe haud levi conjectura autumat, propria auctoris manu exaratum; qui ſe vix dubitare profitetur, quin idem ille Codex ſit, qui in Bibliotheca Comitis Ducis Olivarienſis ſub titulo: *Libro de los linages* aſſervatus fuit. Ceremoniale Principum Valeræ noſtri Manuſcriptum etiam poſſedit *Hieronymus Zurita*, idque typis impreſſum aſſerit Didacus Joſephus Dormer (γ) exemplar tamen ejus videre nobis non contigit. Porro & à Joſepho Pellicerio (δ) Viro harum rerum gnariſſimo ob totam ſtyli & ſententiarum apte uſurpatarum faciem, atque ipſam admonendi libertatem Didaco noſtro

(304.) *LA CORONICA de la Caſa de Zunniga*, anno 1473. exarata, & *Joanni Zunnigæ*, Alvari Plaſenciæ Ducis (cujus domeſticus diu vixit Didacus noſter) filio inſcripta vendicatur. Manuſcriptam eam poſſedit laudatus modo Pellicerius, ut ipſe in epiſtola quadam ad Dormerum data annotavit.

CLXXXVIII. P. DIDACUS de VARGAS, Societati Jeſu adſcriptus, nobis haud alio notus, neque heic commemorandus nomine, quam quod Alphonſi *Maldonati*, (quem ſupra ſuo loco recenſuimus XXII. 31.)

(305.) *STEMMA Monroyanum* ab ævo inde Regum Catholicorum Ferdinandi & Iſabellæ ad Don Ferdinandum usque *de Toledo* & *Portugal*, VI. tum *Oropeſæ* Comitem annumque 1606. continuaverit. Laudat, qui opus iſtud manuſcriptum vidit, *Ludovicus* de *Salazar* & *Caſtro*. (ε)

CLXXXIX. Doctor DIDACUS VASQUEZ de SANDOVAL, ſtemmata *Valleganum* & *Alderetanum*, typis edito, &

(306.) *MEMORIAL de la Calidad y ſervicios de Don Gaſpar de Vallego Alterete, Cavallero de la orden de Sant-Jago y del Conſejo de Caſtilla &c.* inſcripto libello dilucidavit, quem dignis mactat encomiis citatus Salazarius. (ζ)

Doctor

(γ) Progreſos de la Hiſtoria de Aragon pag. 255. num. 21.
(δ) Memorial del Conde de Miranda fol. 15.
(ε) In MSCto citato num. 121.
(ζ) In MSCto citato num. 95.

Doctor DIDACUS VINCENTIUS de VIDANIA, Oſcenſis (vulgo *Hueſca* audit) Academiæ Rector, ibidemque digeſti primum veteris, dein Codicis & ſexti Decretalium Libri Profeſſor ſeu Cathedraticus, poſtremo Senatus ſupremæ Fidei Inquiſitionis Conſiliarius honorarius, & Siculæ Inquiſitionis Viſitator, ut & Regnorum Caſtellæ & Legionis, itemque Aragoniæ Hiſtoriographus Regius, edidit, cum adhuc Oſcæ degeret, CXC.

DISERTACION Hiſtorica de la patria de San Lorenzo; impreſſam anno 1672. quam debitis proſequuntur encomiis Pellicerius (η) & Doctor *Joannes Ludovicus Lopezius* (θ) aliive plures. Aliud idem opus (307.)

TRIUNFOS Chriſtianos del Mahumediſmo vencido en cinco diſcurſos Academicos, Matritenſibus Lucæ Antonii de Bedmar & Baldivia typis evulgavit anno 1684. in 4to plagulis 12. Præter hæc opuſcula Vidaniæ noſtro aliud, idque Genealogicum debemus: (308.)

MEMORIAL al Rey nueſtro Sennor, en que Don Franciſco de Benavides repreſenta los ſervicios heredados y proprios con don Diego de Benavides y Don Luis de Benavides, inſcriptum, & in gratiam Comitis *Sancti Stephani* ſeu *Santi-Stevan*, elaboratum, cum is ad Grandatus Hiſpaniæ honorem (quo & brevi poſt à Carolo II. Rege mactatus eſt) adſpiraret. Prodiit iſtud opus Neapoli anno 1696. in folio, &, ſi *Salazario* (ι) fides, maximam partem ſubminiſtratis à *Joſepho Pellicerio* adminiculis debet. Immiſcuit Auctor plurima Italiæ ſtemmata, ut & arbores conſanguinitatis affinitatisque à ſcopo alienas, nihilo tamen ſecius quam plurima profert notatu perquam digna. (309.)

DIDACUS de URBINA, Decurio (Hiſpanis *Regidor*) urbis Matritenſis, & Philippi ſecundi, tertiique Regum Fecialis ſeu Haraldus, congeſſit circa finem Sæculi XVI. CXCI.

LIBROS de Blaſones y Linajes nobles de Eſpanna, qui ἀνέκδοτοι in manibus curioſorum diſcurrunt. Apographa eorum poſſedere *Rodericus Mendez Silva*, & Don *Joannes de Bannos & Velaſco* Regii Hiſtoriographi; Sæpius & iidem citantur Genealogis Hiſpanis, *Pellicerio*, *Ocarizio*, *Saavedra* aliisque. Conferatur omnino *Sanctius Doriga de Valdes*. (κ) Filiam (310.)

 Ur-

(η) In Bibliotheca ſua fol. 59. b.

(θ) In Commentario ad acta Sancti Braulionis num. 13. fol. 318.

(ι) In MSCto cit. num. 112.

(κ) Origen de la Caſa de Aſturias fol. 68. b. pr.

Urbinæ noſtri Iſabellam primam ſed improlem habuit uxorem Lupus Felix de Vega Carpio Comicorum Hiſpaniæ Princeps.

CXCII. DIDACUS de YEPES Toletanus & Noſocomii in urbe patria Parochus, præter moralia & Theologica, quæ in lucem publicam emiſit, inter ſchedas ſuas poſteris reliquit opuſculum manuſcriptum, videlicet:

(311.) *NOTAS al Nobiliario del Conde Don Pedro de Barcelos*, qui Dionyſii Portugalliæ Regis filius fuit. Vidit notas illas, qui in Collectione maxima librorum Hiſpanicorum eas recenſet, Don *Thomas Tamajus de Vargas*, qui & Didaco noſtro Toletum patriam adſcribit, licet alii eundem ex cognomine oppido *Jepes* in Carpetanis ſito oriundum exiſtiment. Adſtipulatur autem *Tamajo Nicolaus Antonius* (λ) qui videatur. Dolet autem, & quidem merito *Dormerus* (μ) *Emanuelem Fariam de Souſa* ſuæ dicti Nobiliarii Petrini editioni easdem non adjeciſſe.

CXCIII. DIONYSIUS HARDUINUS Gandavenſis JCtus & Belgicarum Antiquitatum ſedulus ſcrutator obiit, anno Sæculari 1600. Vitam ejus & ſcripta edita æque ac inedita fuſius recenſet *Valerius Andreas Deſſelius* in Bibliotheca ſua Belgica; ex quo & diſcimus, inter ἀνέκδοτα ſummi hujus Viri reperiri amplum opus:

(312.) *DE NOBILITATE Hiſpanica*, cujus gratia ejus heic aliquam feciſſe mentionem æquum duximus.

E.

CXCIV. EDUARDUS NUNNESIUS de LEON (ſeu, ut Luſitani ſcribunt, LIAON) Eborenſis, JCtus & in ſuprema Curia Olyſſiponenſi (quæ *Domus ſupplicationum* audit) Senator Regius, ac Hiſtoriæ patriæ vindex, plurima Magnatum Luſitaniæ æque ac reliquæ Hiſpaniæ ſtemmata pererudite eruit in elegantiſſimo opere:

(313.) *AS Coronicas dos Reis de Portugal.* Hujus pars prior Olyſſiponenſibus promulgata typis anno 1600. in folio à Regni origine ad Ferdinandum usque Regem progreditur; altera vero adhuc inedita trium Regum, Joannis I. Eduardi & Alphonſi V. res geſtas exponit. Nullus dubito, quin idem opus ſit, quod in Regia Pariſienſi Bibliotheca manuſcriptum aſſervatus, cujus quidem titulum talem nobis ſiſtit Manuſcriptorum dictæ Regiæ Bibliothecæ Catalogus. (ν)

IN-

(λ) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. pag. 225. col. 2.
(μ) In additionibus ad vitam Hieron. Zuritæ fol. 223. num. 5.
(ν) Num. 10016.

INDEX de todas as Coronicas dos Reys de Portugal; duobus voluminibus in folio. Edidit & præterea Eduardus noſter Nunneſius: (314.)

CENSURAS in libellum de Regum Portugalliæ origine, qui Fratris Joſephi Teixeræ nomine circumfertur. Olyſſipone typis Regiis Antonii Riparii 1585. in 4to. Cenſuræ hæ poſtea inſertæ ſunt volumini ſecundo Hiſpaniæ illuſtratæ; Adjectos eisdem reperitur alius libellus: (315.)

DE vera Regum Portugalliæ Genealogia, qui etiam ſeparatim lingua Luſitanica exaratus prodiit Olyſſipone anno 1598. in 8vo, ſub titulo: (316.)

GENEALOGIA verdadeira dos Preys de Portugal. Porro & ἀνέκδοτον noſter reliquit opus: (317.)

ELOGIOS dos Varones iluſtres; quod ſæpius in Antonii Suareſii de Alarcon Genealogia Alarconiana debito cum Auctoris encomio cernimus allegatum. (318.)

EFICIUS JOSEPHUS de SOTOREAL, Doctor & Protonotarius Apoſtolicus anno 1678. Matritenſibus typis evulgavit libellum: CXCV.

DE LA Genealogia del Marques de Laconi. Marchionatum hunc in Sardinia Inſula ſitum poſſedit tunc temporis Don *Joannes Franciſcus de Caſtelvi*, (cujus majores ex Regno Valentiæ eo transmigraverant,) Marchio de *Laconi*, Vice-Comes de *San-Luri*, Eques Ordinis Calatravæ, Major domus & Nobilis Cameræ ac Excubiarum corporis Capitaneus Caroli II. Regis, in cujus gratiam libellum iſtum Auctor conſcripſit, ſed pro dignitate argumenti tenuiter ſatis ac jejune, ut Salazarius (ξ) monet. (319.)

DON EMANUEL ANTONIUS de LASTRES, Eques Ordinis Alcantaræ, in *Cabra* Cordubenſis Regni oppido vivens, anno 1695. typis publicis edidit: CXCVI.

MEMORIAL Genealogico de la Caſa de Pineda; Compoſuit illud Auctor rogatu Don *Ludovici Stephani de Pineda Matienzo*, Equitis Ordinis Calatravenſis, qui ad Comitis titulum honoresque adſpirabat, quos & a Carolo II. Rege dein obtinuit. Peramplum opus eſt, ſed quod mendis figmentisque ſcatet, ac ignotorum auctorum operumque teſtimoniis ex Auctoris cerebro fabrefactis refertum eſt; cæteroquin plura notatu digna quoque atque authentica continet, judice Salazario. (ο) (320.)

DON EMANUEL AREVADO de ZUAZO, Ordinis Sancti Jacobi Eques, Prætor Legionenſis, Placentinæ & Badajocenſis Urbium magno cum ſtudio conſcripſit: CXCVII.

TRA-

(ξ) In MSCto cit. num. 147.
(ο) In MSCto cit. num. 146.

(321.) *TRATADO de la Genealogia de las Casas de Arevado y Zuazo, y sus ramas; id est*, de proprio stemmate Commentarium ἀνέκδοτον adhuc, & exactitudinis laude mactatum a Salazario (ϖ).

CXCVIII. EMANUEL CONSTANTINUS ex urbe *Funchal*, metropoli *Maderæ* celeberrimæ Canariensium Insulæ oriundus, SS. Theologiæ Doctor, & in Gymnasio Romano Professor, typis publicis emisit.

(322.) *HISTORIAM de origine atque vita Regum Lusitaniæ* Romæ anno 1601. in quarto; Scripsit ibidem

(323.) *HISTORIAM Insulæ Materiæ seu Madera;* ibidem typis impressam anno 1599. in quarto. Utrumque opus Regiæ inprimis Lusitanicæ stirpis, tum & magnatum plurium Hispanorum ac Lusitanorum seriem resque gestas complectitur.

CIXC. EMANUEL CORREA ex *Elvas* Lusitaniæ urbe oriundus, Ecclesiæ Sancti *Sebastiani de la Mouraria* Olyssipone Parochus, insigne illud *Ludovici de Camœns*, Poëtarum Lusitanorum facile Principis Pœma vere Heroicum, vernacule.

(324.) *AS Lusiadas* nuncupatum, & in quo Auctor fortia Lusitanorum Heroum gesta alter cecinit Homerus, *Commentario* illustravit, sed illo perbrevi & argumenti dignitatem non exæquante, judice *Antonio Leone* (ϱ). Inscripsit illum *Roderico Dacunha*, Olyssiponensium Archiepiscopo, & imprimi ibidem curavit anno 1613. in quarto. Præterea & aliud Correa noster opus edidisse fertur:

(225.) *HISTORIA de los Reies, Sennores y Emperadores de Espanna* inscriptum, quod nobis hactenus videre non licuit.

CC. EMANUEL FARIA DE SOUSA, Lusitanus, Ordinis D. Christi Eques, Vir uno omnium civium ore laudatissimus, præter varia, eaque insignia, quæ partim vivus ipse, partim superstites post fata amici ediderunt, Historici argumenti opera, etiam non pauca elucubravit Genealogica. Primas tenet versum ex Lusitano sermone in Castellanum, notisque haud contemnendis illustratum insigne:

(326.) *COMITIS Don Petri de Bracelos* Nobiliarium, inferius suo loco nobis laudandum, quod &

(327.) *APPENDICE dein peculiari*, stemmata nobilium Lusitanicarum familiarum exhibente, & Matritensibus typis evulgata adauxit. Porro, ut Patrono suo Don *Emanueli de Moura* & *Corterreal* (mox laudando), Ca-

(ϖ) in MSCto cit. num. 170.

(ϱ) Bibliotheca Oriental y Occidental fol. 8. pag. 2.

Castelli Roderici Marchioni (cui Regio ad Urbanum VIII. Pontificem, Rom. Legato Secretarius adhæsit) gratum probaret animum, Leone Allatio teste, conscripsit

HISTORIA de los Marqueses de Castel-Rodrigo y de la familia de Moura. Flurima itidem ad studium Genealogicum apprime facientia abunde nobis suppeditant sequentia Fariæ nostri scripta: (328.)

COMMENTARIUS ad Lusiada Ludovici Camœsii. (329.)

VIDA de Don Martin Baptista de Lanuza, Justicia de Aragon; opus eleganter conscriptum. (330.)

EUROPA, Asia, Africa y America Portuguesa; insigne X. voluminum opus maximam partem posthumum. Olyssipone 1666. 1674. 1675. 1678. &c. in folio impressum. (331.)

EPITOME de las Historias Portuguesas. Matriti apud Franciscum Martinez 1628. in quarto edita, in qua cuilibet Regum Duces Comites Marchionesque noviter creatos exacte subjecit. Obiit præclarus hic Vir in magna (ut Nicol. Antonii (σ) utar verbis) rei familiaris insignibus quibusque hominibus fatali angustia mense Februario anni MDCIL. ætatis LIX. Debitis eum encomiis prosequuntur *Leo Allatius* (τ) *Josephus Pellicerius* (υ) *Claudius Clemens* (φ), *Hippolitus de Samper* (χ) & præ reliquis citatus modo *Antonius* (ψ) qui & asserit, *Franciscum Moreno Porcel* Hispalensem, Fariæ nostri alumnum, posthumum ejusdem eleganter formasse typisque edidisse elogium. (332.)

EMANUEL MONSORIU, SS. Theologiæ Licentiatus atque Presbyter congessit anno 1684. CCI.

GENEALOGIA de la Casa de Calatayud; quam *Don Ximenio de Calatayud*, quarto Comiti *del Real*, & secundo Comiti de *Villamonte* nuncupavit. Latet illa adhuc in scriniis manu exarata, & Salazario (ω) judice haud exiguam laudem meretur. (333.)

DON EMANUEL DE MOURA CORTERREAL, Christophori Imi CCII.

(σ) Bibliothecæ Hispanæ Tom. I. pag. 266.
(τ) in Apibus Urbanis.
(υ) Bibliothecæ suæ fol. 157. pag. 2.
(φ) Tablas Chronologicas pag. 153. in fine.
(χ) in Prologo Montesæ illustratæ in principio, ubi Poëmata Fariæ sub titulo *Divinas y humanas Flores* extollit
(ψ) loco jam citato.
(ω) in MSto citato No. 197.

ri Imi Castelli Roderici Marchionis & *Margarethæ Corterreal* filius, secundus ejusdem Marchio & primus Comes de *Lumiares*, Magnas Hispaniæ, Dominus urbis Lamegal, Capitaneus Generalis & Gubernator, hæreditarius Insularum Terceræ, Sancti Georgii, & Terræ novæ, supremus Ordinis Alcantarensis, & dein quoque Ordinis D. Christi Commendatarius, Philippi III. Regis Cameræ Nobilis, Consiliarius status, & Redituum Præfectus, ac in supremo Lusitaniæ Consiliarius, Legatus Regius ad Rom. Pontificem, & Belgii Hispanici aliquandiu Gubernator, Princeps ut aulicis artibus, sic & literis, patriæque antiquitatibus haud leviter imbutus, non solum Baptistam *Labannam* in edendo Petri de Portugal Comitis de *Bracelos* egregio Nobiliario insigniter, ut ipse Labanna in operis Dedicatione ad Emanuelem nostrum directa fatetur, adjuvit, sed & proprio marte congessit opus eximium.

(334) *DE LAS familias nobles de Espanna*, in quo præcipue Lusitanica stemmata felicissime eruit. Latet hoc opus ἀνέκδοτον, & sæpius eo usus est Don Antonius Suarez de Alarcon in elegantibus suis relationibus Historicis (α). Sed sufficiat, nostrum CLmi Chiffletii laudasse verbis, scilicet: *Ipsi in explicandis antiquorum Principum stemmatis ætatem nostram non tulisse parem* (β).

CCIII. EMANUEL SEVERINUS DE FARIA, Eborensis Lusitanus, Ecclesiæ Patriæ Archi-Episcopalis Cantor, Vir præcipue ob Antiquitatum patriarum studium inter suos magni habitus, bina reliquit ἀνέκδοτα ingenii monumenta, quibus de nobilibus in patria familiis præclare meritus est; Eorum alterum vocatur:

(335.) *LINAGES de Portugal*; alterum vero

(336.) *VIDAS dos Varones ilustres Portugueses, assi nas armas como nas letras.* Utriusque meminit quoque Nicolaus Antonius (γ).

CCIV. EMANUEL DE SOUSA MOREIRA Nobilis Lusitanus Lutetiæ Parisiorum anno 1694. in folio cum figg. æneis imprimi curavit librum tali titulo conspicuum.

(337.) *THEATRO Historico Genealogico, y Panegyrico erigido a la immortalidad de la Casa de Sousa, continuada en la linea de los Marqueses de Arronches.* Opus, ut nitide excusum, ita magno studio elaboratum, sed quod non

(α) fol. 413. No. 43. & No. 45.
(β) in Præfat. Vindiciarum Hispanarum pag. 4. fin.
(γ) in Biblioth. Hispan. Tom. I. pag. 273. pr.

non omnem, quam in frontispicio spondet, paginam absolvit. Conf. Ludov. de Salazar. (δ)

EMANUEL VIDAL ET SALVADOR, Juris Doctor, causarumque Patronus Matritensibus typis edidit CCV.

MEMORIAL de la antiquedad y esplendor de la Casa de Juan, anno 1687. Supplicem hunc libellum Carolo II. Regi obtulit Don *Ludovicus Pancratius Juan de Torres*, Comes de *Penalva*, & Regii Palatii urbis Valentiæ Gubernator. Sequitur in eo Vidalius CLmi Athanasii Kircheri supra laudati (XIC. 141.) vestigia, quem tamen nec sermonis elegantiam nec accuratione assequitur, judice Salazario (ε). (338.)

ENECUS vide INNICUS.

EQUESTRIS ORDO DE LA BANDA ab Alphonso XI. Rege Castellæ institutus fuit anno M CCC XXX. ipso die suæ Coronationis in urbe *Burgos* Castellæ veteris Metropoli. Meminerunt ejus omnes fere Equestrium Ordinum scriptores, sed præterea exstat Codex quidam Manuscriptus hoc titulo insignis: CCVI.

ORDENAMIENTO de la Vanda e del Torneo, e de la Justa, que fizò el Rey Don Alonso Era M CCC LXVIII. Insertus ille invenitur Codici Manuscripto chronici Alphonsi XI. quem possederat olim Hieronymus Zurita, & post eum Comes Sancti Clementis. Meminit item Josephus Pellicerius (ζ) se possidere. (339.)

ESTATUTOS y Leyes de la Orden de la Banda; quæ aliæ longeque diversæ sint ab illis, quas in Epistolis suis recensuit Antonius de Guevarra (η) Codicemque illum asserit esse authenticum, omniumque inibi reperiri nomina Ricorum Hominum Equitumque, qui Ordini huic ab Alphonso adscripti fuerunt. (340.)

EQUITUM AUREI VELLERIS (qui illustrissimus Ordo a Burgundionibus ad Austriacos Hispanosque Principes jure hæreditario transiit) nomina una cum insignibus peculiari opere collecta vidimus olim inter κειμήλια Manuscripta Bibliothecæ Regiæ Parisiensis duobus voluminibus in folio comprehensa. Titulus, quem perelegans illud systema præ se fert, hic est CCVII.

RECUEIL des Noms & armes des Chevaliers de la Toison d' or; teste (341.)

O 2 Manu-

(δ) Hist Geneal. de la Casa de Lara Lib. V. cap. 16. pag. 452. & in MSto. cit. No. 131.

(ε) in MSto cit. No. 143.

(ζ) in lib. *Cadena Historica* inscripto, ad ann. hunc. 1330.

(η) folio 189.

Manuſcriptorum Bibliothecæ iſtius Catalogo (θ). Neſcio tamen, an non idem opus ſit, quod inferius ſub *Joanne Jacobo Chiffletio* nobis veniet recenſendum, cum ejus inſpectio id olim nobis perſuadere videretur.

CCVIII. ERASO, nobilis & perantiqua eſt Navarrici Regni familia, ex qua præter plures alios toga ſagoque inclytos Viros ortum traxit *Don Franciſcus de Eraſo*, Nobilis Cubicularius Philippi IV. Regis, & primus ſtabuli Magiſter Cardinalis Infantis Ferdinandi, cui dicti Philippi Regis gratia titulum honoreſque contulit Comitis de *Humanes*; cui dignitati, ut & ſplendore generis nataliumque nobilitate Regi ſe oſtenderet parem, conſcribi ab auctore anonymo, rerum harum pergnaro curavit ſtemmatis ſui hiſtoriam, quæ ſub titulo

(342.) *GENEALOGIA de la Caſa de Eraſo*, in ſcriniis Curioſorum manuſcripta aſſervatur & licet brevitatis nota laboret, veritatis tamen laude abundat, cenſente ita Salazario (ι).

CCIX. ERIL, antiquitus una ex celebrium novem illarum Cataloniæ Baroniarum numero, hodie Comitatus titulo illuſtris. Poſſidet hunc maſcula *Cantillanæ* Comitum ex *Vicentelorum* familia ſtirps; & Philippi IV. Regis ævo ab auctore Anonymo congeſtum eſt opus Genealogicum.

(343.) *HISTORIA Genealogica de los Barones y Condes de Eril*, inſcriptum quod inter ἀνέκδοτα adhuc latere aſſerit Salazarius (κ).

CCX. ERYCIUS PUTEANUS Venloa-Gelder, Chronographus Regius Hiſpanicus, Mediolani primum, dein Lovanii (dignus τῷ πάνυ Juſto Lipſio datus ſucceſſor) Eloquentiæ Profeſſor; præter innumera Rhetorica, Critica & Philologica opuſcula etiam

(344.) *THEATRUM Hiſtoricum Imperatorum Auſtriacorum, Ducum Burgundiæ Regumque Hiſpaniæ* conſcripſit, typis Bruxellenſibus impreſſum anno 1642. in folio, & Regium Hiſpanicum ſtemma apprime illuſtrans. Vitam Erycii ſcripſere *Franciſcus Swertius* (λ) *Imperialis* (μ) *Vernulæus* (ν) qui in funere Puteani publica verba fecit, *Valerius Andreas Deſſelius* (ξ) *Nicolaus Antonius* (ο) & plures alii.

EUSTA-

(θ) No. 10002. a. & b.
(ι) in MSto citato No. 215.
(κ) in MSto citato No. 214.
(λ) in Athenis Belgicis.
(μ) in Muſeo ſuo.
(ν) Libro 3. de Academia Lovanienſi.
(ξ) in Bibliotheca Belgica.
(ο) in Biblioth. Hiſpano-Extern.

EUSTACHIUS MUNNOZ ædis Cathedralis Conchensis, (vernacule Cuenca) Canonicus, Vir in historia antiquitatibusque patriis haud obiter versatus, posteris reliquit bina ingenii monumenta CCXI.

VIDA de San Julian Obispo de Cuenca, ut & (345.)

HISTORIA de la Ciudad de Cuenca; ambo ἀνέκδοτα, & nobilium Diœceseos istius familiarum notitia refertissima; teste Nicolao Antonio (π) conf. pluribus infra Doctorem *Munoz*. (346)

F.

DON FELIX LUCIUS DE ESPINOSA & MALO, ex Regno Castellæ oriundus, Nobilis Aragonensis, Ordinis Calatravæ Eques, & Jurium Doctor, qui, cum Duci *Uzedæ* Siciliæ Pro-Regi ab Epistolis esset, Panormi obiit circa annum M DC LXXX. Scripsit præter alia amœnioris ingenii præclara documenta. CCXII.

EPISTOLAS Varias celebrioribus per Hispaniam, Italiam, Galliamque Viris nuncupatas, variisque Historici argumenti antiquitatumque monumentis refertas, & anno 1674. publicæ luci datas, quas inprimis debita laude prosequitur Pellicerius (ρ). Item (347.)

RELACIONES Historicas generales des de el *primero de Enero MDCLXX. hasta ultimo de Diziembre M DCLXXVI.* quas *P. Joannis Marianæ.* Historiam Hispaniæ generalem post *P. Ferdinandum Camargo & Salzedo*, Ordinis Augustiniani Prædicatorem & Chronographum, ut & *P. Basilium Varenium de Soto*, Clericorum regularium Ordinis Minorum Provincialem continuaturus edidit, quæque in novissima Marianæ Hispanica editione Matritensi anno 1678. impressa Tomo II. habentur. Præter hæc opuscula etiam alios binos edidit argumenti Genealogici libellos, quorum alter inscribitur. (348.)

GENEALOGIA de la Casa de Salazar, de la linea de Somorrostro; alter autem (349.)

ASCENDENCIA de Don Luis Estevan de Pineda Matienzo, quem circa annum 1695. Carolus II. Rex primum Comitem de *Pineda* creavit. (350)

DON FELIX MACHADO CASTRO ET SILVA, Lusitanus, primus Marchio de *Montevelo* a Philippo IV. Rege Mediolani creatus anno 1630. Dominus de *Entrehome* & *Cabado*, Commendatarius oppidi *Ou-* CCXIII.

(π) in Biblioth. Hisp. Tom. I. pag. 276. f.
(ρ) in Bibliotheca sua pag. 189. in fine

rieyro Ordinis Sancti Christi, parentibus *Emanuele de Araoujo Sousa*, Domino de *Toro*, & *Margaretha Machado* de *Silva* ortus, non solum

(351.) *NOTAS y adiciones* ad famosum illud *Petri* de *Portugal*, Comitis de *Bracelos* Nobiliarium conscripsit, (de quibus inferius dicendi locus erit) sed & peculiarem de proprio stemmate Commentarium

(352.) *MEMORIAL de la Casa del Marques de Montevelo* in quarto typis edi curavit; quo in libro plures Lusitanicas nobiles stirpes exacte dilucidavit, Salazario teste (σ), qui *Felicis* nostri ex *Violanta* de *Orozco*, celeberrimi *Francisci* de *Orozeo*, *Mortaræ* Marchionis, Catalanorumque olim Pro-regis, sorore liberos posterosque exacte enumeravit in Silvana sua pereleganti Historia (τ). Debito etiam Felicem nostrum encomio prosecutus est Philippus de Gandara Gallæciæ Historicus (υ).

CCXIV. DON FERDINANDUS ALVIA DE CASTRO, Lucronio (vulgo *Logronno*) Castellæ veteris municipio oriundus, Ordinis Calatravæ, (ut *Nicolao Antonio* (φ) vel Alcantaræ, (ut *Antonio Leoni Pinelo* (χ) placet,) Eques, rerum navalis ut & annonariæ per Lusitaniam Curator, & aliquando Classis ipsius Præfectus, varia edidit Politica æque ac Historica opuscula, ex quibus huc faciunt

(353.) *PANEGYRICO Genealogico y moral del Excellentissimo Duque de Barcelos*, Olyssipone in folio editus liber; Sed Oratorem magis quam Genealogum sapiens; item

(354.) *GENEALOGIA de los Duques de Braganza*, quod opus Auctor, antequam Lusitana hæc domus Regnum sibi vendicaret, conscripserat, typisque Olyssiponensibus publicaverat. Vidisse se illud apud *Alvarum Ferreiram de Vera* asserit *Philippus de Gandara*; qui ejus, æque ac *Ferdinandus de Saavedra*, (ψ) testimonio utitur (ω).

CCXV. DON FERDINANDUS DE ARAGON, *Alphonsi* Archi-Episcopi Cæsar Augustani filius, & Regis Catholici *Ferdinandi V.* nepos; qui postquam juvenis *Carolo V.* Imperatori inserviit, Commendatarius supremus *Alcannizensis* fuit, & mundo dein abdicans habitum Cisterciensis Ordinis induit in Regio Monasterio Divæ *Mariæ de Petra*, Abbas postea Cœno-

(σ) in MSto citato No. 58.
(τ) Historia Genealog. de la Casa de Silva Tom. II. pag. 777. & 781.
(υ) Nobiliario de Galicia Lib. II. cap. 18. pag. 222. in fine.
(φ) Biblioth. Hispan. Tom. I. pag. 280. in fine.
(χ) Genealogia de la Casa de Avellaneda, pag. §§. 4. a princ.
(ψ) Genealogia de la Casa de Saavedra fol. III. a.
(ω) Nobiliario de Galicia Lib. III. cap. 16. pag. 395. fin.

Cœnobii *Veruelæ* a prædicto Imperatore commendatus, & a Paulo III Pontif. Romano Archi Episcopus Cæsar Augustanus creatus est die 20 Martii MDXXXIX. Ecclesiæque illi ad emortualem usque diem 20. Januarii MDLXXV. præfuit, Pro-Rex simul Aragoniæ a Philippo II. Rege constitutus; Vir Historiæ & antiquitatum Patriæ callentissimus, earundemque Investigator solertissimus, ut patet ex insigni, quæ adhuc ἀνέκδοτος latet,

HISTORIA Regum Arragoniæ; itemque (355.)

HISTORIA Præsulum seu Archi- & Episcoporum Regni Aragoniæ; (356.) Egregium præterea congessit opus,

NOBILIARIO de las Casas principales de Espanna, esto es, Castilla, Aragon, Catalunna, Navarra y Biscaya. (357.) Laudant inprimis illud *Martinus Vizcai* (α) & *Joannes Franciscus Andreas de Uztarroz* (β) qui communicatum sibi a Don *Joanne Michaele de Alastury* JCto CLmo Authenticum operis istius Codicem usurpavit; & citata Regum Aragoniæ Historiæ volumina manuscripta Comitem de *Guimera* possidere fatetur. Vitam & res insigniter gestas Ferdinandi nostri exacte præ reliquis persecutus est *Didacus Josephus Dormer* (γ), qui videatur.

Fr. FERDINANDUS DEL CASTILLO Granatensis, Ordinis Sancti Dominici sodalis & Regius Philippi II. Concionator, ac Monasterii Divæ Mariæ de Atocha Prior, cujus vitam & res gestas ad annum usque MDXCIII. (cujus die IV. Kalendas Aprilis obiit) fuse persequitur Nicolaus Antonius (δ); ut mandato sibi a superioribus munere fungeretur, composuit CCXVI.

HISTORIA general de la Orden de Santo Domingo, seu Ordinis Prædicatorum Historiam universalem, cujus duo priores Tomi tantum lucem adspexerunt publicam, prior Matriti excusus 1584. in folio, posterior Pinciæ anno 1592. itidem in folio; ambo dein junctim recusi Pinciæ 1612. in folio. Hoc in elegantissimo opere sigillatim deducendum sibi duxit Castellus noster inclytum *Guzmannicum*, cui Sanctus Dominicus ortum debuit, (358.)

(α) in libro de la Nobleza de la Merindad de San Juan del pie del puerto, folio 48. & 49.

(β) in notitia auctorum in libro Coronationum Regni Aragoniæ laudatorum, & in defensa de la patria de San Lorenzo pag. 121. princ.

(γ) in Lib. Progressos de la Historia de Aragon passim.

(δ) in Biblioth. Hispan. Tom. I. pag. 283.

debuit, ſtemma, & quidem *Gundiſalvo Argote* Molina judice, ſumma cum laude. (ε)

CCXVII. FERDINANDUS CORREA DE LA CERDA, Portuenſis in Luſitania Epiſcopus, ſermone patrio conſcripſit.

(359.) *PANEGYRICO ad Senhor Dom Antonio Luis de Meneſes, Marques de Marialva;* Libellus hic Olyſſipone impreſſus anno 1674. in quarto ſtemma Meneſianum paucis adumbrat. Nobis olim eum videre contigit in Regia Pariſienſi Bibliotheca.

CCXVIII. FERDINANDUS DUQUE DE ESTRADA, Dominus Domus de *Eſtrada, Ferdinandi Duque de Eſtrada,* qui anno ætatis 18vo obiit, ex *Joanna Maria de Equino* filius, Eques Ordinis ſancti Jacobi, & a Philippo IV. Rege in honorem contracti cum Donna *Maria Ludovica* de *Yſaſi,* Joannis de Yſaſi, Regii ſtudiorum Magiſtri filia matrimonii primus Comes *Vegæ de Sella,* (quod oppidum in Aſturibus Ovetenſibus ſitum eſt) creatus die ultimo Decembris anni 1647. dicto Philippo IV. Regi anno 1622. ſupplex obtulit ſat amplum

(360.) *MEMORIAL de ſu Genealogia, y ſervicios de ſus aſcendientes por la Caſa de Duque de Eſtrada;* quæ Domus una eſt ex præcipuis in montanis Ovetenſibus degentibus. Laudat librum iſtum, qui poſſidet manuſcriptum, *Ludovicus de Salazar* & *Caſtro.* (ζ) Mortua prædicta uxore prima Ferdinandus noſter ad ſecunda tranſiit vota, duxitque Thereſiam *de Ribadeneira,* Balthaſaris primi Marchionis de *Vega de Buecillo* ſororem; ſed ex utraque conjuge ἄπαις obiit, hæredem nactus fratrem Petrum, ſecundum *Vegæ de Sella* Comitem.

CCXIX. FERDINANDUS GUNDISALVI ſeu GONSALEZ, illuſtriſſimus Caſtellæ, Laræ, Alavæ & Amayæ Comes, Heros ævi ſui (ſeculum illud poſt Chriſtum natum erat Xmum) maximus, cujus rerum fortiter geſtarum memoria celebratur peculiari & diverſo ab illo *Gundiſalvi de Arredondo* inferius ſuo loco recenſendo opere ab Anonymo Auctore conſcripto, hoc titulo inſigni:

(361.) *HISTORIA del Conde Fernan Gonſalez.* Prodiit illud Compluti anno 1584. in folio, & multa continet ad illuſtrandum antiquorum Caſtellæ Comitum ſtemma apprime facientia. Videatur *Nic. Antonius.* (η)

CCXX. FERDINANDUS MEXIA, *Roderici de Narvaez* clariſſimi urbis *Ante-*

(ε) in libro Nobleza del Andaluſia fol. 171. princ.
(ζ) in MSto citato, No. 173.
(η) Biblioth. Hiſp. veteris Tomo II. pag. 259. col. 2. in princ.

Antequeræ Præfecti ex fratre pronepos, Giennensis in Bætica Decurio, Vernacule *Veintiquatro de Jaen*, sub Henrico IV. & Ferdinando V. Catholico Castellæ Regibus floruit, scripsitque:

NOBILIARIO vero, impressum Hispali typis Petri Brum & Joannis Gentilis 1492. in folio, circiter 2, Alphabetis. In Bibliothecæ Ehrencronianæ Catalogo sic recensetur: *Nobiliario perfetamente copilado y ordenado por el honrrado Cavallero Fernan Mexia En Sevilla* 1485. fol. Ex hoc libro, (ut verbis utar *Nicolai Antonii* (θ) multa de nobilium conditione statuque & muneribus, ac nobilitatis originibus, armorumque & insignium gestamine & usu juxta mores Hispanos hauriri possunt; unde & sæpius citatur Hieronymo Gudieli. (ι) Laudat etiam *Alphonsus Vanegas* Toletanus (κ) *Ferdinandi Ariæ de Mexia* librum *de la Genealogia de Espanna*, qui num idem sit cum nostro, nos cum Antonio ignorare ultro profitemur. (362.) (363.)

FERDINANDUS NUNNESIUS de CUENCA ex Conchensi forsitan urbe oriundus, Henrici III. Castellæ Regis Archi-Sacellanus Historicum egit composita: CCXXI.

HISTORIA del Rey Don Enrique el III. de Castilla, cujus exemplar authenticum apud Carthusianos Hispalenses a multo inde tempore asservatur; unde descripta plura apographa in manibus curiosorum versantur; exstitit eorum unum in Bibliotheca Comitis Ducis Olivariensis, & sæpius Historiæ hujus in Genealogicis fide ac auctoritate nituntur Didacus Sanchez Portocarrero, & Josephus Pellicetius, unde non levis oritur suspicio, plurima inibi de nobilibus ejus ævi Viris prosapiisque contineri notatu quam maxime digna. (364.)

P. FERDINANDUS DE OJEA Auriensis Gallæcus, Ordinis Prædicatorum Sodalis scriptis æque in publicum editis ac Fabula Geographica Regni Gallæciæ recognita celebris, plura de nobilibus Hispaniæ familiis notatu dignissima immiscuit libello, aui titulum fecit. CCXXII.

HISTORIA del glorioso Apostol Sant Jago, Padron de Espanna, de su venida a ella, y de la grandeza de su Iglesia y orden militar. Matriti 1615. in octavo. Quin & (365.)

DE LA Nobleza Espannola peculiare Ojeam nostrum opus consignasse (366.)

(θ) Biblioth. Hisp. veteris Lib. X. cap. XV. §. 822. pag. 220.
(ι) in Compendio de los Girones passim.
(κ) in libro de la agonia de la muerte, puncto 6. pag. 320.

ſignaſſe memorat *Alphonſus Fernandez* (λ). Obiit Ojea menſe Auguſto MDCXV. immortuus Hiſtoriæ Regni Gallæciæ generali, quam diu, teſte *Nicolao Antonio* (μ) erat meditatus.

CCXXIII. P. FERDINANDUS PECHA e Societate Jeſu, genuinus Auctor elegantiſſimi illius operis, quod ſub *Alphonſi Nunneſii de Caſtro* Hiſtoriographi Regii nomine lucem vidit, &

(367.) *HISTORIA de la Ciudad de Guadalajara* inſcribitur. Continetur inibi Genealogiæ præcipuarum illa in urbe reſidentium familiarum nobilium, inprimis autem integrum exhibetur Ducum *del Infantado* ſtemma, cui quam plurima Hiſpanorum magnatum ſanguine & affinitate ſunt innexa. Debemus autem Auctoris notitiam clariſſimo Ludovico de Salazar & Caſtro, qui nos hæc edocuit (ν).

CCXXIV. DON FERDINANDUS PERESIUS DE AYALA, Petri Lopezii, Domini de Ayala & Supremi Regni Murciæ Adelantati ex Sanctia Barroſo filius, Vir variis negociis publicis & Legationibus ſub Petro Caſtellæ Rege inclytus, Ricus Homo, & Murciæ itidem Adelantatus, qui, poſtquam plures ex uxore, *Donna Elvira de Zavallos*, oppidi *Eſcalante* Domina liberos, interque eos primo loco celebrem *Petrum Lobezium* ſuo nobis loco laudandum genuiſſet, mundanis rebus valedicens ſodalitium elegit ordinis Prædicatorum, & monaſterium Sancti Pauli ingreſſus eſt. Scripſit (ut, cujus rei cauſa in hanc producatur ſcenam, notum reddamus)

(368.) *GENEALOGIA de la Caſa de Ayala*, ſeu de proprio ſtemmate Commentarium; Nobis eum videre quidem non contigit, ſibi tamen viſum uſurpatumque teſtatur *Don Ferdinandus Pereſius de Guzman* in egregio illo, nobis jamjam laudando opere (ξ).

CCXXV. DON FERDINANDUS PERESIUS DE GUZMAN, *Petri Suareſii de Guzman*, Domini *de Batres*, & Andaluſiæ Archi-Notarii ſeu Cancellarii ex Elvira de Ayala filius, itidem Dominus de Batres, cœptam a celeberrimis Viris, *Alvaro Garſia de Sancta Maria*, *Joanne de Mena*, *Pe-*
(369.) *tro Carrillo Albornozio* & *Lupo Barriento JOANNIS II. Caſtellæ Regis Hiſtoriæ* telam feliciter abſolvit, quod opus juſſu Caroli V. Imperatoris in publicum edidit, ac nonnullis additionibus & caſtigationibus ſupplevit Laurentius Galindez de Carvajal, Jurium Doctor & Regius Conſiliarius, Lucronii

(λ) in libro de Scriptoribus Dominicanis.
(μ) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. pag. 293.
(ν) in Manuſcripto citato, No. 84.
(ξ) in vita Petri Lopezii de Ayala.

Lucronii impressum apud Arnoldum Guilielmum de Brocar 1517. in folio, & dein Hispali apud Andream de Burgos 1543. itidem in folio. Additum in utraque editione est Historiæ huic aliud Guzmanni nostri opus Genealogico-Historicum, tali titulo ab auctore insignitum:

LAS Generaciones, semblanças o obras de los excelenter Reies de Espanna, Don Enrique el tercero y Don Juan el segundo, y de los venerables Prelados y notables Cavalleros, que en los tiempos destos Reies fueron; Hoc opus auctor ante cœptam Historiæ Joannis II. Regis telam a se conscriptum fuisse fatetur. Audiamus de eodem Ludovici nostri de Salazar & Castro aurea verba: (ο) *Este Libro de familias de Don Fernan Perez de Guzman es entre todos los de Castilla uno de los de major formacion y mas severa puntualidad.* Allatum ex Hispania a nobis operis hujus exemplar, & quidem editionis Lucroniensis, ab erudita manu congestas annotationes Genealogicas quam plurimas continet, & ob id merito inter κειμήλια sua libraria reponendum id duxit Amplissimus Vir, Dominus Christianus Reitzerus, Jurium in alma Hafniensi Universitate Professor Regiusque Justitiæ Consiliarius ac in supremo Tribunali Senator. Reliqua illustris hujus Viri scripta evolvat, qui volet, apud Nicolaum Antonium (ϖ). (370.)

DON FERDINANDUS PIZARRO ET ORELLANA, Truxiliensis, ut Nicolaus Antonius credit, Ordinis Calatravensis Eques, Professor Jurium Salmanticensis, post in Judicum Conventus Hispalensis numerum adlectus, inde in Granatensem, & mox in Regiam promotus Curiam, ubi primo Fisci Patronum, dein Senatorem ordinum Equestrum egit, postremo in Supremo Castellæ Senatu Consiliarius. Optime meritus est de Hispanis nobilibus in America detegenda, occupanda, pacanda & gubernanda bene meritis, edito insigni opere, lingua vernacula scripto, & tali conscripto titulo. CCXXVI.

VARONES ilustres del nuevo Mundo descubridores, Conquistadores, pacificadores de las Indias occidentales, sus vidas, virtud, hazannas y claros blasones, ilustradas con singulares observancias Juridicas, morales y politicas &c. Matriti 1639. in folio. Annexuit auctor editioni isti bigam libellorum ab ipso exaratornm, quorum alter inscribitur. (371.)

DISCURSO legal de la obligacion, que tienen los Reies a premiar los servicios de sus vasallos en ellos ò en sus descendientes, alter vero hoc gaudet titulo; (372.)

P 2 DIS-

(ο) in Historia Genealogica de la Casa de Lara Lib. V. fol. 293. fin.

(ϖ) in Biblioth. Hispan. veteri Lib. X. cap. 8. §. 430. seqq.

(373.) *DISCURSO Apologetico en gracia y favor de las ordenes militares*; quem Discursum *Augustinus Barbosa*, celeberrimus JCtus omnium, quos viderit in hac materia doctissimum & eloquentissimum censet (ρ) Verum ista, quæ typis prodiit, prior tantum est operis totius pars; posterior enim quæ reliquorum illustrium Hispanorum res in utraque Jndia præclare gestas exponere debebat, lucem publicam nondum adspexit. Asserit præterea alicubi ipse hic auctor se

(374) *HISTORIAM Ordinum Equestrium* a Licenciato *Francisco Caro de Torres* editam additionibus & emendationibus illustrasse, cujus tamen nil quidquam lucem vidisse credimus. Obiit *Pizarrus* noster Matriti anno MDCXL. teste Nicolao Antonio (σ)

CCXXVII. FERDINANDUS DEL PULGAR a patria opido nimirum *el Pulgar* prope Toletum sito cognominatus, Dominus *del Salar* Catholicorum Regum Ferdinandi V. & Jsabellæ Chronographus, vernaculo sermone scripsit:

(375.) *HISTORIAM Regum Catholicorum*, Cæsaraugustæ editam anno. 1557. in folio, quam latine dein vertit, suppressoque Auctoris nomine, patrisque sui *Aelii Antonii* præfixo edidit *Xanthus* seu *Sanctius Nebrissensis*. Latet & ἀνέκδοτον Pulgarii nostri,

(376.) *CHRONICA del inclito Rey Don Enrique IV.* cujus exemplar possidet *Don Gaspar Ibannaz de Segovia* Marchio de *Agropoli* & *Mondejar* infra laudandus Auctor item est Pulgarius præclari scripti, quod hoc titulo prodiit.

CLAROS Varones de Espanna; In hoc illustrium ævi sui armis literisque Virorum vitam & res gestas exposuit; Prodiit illud una cum triginta duabus varii argumenti Epistolis ab auctore exaratis sæpius im-
(377.) pressum, puta Zamoræ anno 1543. Pinciæ 1545. Antverpiæ 1632. in 8vo latino etiam idiomate versum adjectum est Petri Martyris Viri CLmi epistolis Amstelodami ab Elzeviriis nitide excusis anno 1670. in folio. Quin &

(378.) *HISTORIA de los Reies Moros de Granada*, Pulgarii nostri nomen præ se ferens Manuscripta olim asservabatur in *Adami Centurionis, Estepæ* Marchionis Bibliotheca. Nec dubitat Nicolaus Antonius (τ) adscribere etiam auctori nostro:

HISTO-

(ρ) in Memoriali suo ad Philippum IV. Regem 1640. dato fol. 43.
(σ) Biblioth. Hispan. Tom. I. pag. 295.
(τ) Biblioth. Hispan. Tom. I. pag. 295. in fine.

HISTORIA del gran Capitan; quod opus absque auctoris nomine prodiit Compluti apud Ferdinandum Ramirez anno 1584. in folio. (379.)

DON FERDINANDUS DE SAAVEDRA, *Ribadeneira, & Aquiar Pardo de Figueroa*, Dominus majoratuum *Aquiar* & *Lobera*, & palatiorum oppidorumque & districtuum de *Taboy*, cum controverti ab agnatis sibi sentiret jus ad majoratum Domus Saavedranæ aspirandi, illud vindicaturus Regi Regioque supremo Senatui obtulit operosum vastæque molis duorum in folio voluminum, & CCXXVIII

GENEALOGIA y servicios de la Casa de Saavedra in scriptum Granatæque 1674. impressum Systema; cui supplicem dein Libellum, seu (380.)

MEMORIAL el Rey Don Carlos segundo, adjecit, qui Matriti apud Julianum de Paredes anno 1679. in folio impressus solus fere octo Alphabeta (ut vocant) absolvit, & à Joanne Bannos de Velasco Chronographo Hispaniæ generali comprobatus (aut forte exaratus) fuit. Sed adeo confusum in utroque opere, si Genealogica spectemus, esse Chaos fateor, ut nec paginam Lector absque nausea queat absolvere; unde vere Salazarius (*v*) judicavit, vastum id opus pessimum esse omnium, quæ Hispania unquam in hoc scribendi genere viderit. Negandum interim non est, permulta ex manuscriptis & Archivis de omnibus fere Gallæcis nobilibus familiis minime contemnenda hauriri ex eo posse, si judicii ἀκρίβεια adhibeatur. (381.)

DON FERDINANDUS TELLEZ de FARO & SILVA, Blasii Tellesii de Meneses, primi Comitis de Lamoroz ex secunda uxore Eleonora Texeyra filius primogenitus, Eques & Commendatarius Ordinis Christi, juvenis septæ in Africa sub Patre militavit, visa dein Anglia Capitaneus Equitum contra Castellanos duxit, porro Magister Campi Generalis Belgas Brasilia ejecit, ad quos mortuo Joanne IV. Rege à Regina vidua Legatus missus, clam inde ad partes Philippi IV. Hispaniæ Regis transiit, unde omnibus in Lusitania bonis (Fisco quippe Regio addictis) exutus, à Philippo IV. titulum Comitis *Aradæ* (quæ urbs *Aveyrensi* confinis est) obtinuit. Hinc Matritum venit, &, ut Regia gratia dignum se natalium quoque splendore ostenderet, ibidem anno 1661. typis edi curavit. CCXXIX.

ARBOL Genealogico de la Varonia de Don Fernando Tellez de Faro y Silva &c. qui liber num idem sit, quem Antonio Suarez de Alarcon tributum à Salazario supra LXXXV. 137. diximus, nescire nos profitemur. (382.)

P 3 Ser-

(*v*) In MSCto citato num. 210.

Serviit dein Comes noster Hispanus in Flandria miles, ibidemque anno MDCLXX. è vita migravit. Vitam, majores posterosque ejus fusius enarrat Ludovicus de Salazar & Castro. (φ)

CCXXX. DON FERDINANDUS de TOVAR HENRRIQUEZ de CASTILLA, primus Marchio *de Valverde* (quod oppidum est Legionensis Regni) à Carolo II. Rege creatus, Eques Ordinis Calatravensis, *Sanctii de Tovar*, decimi Domini *Terræ de la Reina* ex *Agueda de Cannas & Silva* secunda uxore filius, Vir, judice Salazario, (χ) Historiæ patriæ stemmatumque nobilium apprime gnarus, plura conscripsit opuscula Genealogica, quæ in amicorum scriniis hodienum *ἀνέκδοτα* latent, ex iis sequentia possedit Salazarius noster: (ψ)

(383.) *GENEALOGIA de la Casa del Marques de Valverde*; sive Historia proprii stemmatis.

(384.) *GENEALOGIA de la Casa de Ronquillo*, quæ familia hodie Comitatibus de *Francos* & *Gramedo*, Marchionatibus item *Quintanæ Turrium*, & *Villænovæ Turrium* gaudet.

(385.) *GENEALOGIA de la Casa de Covarruvias*, ex qua Vice-Comites *Amaye* in Diœcesi Burgensi paternum stemma ducunt; Hanc Genealogiam Auctor ipse Salazario communicavit, ut hic gratus agnoscit. (ω)

(386.) *GENEALOGIA de la Casa de Orense*, quæ eundem Amayæ Vice-Comitatum hodie possidet.

(387.) *GENEALOGIA de la Casa de los Marqueses de Aquilafuente*. Marchionatus hic in Castella veteri situs stemmati *Zunnigarum* inhæret.

(388.) *GENEALOGIA de la Casa de los Marqueses de San Vicente del Barco*. Hic itidem in Castella veteri situs Marchionatus ad familiam *Vargas* spectat, & inde ad *Villaroelense* stemma, cui hodienum inest, transiit. Reliqua nostri Ferdinandi opuscula nostram hucusque fugiunt notitiam.

CCXXXI. DON FREY FERDINANDUS de VERA, Archi-Episcopus & Cuzcensis Peruvianus, sub DON FRANCISCI de la PUENTE Burgensis, Presbyteri Cuzcensis nomine Limæ, Peruviani Regni Metropoli anno 1635. in quarto edi curavit sequentis tituli libellum:

(389.) *TRATADO breve de la antiguedad del linage de Vera, y memoria de las personas Sennaladas deste apellido, que se hallan en historias y papeles.* In opuscu-

(φ) Historia Genealogica de la Casa de Silva Lib. IX. cap. 24.

(χ) Historia Genealogica de la Casa de Lara Lib. VIII. cap. 6. in fine.

(ψ) Ut ipse testatur in MSCto num. 172.

(ω) In lib. Advertencias Historicas &c. pag. 246.

pusculo hoc Auctor celeberrimæ suæ prosapiæ origines ex longissima petit antiquitate, qua fide, qua veritate, facilis est conjectura. Fefellit autem fere omnes Hispanos Genealogos *Francisci de la Puente* nomen, ut eum verum operis crediderint Auctorem, quos inter *Philippus de Gandara* (α) *Nicolaus Antonius* (β) & ipse noster *Salazarius* (γ) sed larvam ei detraxit Clarissimus *Josephus Pellicerius*. (δ)

FINGOY pagus est, vix quadrante leucæ Luco Asturum Romanis, CCXXXII.
Lugo Hispanis dicta urbe distans, à quo nomen mutuata est propago quædam nobilis illius de *Lugo* cognominatæ familiæ, quæ pagi istius longa annorum serie sibi vindicavit dominium; Habetur autem scriptus ab Anonymo auctore libellus:

GENEALOGIA de la Casa de Fingoy insignitus, cujus exemplar ma- (390.)
nuscriptum in scriniis suis asservavit *Ferdinandus de Saavedra*, & maximam ejus partem operi suo Genealogico (ε) inseruit.

FLOREZ, pervetusta per Asturias & Castellæ Regna diffusa nobi- CCXXIII.
lis familia, cui & inclyta Guzmannica stirps se, ut ex insignibus patet, innexuit. Sunt, qui ab ipsis Legionis antiquissimis Regibus, & quidem ex *Froila* primo ejus nominis Legionis Rege derivare conantur; cujus rei testem præter alios *Ocarizius* (ζ) producit Anonymum Auctorem, qui de hoc stemmate commentatus est in

GENEALOGIA de la Casa de Flores, quam manu exaratam ipse Oca- (391.)
rizius se possidere testatur.

FLORIANUS DOCAMPO, Zamorensis, *Lupi* quem *Didacus de* CCXXXIV.
Valencia Castellæ Mareschallus ex femina Lusitana, *Sanctia Garsia Docampo* genuit, filius, Vir in Historia monumentisque patriæ antiquis versatissimus, cujus rei testis est opus illud pereruditum:

CORONICA general de Espanna dictum, ab Auctore Libris V. coe- (392.)
ptum, & ab *Ambrosio Morale* majore adhuc cum laude continuatum; in quo tamen opere merito ab eruditis deploratur tum nimia *Docampi* credulitas, quæ aniles & Berosianas fabulas & figmenta veris immiscuit, testibus

(α) Nobiliario de Galicia Lib. IV. cap. 3. pag. 495. princ.
(β) Biblioth. Hispan. Tom. I. pag. 352. col. 1.
(γ) In MSCto suo num. 94.
(δ) In Bibliotheca de sus escritos fol. 153.
(ε) Memorial de la Casa de Saavedra.
(ζ) Nobiliario de nueva Granada Tom. I. pag. 351.

ſtibus *Andrea Reſendio* (η) & *Bernardo Alcorete* (θ) tum & Plagii crimen, quo famam ſuam conſperſit, *Laurentii Padillæ*, cui in Hiſtoriographi Regii munere à Carolo V. Imperatore ſurrogatus fuit, ſcriptis ἀνεκδότοις ipſi commiſſis ſua exornans. Plagii iſtius eum publicè poſtulant *Joſephus Pellicerius* (ι) & *Gabriel de Henao.* (κ) Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ. Tribuitur Docampo noſtro peramplum & inſigne opus Genealogicum:

(393.) *LIBRO de linages y armas* inſcriptum, cujus exemplar, & quidem, ut exiſtimant, propria Auctoris manu exaratum in ſcriniis Comitum de *Lemos* in *Monforte* Gallæciæ oppido aſſervatur. Meminerunt operis iſtius *Joſephus Pellicerius*, (λ) *Rodericus Mendez Silva* (μ) & *Ferdinandus de Saavedra*, (ν) qui poſtremus ſe exemplar illud antiquo charactere exaratum vidiſſe teſtatur, Docampum tamen ejus auctorem aſſerere vix audet; Quia *Gundiſalvus Argote Molina* (ξ) expreſſis notat verbis, Docampum, quamvis in Prologo Hiſtorici ſui operis de *inſignium* origine peculiarem Commentarium promiſerit, nil tamen in Genealogicis præter paterni ſui ſtemmatis Hiſtoriam abſolutum reliquiſſe. Eſt ea hoc inſignita titulo:

(394.) *GENEALOGIA del linage y Caſa de Valencia*, manuſcripta adhuc in ſcriniis latens curioſorum, ſed dicto *Argote Molinæ*, Hieronymo item *Gudieli* (ο) *Salazario* (π) & *Ferdinando de Saavedra* (ρ) aliisque dilaudata. Nihilominus tamen aſſerere audemus, nixi teſtimonio *Antonii Suareſii de Alarcon* (σ) præter Valencianum ſtemma Docampum quoque elaboraſſe:

(395.) *GENEALOGIA de la Caſa de Zevallos*, quam propria Auctoris firmatam manu aſſervat Archivum Comitum de *Valverde*. Porro & in Archivo Complutenſi exſtat Docampi noſtri Epiſtola ad Joannem Vergaram data Zamoræ die 3. Maji 1549. quam deinceps una cum Franciſci Ximenii Cardinalis Clariſſimi vita nomine Collegii Complutenſis edidit auctor

(η) Reſendius in antiquitatibus Eborenſibus.
(θ) Antiguedades de Eſpanna Lib. I. cap. 4. pag. 34.
(ι) In Bibliotheca ſuorum operum fol. 105. pag. 2.
(κ) Antiguedades de Cantabria Tom. I. in fine præfationis.
(λ) In Memorial por el marques de Ribas.
(μ) In Vida de Nunno Alonſo.
(ν) Memorial de la Caſa de Saavedra fol. 4. a. med. & fol. 26. b. princ.
(ξ) In Præfatione libri ſui nobleza del Andaluzia.
(ο) In Compendio de los Girones.
(π) In MSCto citato num. 151.
(ρ) Memorial de la Caſa de Saavedra fol. 213. b. fin.
(σ) Relaciones Genealogicas de la Caſa de Alarcon pag. 106. col. 2. fin.

ctor operis Ildephonsini; Ex ea Epistola Nicolaus Antonius (τ) conjicit, cœpisse Docampum peculiariter quoque commentari

DE REBUS Francisci Ximenii Cardinalis, imo & Ferdinandi Peresii Guzmanni & Ferdinandi Pulgaris supra laudatos libellos: (369.)

DE VIRIS illustribus Hispaniæ sibi sumsisse continuandos. (397.)

FRANCISCUS ANTONIUS FUSER, Aragonensis, Cathedralis Ecclesiæ Balbastrensis eodem in Regno Canonicus, & Hieronymi Baptistæ Lanuzæ Episcopi Vicarius, huic Patrono suo, cum fata subiisset, Panegyrin scripsit hoc titulo insignem: CCXXXV.

RELACION de la excelente y exemplar vida y dichoso transito del Illustrissimo Sennor Don Geronimo Baptista de Lanuza &c. cui pauca quidem, attamen non contemnenda de nobili *Lanuzarum* stemmate inseruit. Fusius tamen idem argumentum exsecutus est inferius nobis laudandus Hieronymus Fuser, Francisci nostri frater germanus. (398.)

FRANCISCUS BARCINONENSIS scripsit circa annum MCCCXL. cum Alphonsus IV. cognomine Pius Aragonici Regni capesseret habenas, librum quendam Historico-Genealogicum, in cujus initio hæc leguntur, lingua Catalonica: *En nom de nostre Senyor Jesu Christ &c. yo Françesch natural de Barcelona* comens a dic *tar y ordenar aquesta obro, laqual es appellada*: CCXXXVI.

LIBRE de las noblezas dels Reys &c. Explicatque in hoc opere Auctor stemmata æque ac vitas & præclara Regum Hispaniæ, Aragoniæ Cataloniæque Principum gesta a diluvio inde ad prædicti usque Alphonsi IV. ætatem. Liber adhuc est ἀνέκδοτος, ejusque Codicem authenticum in Castello de *Otuleta* repertum apud *Baniuls* Dominum de *Aner* nobilem in montanis Conflantis habitantem vidit Stephanus de Corbera, cui ejus notitiam debemus. (υ) (399.)

FRANCISCUS BRANDAON vide BERNARDUS BRITO. CCXXXVII.

DON FRANCISCUS CALDERON de VARGAS & TREJO, Roderici Calderonis, Marchionis *Septem Ecclesiarum* (quem ex summo Philippi III. Regis favore, supremoque dignitatum fastigio præcipitem adeo dedit fortuna, ut bonis omnibus exutus Matriti in foro publice fuerit capite truncatus die 21. Octobris MDCXXI.) ex *Donna Ynes* seu Agnesa *Vargas Camargo, Olivæ* Domina filius, secundus *Olivæ* in *Estremaduræ*

(τ) In Bibliotheca Hispana Tom I. pag. 302.

(υ) Catalunna ilustrada de Corbera Lib. V. cap. 13. pag. 250.

dura Comes, Dominus de *Grimaldo, la Corchuela, Siete Iglesias*, & Castelli *Almofrague*, Eques Ordinis Alcantaræ, Gubernator seu *Alcayde* urbis Sanctæ Fidei (*Santate*) in Regno Granatensi, ut & oppidi *Pinares*; Vir, *Salazario* judice (φ) in Historicis Genealogicisque Hispanis rebus versatissimus æque ac veritatis amantissimus, non solum laudato superius Placentino Historico Fr. *Alphonso Fernandez* omnia fere, quæcunque operi suo immiscuit, Genealogica monumenta è penu suo suppeditavit, sed & proprio marte elucubravit insigne de stemmate *Camargo* opus, cui titulus:

(400.) *DE LA succession de la Casa de Camargo de Plasencia*, eique immiscuit omnium fere Estremaduræ nobilium familiarum prosapias, ut merito provinciæ illius Nobiliarium audire queat; Quin & tot alia conscripsit genealogica opuscula, ut, si junctim typis ederentur, vix duobus sat crassis voluminibus contineri possint, quæ tamen cuncta ἀνέκδοτα in scriniis *Roderici* filii tertii Olivæ Comitis; ex uxore enim *Donna Catharina de Cardenas & Chaves*, *Petri Mexia de Chaves*, Ordinis Alcantaræ Equitis & Dominæ *Isabelle Arias Maldonado*, Dominæ del *Maderal* filia, duos noster Franciscus filios suscepit, Rodericum puta prædictum, tertium Olivæ Comitem XVIImum Dominum *Grimaldi, Corchuelæ, septem Ecclesiarum* &c. & *Rodericum Emanuelem Calderon* & *Lotomayor*, de quibus eorumque posteris prolixe egit Ludovicus de Salazar & Castro (χ) qui & alibi elegans Francisco nostro Elogium suspendit. (ψ)

CCXXXVIII Licentiatus FRANCISCUS CARO de TORRES Hispalensis, Ordinis Equestris Divi Jacobi Presbyter Regularis post exacta terra marique in Belgio æque ac America militis munia religiosæ vitæ genus elegit, & ad scribendam Historiam Ordinum Equestrium Hispanicorum animum appulit. Prodiit illa hoc titulo:

(401.) *HISTORIA de las Ordenes Militares de Sant-Jago Calatrava y Alcantara des de su fundacion hasta el Rey Don Phelipe II.* Matriti apud Joannem Gonsalez 1629. in folio; tribus comprehensa libris; inque Prologo operis Auctor ipse suum vitæ curriculum brevibus exposuit, simulque in fine adjecit Bullas seu Diplomata Pontificum Regumque Ordinibus illis concessas, item Don *Ferdinandi Pizarro & Orellana*, Ordinis Calatravæ Equitis & Senatus Ordinum Fisci Patroni ac Commendatarii oppidi *Veteræ* *DISCUR-*

(φ) In MSCto citato num. 62.

(χ) Historia Genealogica de la Casa de Lara Lib. XX. cap. 9. pag. 440.

(ψ) In Præfat. Historiæ Genealogicæ de la Casa de Silva.

DISCURSUM Apologeticum pro ordinibus militaribus, eorumque Juribus; (402.)
item ejusdem *Pizarci*

COMPENDIUM Vitæ Regiæ Alphonsi IX. ex Theresa Gil de Sovarosa Infantis Donnæ Sanctiæ Alphonsiæ; Plurium etiam Caro noster magnatum Hispanorum breves licet, exactas tamen operi isti immiscuit stemmatographias unde merito quendam inter Genealogos sibi locum vendicat. Porro & aliud Caro composuit opusculum Historico-Genealogicum, cujus ipse in laudatæ ordinum Historiæ præfamine meminit sub tali lemmate: (403.)

RELACION de los Servicios, que hizo à Su Mageſtad del Rey Don Phelipe II. y III. Don Alonso de Sotomayor, del habito de Sant-Jago, en los Estados de Flandes, provincias de Chile y Tierra firme &c. Matriti editum illud est anno 1620. in quarto. Cæterum id merito in Caro nostro taxat *Zapaterus* (ω) eum plurima ex *Francisco Rades*, itidem militarium ordinum Historico, suppresso ejus nomine, transscripsisse. Vitæ operumque brevem notitiam, quoad Caro nostrum, suppeditat etiam Didacus de Ortiz Zunniga. (α) (404.)

DON FRANCISCUS CARRILLO de CORDOVA, Civis Cordubensis atque Causarum Patronus, anno 1680. typis edidit stemmatum nobilium *de los Rios* & *Cabrera* historiam, seu CCXXXIX.

GENEALOGIA del Marques de las Ascalonias, Don Francisco Gutierrez de los Rios, Cabrera y Cerda. Secundus ille fuit Ascaloniarum (oppidi prope Cordubam siti, & tot tantisque majoratibus instructi, ut ditissimus fere Cordubensis Regni nobilium censeatur.) Marchio, Dominus de las Albolafias & Coscunnana. Verum liber iste nil aliud fere, quam quod ab *Andrea Morales* mutuatus fuerat Auctor, suppeditat, judice Salazario. (β) Scripsit præterea Carillus noster libellum hujus tituli: (405.)

CERTAMEN Historico por la patria del glorioso San Laurencio en oposicion à la ilustracion de Su medalla, que publico Don Joseph Pellicer; Adversarium sibi istum libellum ipse laudat Pellicerius in Bibliotheca sua (γ) ubi justum Canillo nostro elogium suspendit. (406.)

Licentiatus FRANCISCUS de CASCALES, Murcianus, & in Gymna- CCXL.

(ω) Historia de las ordenes militares pag. 379. col. 1. med.

(α) Anales de Sevilla pag. 588. col. 1.

(β) In MSCto citato, num. 149.

(γ) Fol. 190. num. 6.

Gymnaſio ibidem Grammatices & Rhetorices Profeſſor publicus, de Hiſtoria patria optime meritus eſt edito eleganti opere:

(407.) *DISCURSOS Hiſtoricos de la mui noble y mui leal Ciudad de Murcia*; cui & in fine adjecit:

(408.) *DISCURSOS de la Ciudad de Cartagena*; qui libellus prius ſeparatim prodierat Valentiæ anno 1598. in octavo. Prodiit integrum opus Murciæ anno 1621. in folio, (undecim ut vocant alphabetorum mole.) Inſeruit Auctor operi iſti Murciano in Regno degentium nobilium & ſtemmata & inſignia æri (minus quidem eleganter) inciſa, interim digno illud encomio proſequitur Alphonſus de Haro (δ) his verbis: *La Hiſtoria de Murcia ha tan doctamente eſcrito el Licenciado Franciſco de Caſcales, ſu Coroniſta, perſona nobilisſima y por ſu ingenio digno de mayores premios y pueſtos.* Aſſerit etiam Joſephus Pellicerius in Bibliotheca ſua, (ε) ſcripſiſſe Caſcalem noſtrum

(409.) *CARTAS Philologicas de variis argumentis*, quas Murciæ editas anno 1634. in quarto vidimus in B. Ottonis Sperlingii Bibliotheca. Obiit Caſcales, ſi Nicolao Antonio (ζ) fides, circa annum MDCXL.

CCXLI. F. FRANCISCUS à CRUCE ſeu DE LA CRUZ, patre Didaco Velasquez, Cive *Ucleſenſi*, atque *Caſtri novi* in Regno Neapolitano Præfecto natus Neapoli, Carmelitarum nudipedum ſodalis, ſcripſit juvenis Vitam Marchionis de *Manzera*, Magnatis Hiſpanici, hoc titulo:

(410.) *RELACION de la vida del Venerable ſierro de Dios Frey Luis de Jeſus, Religioſo Carmelita de Scalzo, en el Siglo llamado Don Enrique de Toledo, Marques de Manzera*, editam Neapoli apud Joannem Franciſcum Paci 1668. in 12mo, in eaque nonnulla de parentibus majoribusque Herois ſui attigit. Conferantur de Auctore hoc *Nicolaus Antonius* (η) & *Nicolaus Toppius*. (θ)

CCXLII. DON FRANCISCUS DAVILA & LUGO, Abulenſis ortu, natalibus autem Matritenſis, Nobilis doctiſſimus, *Chiapenſis* Americanæ Provinciæ olim Prætor præter alia nonnulla typis edita opuſcula, elucubravit etiam exactam *Lucenſis* ſtemmatis Hiſtoriam, quam ſub titulo:

(411.) *DE LA nobleza exemplificada en el linage de Lugo* meritis proſequitur lau-

(δ) Nobiliario de Eſpanna Lib. X. cap. 15. pag. 345. col. 2.
(ε) Fol. 163. pag. 1. fin.
(ζ) In Biblioth. Hiſp. lit. C.
(η) In Biblioth. Hiſpan. Tom. I. pag. 319. fin.
(θ) Bibliotheca Napoletana lit. F.

laudibus Nicolaus Antonius (ι) similiterque *Antonius Suarez Alarcon* in relationibus suis Historicis (κ) his eandem extollit verbis: *De la Casa de Lugo y de todas sus ramas tiene escrito un libro Don Francisco de Avila y Lugo con grandes noticias de la antiguedad, nobleza y casamientos de los desta familia, comprobandolo con papeles, de mucho credito y con escrituras autenticas;* Merito autem dolendum, Historiam istam *ἀνεκδότην* adhuc in scriniis delitescere curiosorum. Anno item 1649. Davila noster Marchioni de *Ribas* nuncupatum in lucem emisit libellum de stemmate Saavedrano:

ORIGEN de la gran Casa de Saavedra, quo in *Josephum Pellicerium*, qui similis argumenti opus eodem anno typis edi curaverat, sub censuram vocavit; Laudat utrumque *Salazarius* noster. (λ) Sæpius quoque *Philippus de Gandara* Gallæciæ Chronographus utitur testimonio scripti à Davila nostro Panegyrici seu (412.)

ELOGIO de Don Gaspar de Seyxas, Vasconcelo y Lugo, quod Gasparis hujus libro *Corona de Espinas de Christo Redemtor* præfixum est, & plura de ejus stemmate notatu digna suppeditat. (μ) (413.)

FR. FRANCISCUS DIAGO, Belsinensis, ex *Bibel* oppido Regni Valentiæ, Ordinis Dominicanorum Sodalis, & Cœnobii Sancto Onuphrio sacri prope Valentiam Prior, dein Barcinone in Conventu Sanctæ Catharinæ primarius Theologiæ Professor, qualificator item, ut vocant, Tribunalis Fidei Inquisitionis in eadem urbe, ut & supremus Coronæ Aragonicæ à Philippo III. constitutus Historiographus, varia historici argumenti opera publicavit, quæ inter primo nominari loco merentur elegantes: CCXLIII.

ANNALES del Reino de Valencia; quorum Tomus prior lucem vidit Valentiæ apud Petrum Patritium Mey 1613. in folio, novem Alphabetis constans, & ad Annum usque Christi 1276. pertingens; posteriorem prœlo jam paratum præmatura Auctoris mors orbi litterario invidit, quæ Diagum nostrum è vivis sustulit anno MDCXV. opus istud notitia nobilium Regni Valentini stemmatum abundat, æque ac insigne alterum Diagi nostri opus, quod inscribitur: (414.)

HISTORIA de los vitoriosissimos antiguos Condes de Barcelona, & impressum est Barcinone typis Stephani Cormellas anno 1603. in folio, opus hoc, (415.)

(ι) Biblioth. Hispan. Tom. I. pag. 336.
(κ) Lib. 4. cap. 5. pag. 368. in fine.
(λ) In MSCto citato num. 187.
(μ) In Nobiliario de Galicia pag. 308. b. in margine & pag. 558. a. fin.

hoc, (ut Nicolai Antonii (ν) utar verbis) è locupletiſſimo Regii atque Eccleſiaſtici duplicis archivorum Barcinonenſis urbis theſauro, quem immenſo eruit Auctor labore, congeſtum eſt; & tum Barcinonenſium, tum & Urgellenſium, Beſaluenſium, Ceretanorum, Ruſcinonenſium aliorumque Comitum ſtemmata & proſapiarum lineas complectitur, & ob id maximo in pretio eſt doctioribus inter Hiſpanos Genealogis. (ξ)

CCXLIV. FR. FRANCISCUS de CABRERA, ex *Antequera* ſeu Antiquaria urbe oriundus, Ordinis Sancti Auguſtini ſodalis, præter ſacras profanasque litteras, poeſinque tam latinam quam vernaculam etiam Genealogicæ rei ſtudio delectatus eſt, magnoque ſtudio plura opuſcula elucubravit, quæ inter a Nicolao Antonio (ο) enumerantur:

(416.) *STEMMATA ſive Iconiſmi familiarum Bæticæ illuſtrium, Ponciorum & Cordubarum*, item

(417.) *GENEALOGIÆ plurium privatorum Nobilium;* quæ ſingula Cives ejus domi aſſervant. Magnæ etiam molis Hiſtoricum opus Cabreræ noſtri ἀνέκδοτον in ſchedis manſit, nondum a Don Franciſco del Real & Cabrera, Auctoris ex fratre aut ſorore nepote, editum, quod inſcribitur:

(418.) *HISTORIA de la Ciudad de Antequera, ſus grandezas y antiguedades.* Mortuus eſt ipſis Calendis Octobris anni MDCXLIX. octo ſuper ſexaginta annos natus.

CCXLV. DON FRANCISCUS DIDACUS DE SAYAS RABANERA & ORTUBIA, in juventute Poeſeos cultui addictus, ac poſt ſuſceptos ex matrimonio liberos ordinatus Sacerdos, ac *Joanni Franciſco Andreæ Uztarrozio* datus a Regni Aragoniæ ſtatibus in munere ſupremi Coronæ Aragonicæ Chronographi ſucceſſor, ſimul & Regius Philippi IV. Hiſtoricus, *Hieronymi Zuritæ* immortale Annalium Aragonenſium opus ab anno MDXX. usque ad MDXXV. continuaturus Cæſarauguſtanis Petri la Naja typis anno 1666. in folio edidit.

(419.) *ANALES del Reino de Aragon*, craſſo decem Alphabetorum volumine. Exaravit quoque ulterius

(420.) *GENEALOGIA de la Caſa de Ram*, qui libellus anno 1664. typis exſcriptus ſuccincte & nervoſe, judice Salazario (ϖ) exaratus eſt. Ex illuſtri illo *Ramorum* ſtemmate Philippus IV. Rex Don *Vincentium Ram*, Domi-

(ν) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. pag. 320. col. 2.
(ξ) In MSCto citato num. 26
(ο) In Biblioth. Hiſp. Tom. I. pag. 314. col. 2.
(π) In MSCto citato num. 161.

Dominum oppidi Aragonici *Montoro* dicti, Majoricæ Pro-Regem & Regni Aragoniæ Consiliarium creavit primum Montis Tauri seu *de Montoro* Comitem, cujus ex uxore Donna *Victoria Ram de Montoro* filia unica *Magdalena* nubsit *Don Laurentio Martinez de Marzilla,* Ordinis Calatravæ Equiti & Majoricæ itidem Pro-Regi, ejusque superstes hodie filius *Don Isidorus* tertius est Montauri Comes & Ordinis Calatravensis Eques.

DON FRANCISCUS EMANUEL DE LA MOTA ET SARMIENTO, Dominus oppidorum *Quel* & *Ordoriz* in *Rioja* provincia sitorum, Ordinis Calatravensis Eques, cum Titulum illustrem ambiret, Regi Carolo II. obtulit typis impressum libellum supplicem, seu CCXLVI.

MEMORIAL de la Casa y servicios de Don Francisco Manuel de la Mota y Sarmiento &c. cujus libelli verum auctorem nos æque ac *Salazarius* (ρ) ignoramus. Ortum traxit Franciscus noster a *Pedro Diaz de la Mota* Decurione Burgensi, filio Didaci de Bernuy, Marescalli Alcalensis, & domini de Benamegi, itidem Burgensis Decurionis, cui uxor *Isabella Orense de la Mota* dominium prædictorum *Quel* & *Ordoriz* attulit. (421.)

FRANCISCUS ESCRIVA, Hieronymi Escrivæ de Romani & Angelæ Zapatæ, feminæ tam virtutibus quam literarum studiis inclytæ filius, patria Valentinus, Theologiæ Doctor creatus Compluti, & Metropolitanæ Valentinæ Ecclesiæ Canonicus, unde anno ætatis quadragesimo Seculo valedicens Jesuitarum Ordinem ingressus apud Archi-Episcopum Valentinum, Joannem de Ribera, vixit cui a confessionibus fuit, secretorumque ejus conscius ipse vitam ejusdem & res gestas peculiari volumine testis αὐτόπτης perscripsit, qui liber Valentiæ apud Patricium Mey impressus fuit anno 1612. in quarto, sub tali titulo: CCXLVII.

VIDA de Don Juan de Ribera, Patriarca de Antiochia y Arzobispo de Valentia; inseruitque Escriva illic non pauca de stemmate majoribusque herois sui. (422.)

FRANCISCUS FELIX DE CANALES, Talavera ex oppido Regni Toletani oriundus, Servitarum Monachorum Ordinis sodalis in Conventu urbis Barcinonensis, præter opuscula nonnulla Theologica, quæ typis exarata recenset *Nicolaus Antonius* (σ) etiam commentatus est. CCXLVIII.

DE LA nobleza Espannola, quod opus num ab auctore fuerit absolutum (423.)

(ρ) in MSto citato No. 232.
(σ) in Biblioth. Hispan. Tom. I. pag. 324. a. fin.

CCXLIX. lutum typiſve editum nos cum Nicolao Antonio ignorare lubentes profitemur.

DON FRANCISCUS FERNANDEZ DE CORDOVA, filius Ludovici Prætoris Regii Toletani, ex illuſtriſſimo *Cabræ* Comitum ſtemmate oriundi (quem, quod filium unicum ob necem in Toletano equite ſingulari certamine patratam morti addixerit, quem tamen Philippus II. Rex, ſævitiam averſatus parentis, ſupplicio eripuit, *Barbarum* ſua cognominavit ætas) juvenis adhuc cum Romæ inter Regii Legati Ducis *Sueſſani* cognatione ſibi propinqui domeſticos hæreret, portionem in Cordubenſi Eccleſia obtinuit, ſucceſſor deinde admiſſus *Don Ferdinandi* de *Cordova*, in Abbatia *Rutenſi*, diviſis cum eo fructibus, eo munere ornatus usque ad obitum vixit. Scripſit is egregium multaque rei Hiſtoricæ ac Genealogicæ notitia refertum opus, quod adhuc in ſcriniis verſatur curioſorum, &

(424.) *HISTORIA Genealogica del linage de Cordova* inſignitur. Exemplar ejus olim aſſervabatur in inſtructiſſima *Don Adami Centurionis Eſtepæ* Marchionis Bibliotheca, ubi id vidit *Nicol. Antonius* (τ). Aliud item uſurpavit *Philippus de Gandara* (υ), quod etſi Auctoris nomen præſe non ferebat, eidem tamen deberi haud levi ductus conjectura aſſeruit; aliud item poſſedit *Ludovicus de Salazar & Caſtro*, qui in eleganti ſuo *Advertencias Hiſtoricas* inſcripto opere illud ſæpius citavit, auctoremque inibi (φ) ſalutat *Varon de ſingular dotrina* alibi quoque (χ) aſſerens, opus iſtud omnium, quæ in eo genere ſcripta ſunt in Hiſpania, eſſe optimum, id tantummodo dolens, quod primus operis iſtius liber, in quo de antiquitatibus urbis Cordubenſis egit auctor, ac de ejusdem expugnatione, perierit, & quod imperfectum reliquerit Auctor librum ultimum, qui de Comitibus Alcaudenenſibus eorumque proſapia tractat. Debito etiam Franciſcum noſtrum encomio veneratur Didacus Joſephus Dormer (ψ) qui videatur.

CCL. DON FRANCISCUS FOLCH DE CARDONA, Aragoniæ Regni Admiralis, vulgo *Almirante*, quintusque Marchio de Guadaleſte, Philippi IVti Marchionis filius, & Iſidori Thomæ, ultimi ſuæ ſtirpis maſculi, qui

(τ) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. pag. 324. in fine.
(υ) Nobiliario de Galicia Lib. 3. cap. 16. pag. 397. in fine.
(φ) pag. 119. No. 112.
(χ) in MSto citato No. 40.
(ψ) Progreſſos de la Hiſtoria de Aragon. pag. 333. No. 24.

quo anno MDCIC. obiit, avus, obtulit Philippo IV. Regi typis impressum

MEMORIAL sobre la Grandeza, que siempre pretendio la Casa de Guadaleste. Continet iste liber integram Dominorum de *Guadaleste* Historiam, sæpiusque Genealogis non sine laude citatur. Videantur *Josephus Torner* (ω) & *Ludovicus de Salazar & Castro* (α) (425.)

FRANCISCUS FREIRE, ex oppido Lusitaniæ *Estremoz* oriundus Jesuitarum Sodalis, primo per biennium humaniorum literarum Professor, deinde Romæ, quo vocatus ivit, moderandis in Germanico Sancti Apollinaris Collegio studiis, explicandisque fidei controversiis præfuit. Hinc in patriam redux Eboræ Philosophiam, posteaque Theologiam explanavit, & præter plura tum sacra tum profana, quæ elucubravit, scripta, ab Alegambio in Bibliotheca Societatis Jesu recensentur nonnulla, quæ ad illustrandum Hispaniæ æque ac Lusitaniæ Regum, domusque Austriacæ stemmata conducunt; taliter vero illa insignivit Alegambe: CCLI.

DE Symbolis Heroum Libri V. multiplici eruditione illustres. (426.)

De rebus gestis Sanctæ Elisabethæ Portugalliæ Reginæ Libri 2. Latine & Lusitanice, sub nomine tamen *Blasii de Pinha Freire* fratris sui editi. (427.)

DE excellenti magnitudine Imperii Austriaci. (428.)

FRANCISCUS DE GUZMAN non alio nobis nomine notus, quam quod a *Josepho Pellicerio* alicubi (β) inter Nobiliariorum Scriptores seu Genealogos referatur. Num illud forsan ab eo nostri indigitetur opus, quod in Genealogicis laudat *Ferdinandus de Saavedra* (γ) hoc titulo; CCLII.

RECAPILACION de la honrra y gloria mundana por el Capitan Francisco de Guzman, nobis non licet definire. Meminit & nostri dubius de illo Nicolaus Antonius (δ) qui eidemne an alii adscribendum sit opusculum. (429.)

DE ilustres mugeres, æque se ignorare fatetur. (430.)

DON FRANCISCUS DE HERRERA MALDONATUS, ex *Oropesa*, oppido in Abulensi Diœcesi sito & Comitatu domus Toletanæ claro, oriundus, Commendæ, ut vocant, *de Villela* ordinis Equestris Sancti Joannis CCLIII.

(ω) Torner in Grandeza de la Casa de los Vizcondes de Rocaberti pag. 49. b. med.
(α) Advertencias Historicas pag. 330. pr. & in MSto citato No. 230.
(β) Memorial del Conde de Miranda fol. 10. b. §. 3.
(γ) Memorial de la Casa de Saavedra fol. 4. a.
(δ) Biblioth. Hispan. Tom. I. pag. 329. in fine.

Joannis Hierosolymitani Prior, & Regiæ Ecclesiæ *de Arbas* Canonicus, laudem, ut verbis utar Nicolai Antonii (ε), quæ ex Historicis rebus candide pertractatis idoneum scriptorem consequitur, maxime ambivit tum in Historia sua Chinensi, Matriti edita 1620. in Octavo, tum & in huc spectante.

(431.) *DISCURSO Panegyrico y decendencia de los Toledos* de Castilla, qui liber una cum Bartholomæi de Molina supra (CVI. 169.) laudato libello Hispanico de vita & rebus gestis *Joannis Garsiæ Alvarez de Toledo*, quinti Comitis Oropesani, prodiit Matriti anno 1622. in quarto. Monet & in isto opusculo Auctor, se alium adhuc elaborasse libellum Genealogicum, inscriptum

(432.) *RELACION de los Casamientos del Sexto Conde de Oropesa Don Fernan Alvarez de Toledo;* qui num publicam viderit lucem, nos æque ac Antonius ignoramus.

CCLIV. DON FRANCISCUS DE LEON, Præfectus annonæ (seu, ut vernaculo sonat Idiomate *Commendador de los bastimentos del Campo de Montiel*) composuit circa finem Sæculi decimi quinti, ut ex dedicatoria auctoris ad Alphonsum de Cardenas, Ordinis Equestris divi Jacobi illo ævo Magistrum Epistola liquet, egregium opus

(433.) *RELACION de la Orden de Sant Jago* inscriptum. Ineditum opus istud latet in Archivo istius Ordinis Uclesensi, & sæpissime usu venit Genealogis Hispanis, ut testantur *Didacus de la Mota* (ζ) *Ludovicus de Salazar & Castro* (η) *Josephus Pellicerius* (θ) *& Nicolaus Antonius* (ι).

CCLV. DON FRANCISCUS DE LLAMAS ET AGUILAR, SS. Theologiæ Licentiatus, Marchionum *Priegensium* Sacellanus, Parochus beneficiarius & ædis Parochialis Sancti Jacobi *Montillæ* oppidi Rector, conscripsit anno MDCLXVII.

(434.) *ARBOL Genealogico de la Casa de Priego y sus elogios.* Authenticum operis hujus exemplar exstat in Archivo Marchionis de *Valenzuela*, & apographum inde obtinuit *Don Ferdinandus de Saavedra*, qui & asserit (κ) Auctorem hunc omnes Genealogos magno cum studio evolvisse, & authen-

(ε) Biblioth. Hispan. Tom. I. pag. 331. princ.
(ζ) in lib. del principio de la Orden de Sant-Jago Lib. III. cap. 2. pag. 325.
(η) Advertencias Historicas pag. 272. No. 207.
(θ) Informe de los Sarmientos fol. 13.
(ι) Biblioth. Hispan veteris Lib. X. cap. 15. §. 823.
(κ) Memorial de la Casa de Saavedra fol. 124. in fine.

authentica inclyti iſtius ſtemmatis documenta perluſtraſſe, unde opus hoc multo perfectius exactiusque illo *JoſephiPellicerii* cenſet, quippe poſt quem tractandum id argumentum ſibi ſumſerat auctor.

Fr. FRANCISCUS MACEDO Conimbricenſis Luſitanus, Ordinis CCLVI. Jeſuitarum primo, dein Franciſcanorum ſub Fr. Franciſci a Sancto Auguſtino nomine ſodalis, immiſcuit ſe turbis ob Luſitaniæ novum regimen circa annum MDCXL. ortis, & in gratiam Joannis Bragantiæ Ducis calamum arripuit, & in Gallia, ubi tunc hærebat, plura pro ſtabiliendo ejus in Luſitaniam jure, publicis typis promulgavit, quæ inter Regium Luſitanicum ſtemma adprime illuſtrat

Jus ſuccedendi in Luſitaniæ Regnum Dominæ Catharinæ, Regis Emanuelis ex Eduardo filio neptis, Doctorum ſub Henrico Rege Luſitaniæ ultimo Conimbricenſium ſententiis confirmatum, nunc ab auctore Anonymo latinitate donatum; addita Appendice de actu poſſidendi & jure poſtliminii Joannis IV. Regis Pariſiis apud Sebaſtianum Cramoiſy anno 1641. in quarto; quod totum ex Macedonis noſtri penu prodiit, qui illud *Joanni Armandi de Richelieu* Cardinali nuncupavit. Porro & Hiſpanico idiomate in lucem emiſit Macedo noſter. (435.)

LA VIDA de Don Luis de Ataide, Virrey de la India. qui liber Matriti anno 1629. in quarto editus nonnulli de nobili inter Luſitanos *Ataidarum* ſtemmate comprehendit; Tandem & Macedoni noſtro debetur (436.)

Domus Sadica; ſive Hiſtoria Genealogica nobilis inter Luſitanos ſtemmatis *de Saa*; quæ Londini anno 1654. ſeu, ut Nicolaus Antonius (λ) vult, Lugduni anno 1653. in folio prodiit; apud quem, ut & CLmum (μ) Morhofium reliqua Macedonis ſcripta evolvat, qui volet. In vivis adhuc fuit Romæ Theologus Cenſor Sancti Officii Inquiſitionis fidei & Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ in Gymnaſio ſapientiæ Profeſſor anno 1670; indeque Patavium ad Profeſſionem Theologicam eodem anno evocatus ſeptuagenario major, ut, qui hominem novit, *Nicolaus Antonius* teſtatur. (437.)

FRANCISCUS DE MEDINA DE MENDOZA, Guadalaxarenſis, CCLVII. nobilis Hiſpanicarum Hiſtoriarum callentiſſimus, ut verbis utar Nicolai Antonii (ν) miræ quidem memoriæ; quæ orbitatem oculorum olim

(λ) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. pag. 337.
(μ) in Polyhiſtore pag. 269. ſeqq.
(ν) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. pag. 340.

contractam supplevit insigniter; Inservit Ducibus *Infantati*, & Comitis *Saldaniæ* rogatu scripsit

(438.) *SUMMA de la vida de Don Pedro Gonzalez de Mendoza, Arcobispo de Toledo, y Patriarca de Alexandria.* Fuit Cardinalis iste Marchionum *del Cenete* & Principum de *Melito* communis Parens & origo, unde in hac ejus vita plurima habentur de inclyto *Mendozarum* stemmate notatu digna, quibus fideliter usus est Petrus Salazarius de Mendoza in similis argumenti opere inferius laudando. Rarissimus cæteroquin est hic Medinæ nostri liber, & nec ipsi Ludovico de Salazar & Castro (ξ) unquam integer visus; In Olivariensis Ducis Comitis Bibliotheca eum exstitisse auctor nobis est *Nicolaus Antonius*, qui male nostrum ac cognomine Auctore, quem elegans opus, inscriptum

(439.) *ANNALES de la Ciudad de Guadalajara*, elaborasse refert, distinguit, cum unus idemque plane utriusque operis sit Auctor. Merito Medinam quoque elogio mactat *Ambrosius Morales* (ο) qui eo familiarissime usus est. Qua autem de causa *Thomas Tamajus de Vargas* in notis ad *Luitprandum* (π) Medina nostrum Annalium Guadalajarensium conditorem inficietur, Moralisque auctoritati refragetur, certe non video.

CCLVIII. DON FRANCISCUS DE MEDINA NUNCIBAY, de quo altum silent Nicolaus Antonius & Salazarius noster, scripsit de Nobili stemmate Portugalico librum, seu

(440.) *TRATADO de los Cavalleros Portugales.* Asservatur ille manu exaratus in Scriniis Don Francisci *Tello de Portugal*, Ordinis Alcantaræ Equitis, & præsidii Hispalensis Excubiarum Præfecti, vernacule sonat *Maestre de Campo.* Laudatur autem *Didaco Ortiz de Zunniga* Annalium Hispalensium scriptori (ρ) ob illustrium familiarum *Medina, Tello* aliarumque, quæ Hispali sedem fixerunt, exactam enumerationem.

CCLIX. FRANCISCUS DE MENDIETA ex Comitatu Ayalensi Guipuscoanæ provinciæ oriundus compilavit opus, quod imperfectum in schedis mansit & inscribitur

(441.) *ERRARIO de la Hidalguia y Nobleza Espannola, y plaza de armas de Vizcaya;* in quo Biscainas, Guipuscoanasque familias nobiles recensuit. Laudat opus, qui vidit, P. Gabriel de Henao (σ).

DON

(ξ) in MSto citato No. 17.
(ο) in lib. Discurso de las antiquedades fol. 26.
(ϖ) pag. 142. med.
(ϱ) Anales de Sevilla ad A. C. 1647. §. 3. pag. 707. col. 1. m.
(σ) in principio operis sui Averiquaciones de las Antiquedades de Cantabria.

DON FRANCISCUS DE MENDOZA, Marchio de Guadaleste, & Aragonicæ Coronæ Admiralis, vulgo *Almirante*, Ordinis Calatravensis Eques, & oppidi *Valdepennas* dicti Commendatarius, Eneci Lopesii de Mendoza, M. Marchionis de Mondejar, & quanti *Tendillæ* Comitis ex Maria de Mendoza, quarti Ducis Infantati filia filius, Vir sago togaque inclytus, quippe a Philippo II. Rege anno 1593. una cum aliis Magnatibus ad Mauros Hispania ejiciendos delegatus, Alberti dein Austriaci Belgarum Gubernatoris Archi-Oeconomus, seu *Mayordomo Mayor*, atque Dux bellicus, ad Rudolphum item II. Rom. Imp. Galliæque & Poloniæ Reges Legatus, post fata tandem adversa mortemque Conjugis Mariæ Ruiz Colon de Cardona, Ducissæ de *Veraguas* Ordini sacro initiatus, Seguntinæque Ecclesiæ a Philippo IV. præfectus est, eo, quo Matriti obiit, tempore, die nimirum primo Martii MDCXXIII. ut prolixius videre est in biographis Francisci nostri, Balthasare Porenno, (τ) Aegidio Gonsalez Davila (υ) Alphonso Lopez de Haro (φ) atque Nicolao Antonio (χ). Scripsit eximius hic Vir CCLX.

Relationem Legationis suæ ad Cæsaream Majestatem ad Archiduces Austriæ & Regem Poloniæ Bruxellis 1598. editam; & in Hispanum dein versam sermonem; item (442.)

GENEALOGIAM Deiparæ Virginis Mariæ, quam summis efferunt laudibus Gaspar Sanctius Jesuita (ψ) Alphonsusque Lopez de Haro (ω), qui posterior & una cum Gundisalvo Argote Molina (α) asserit, elaborasse Mendozam nostrum peculiare & egregium opus, inscriptum: (443.)

HISTORIA de la Casas ilustres y linages nobles de España; in quo, præsertim quoad stemma Mendozinum singulari elegantia & exactitudine reliquos omnes Genealogos longe superaverit. Versatur id opus manuscriptum in curiosorum scriniis. (444.)

DON FRANCISCUS DE MENDOZA ET BOBADILLA, Didaci Hurtado de Mendoza, & Elisabethæ de Bobadilla, Comitum de *Cannete* filius, Cordubæ, seu ut aliis placet, & rectius, Conchæ (vulgo *Cuenca*) natus CCLXI.

(τ) in Historia de la Santa Liberata.
(υ) in Theatro Ecclesiastico de Siguenza.
(φ) Nobiliario de Espanna Lib. V. cap. 5. pag. 371.
(χ) Biblioth. Hispan. Tom. I. pag. 341. col. 1
(ψ) in Epist. Dedicatoria Commentarii sui in Acta Apostolorum.
(ω) in Præfat. Nobiliarii sui.
(α) in Præfat. operis sui Nobleza de Andelusia.

natus anno MDVIII. juvenis Compluti & poſt Salmanticæ literas humaniores Jurisque ſcientiam edoctus, hujus ibidem Doctor & Græcæ Linguæ Profeſſor 20mo ætatis anno evaſit, hinc Toletanæ Eccleſiæ Archidiaconus, *Coriæ* inde & poſt Burgenſis Epiſcopus anno MDL. ac à Paulo III. Pontif. Rom. anno MDXLIV. creatus primum tituli St. Mariæ de Ara Celi, & porro tituli St. Joannis ante portam Latinam Cardinalis, tandemque Valentinus electus Archi-Epiſcopus, eo tendens in itinere obiit in oppido *Arcos* Diœceſeos Burgenſis die Imo Decembr. MDLXVI. ſepultus in tumulis avitis ædis Cathedralis Conchenſis, ut prolixe edocemur a biographis illuſtris hujus Viri, *Joanne Paulo Martirrizo* (β) *Didacio Joſepho Dormero* (γ) *Aegidio Gonſalez Davila* (δ) & *Nicolao Antonio* (ε) Vir fuit non ſolum ipſe inſigni eruditione conſpicuus, & ob id Joanni Vaſæo (ζ) Martino Navarro (η) aliisque Cl. mis Hiſpanis dilaudatus, ſed & Literatorum fautor egregius; Certe ejus auſpiciis & expenſis præclarum ſuum Hiſpaniæ Nobiliarium contexuit infra laudandus *Hieronymus Aponte*; Ipſe etiam inſigne illud & venerandæ antiquitatis Nobiliarium *Petri de Portugal* Comitis de *Bracelos* ex manuſcriptis Codicibus fideliter exſcribi curavit, & *ſuo* locupletavit *auctario*, quod tamen Gundiſalvi Argote Molinæ palato vix arridere videtur (θ).

(445.) Porro & proprio Marte, quanquam dicti *Apontii* opera adjutus, genealogias Hiſpaniæ Magnatum, ſeu

(446.) *NOBILIARIO de los Grandes y Titulos de Eſpanna* contexuit, cujus apographum ex Codice Bibliothecæ Corteſianæ ab illuſtri Ehrencronio p. m. coemto in meis aſſervo ſcriniis. Magni id opus à *Gundiſalvo Argote Molina*, (ι) *Alphonſo Lopez de Haro* (κ) *Joañne Paulo Martirizo*, (λ) & *Ludovico de Salazar* & *Caſtro* (μ) æſtimatur ob elegantem methodum, & infucatam, quæ inibi regnat, veritatem. Sed & hoc memoratu dignum eſt, Cardi-

(β) Hiſtoria de Cuenca pag. 301. ſeqq.
(γ) Progreſos de la Hiſtoria de Aragon fol. 85. ſeq. fol. 322. & fol. 324.
(δ) Theatro Eccleſiaſtico, in ſerie Epiſcopor. Burgens.
(ε) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. pag. 341.
(ζ) in Chronico Hiſpaniæ cap. 21.
(η) in Relectione ad capit. Novit. de Judiciis, No. 102.
(θ) in Præf. Nobleza del Andaluſia.
(ι) in Præf. libri jam citati.
(κ) in Præf ſui Nobiliarii.
(λ) in Hiſtoria de Cuenca pag. 302.
(μ) in MSto No. 7.

Cardinalem nostrum, ut Magnatum quorundam sibi infensorum, deque præclara & legitima ipsius nativitate sinistre judicantium retunderet calumnias, Philippo II. Regi obtulisse libellum, sic in fronte notatum:

DISCURSO de algunos linajes, que el Cardinal Don Francisco de Mendoza y Bobadilla dicen que dio en su mano al Rey Don Phelipe segundo &c. in hoc sex plagularum libello plurima eaque præcipua sanguine & dignitate inter Hispanos stemmata Judaico, Mauritanico & plebejo sanguine infecta & fœdata deferuntur; ejusque apographum ex Hispania allatum asservo. Sunt tamen plurimi, imo fere omnes Hispani Genealogi, qui non solum opusculo huic omnem derogare fidem annituntur, sed & Cardinali nostro, tanquam indignum, tribui debere ejus compositionem, omnibus viribus inficiantur. Meminit ejusdem Nicolaus Antonius, & verbis duriusculis nostro id exprobrat. (*v*) (447.) 448.)

DON FRANCISCUS de MONCADA, Gastonis, II. *Aytonæ* Marchionis, Siciliæ Aragoniæque Pro-Regis ac ad Paulum V. Pont. Rom. Legati filius, tertius Marchio *Aytonæ*, Comes *Ossonæ*, Dominus Baroniarum de *Oz*, *Aljufarrin*, *Callosa* & *Tarbena*, Magnus Senescallus, ut & magnus Rationarius Cataloniæ, Legatus Regius ad Ferdinandum II. Imperatorem, ac Isabellæ Austriacæ Belgarum Principis supremus Majordomus seu Oeconomus, eaque mortua Belgii Gubernator, & armorum summus præfectus, Vir sago togaque inclytus, inprimis autem Historiæ patriæ reique Genealogicæ amantissimus, quod relicta ab ipso ingenii monumenta abunde testantur quæ inter spectant: CCLXII.

EXPEDICION de Catalanes y Aragoneses contra Turcos y Griegos; qui liber Barcinone prodiit apud Laurentium Deu anno 1623. in quarto, duorum Alphabetorum mole, & ab Auctore nuncupatus est patruo suo *Don Joanni de Moncada*, *Tarraconensium* Archi-Episcopo, & plurimorum Catalanorum æque ac Aragonensium nobilium vitas & res terra marique præclare gestas complectitur; Præterea, cum adhuc vivo parente Ossonæ Comes indigitaretur, magno studio collegit (449.)

GENEALOGIAM Domus suæ Moncadensis quem ab Auctore sibi transmissam Historiæ suæ Comitum Benearnensium in fine adjecit Illustrissimus quondam Catalanorum Pro-Rex & Archi-Episcopus Parisiensis, *Petrus de Marca*. Laudat eam, ut succincte, clare, magnoque cum veritatis studio scriptam Fr. *Josephus Gomesius de Porres*. (*ξ*) Obiit Moncada in oppido (450.)

(*v*) in Biblioth. Hispan. Tom. I. pag. 342. col. 1.

(*ξ*) In additionibus ad Corberæ Cataluuna ilustrada pag. 434. m.

pido Ducatus Cliviæ *Goch* dicto die 10. Augusti MDCXXXV. De eo fusius egerunt *Thomas Tamajus de Vargas* in laudanda infra Marchionum *Aytonæ* Genealogia (ο) & Nicolaus Antonius. (ϖ)

CCLXIII. Fr. FRANCISCUS de MONTE ALVERNIA, ex nobili familia Lusitanica de *Barros* cognominata prognatus, cum Inquisitoris Apostolici in patria fungeretur munere, ad strictiorem vitæ normam vocatus, Ordini Seraphico seu Franciscanorum dedit nomen, vixitque in eo magna cum pietatis fama, ac præter alia tum latino tum vernaculo idiomate exarata opuscula, quorum tamen nil lucem publicam vidit, etiam

(451.) *DA NOBREZA de Portugal*, seu Nobilibus Lusitaniæ familiis Commentarium reliquit, ut videre est apud *Nicolaum Antonium.* (ϱ)

CCLXIV. DON FRANCISCUS MORENO PORCEL, Antonii Moreno, Regii navigationis Indicæ in Domo Commerciorum Hispalensi Cosmographi, scriptis in lucem editis celebris filius, Hispalinatus, latinitatis & mathematicarum artium peritia & ipse haud leviter tinctus, eleganter scripsit vitam, stemma & res gestas *Emanuelis Fariæ do Sousa*, clarissimi apud Lusitanos Historici Genealogique, edito hujus lemmatis libello:

(452.) *RETRATO de Manuel de Faria y Sousa Cavallero del Orden militar de Christo.* Matriti anno 1652. in quarto. Conferantur de Auctore æque ac opere isto *Didacus Ortiz de Zunniga* (σ) & *Nicolaus Antonius.* (τ)

CCLXV. DON FRANCISCUS MOROBELLI de PUEBLA, itidem Hispalensis, Vir (ut Nicolai Antonii utar verbis) eruditus & ingeniosus, præcipue Historicæ rei gnarus, & stemmatum patriæ nobilium sedulus scrutator, præter alia ingenii monumenta typis impressa etiam de proprio stemmate libellum:

(453.) *GENEALOGIA de la familia de Morobelli ilustre en la Republica de Luca,* inscriptum absolvit; quem tamen prælo jam maturum, censurisque & imprimendi licentiis ordinariis munitum luci publicæ interveniens, credo, Auctoris mors, orbique litterario invidit. Possedit Auctoris autographum Don Ferdinandus de la Sal, Senator, vernacule *Veintiquatro* Hispalensis. Est & in scriniis meis allata ex Hispania, & à *Ludovico Salazario de Castro* peramice communicata Epistola Morbelli nostri, inscripta:

CAR-

(ο) Memorial del Marques de Aytona fol. 13.
(ϖ) Biblioth. Hispan. Tom I. pag. 343. col. 1.
(ϱ) Biblioth. Hispanæ Tom I. pag. 343. col. 2.
(σ) Anales de la Ciudad de Sevilla pag. 588. col. 1.
(τ) Biblioth. Hispan. Tom. I. pag. 344. col. 1.

CARTA que escrivio Don Francisco Morbelli de Puebla à Don Alonso Lopez de Haro, donde le advierte algunos yerros de su Nobiliario, data Hispali die 20. Augusti anni MDCXXII. in qua Auctor noster Nobiliarium *Hari* Hispanicum salse, &interdum justo acrius perstringit, multos tamen, quibus illud scatet, errores haud infeliciter detegit. Meminit & Epistolæ hujus debita cum laude prædictus *Salazarius.* (υ) Cæterum plura circa Morbellum nostrum, ejus puta vitam, encomium & scripta attigerunt *Didacus Ortiz de Zunniga* (φ) & *Antonius* noster (χ) in cujus supplementum & hoc duximus addendum, Morbellum super libello illo, in quo patronatum Sanctæ Theresiæ non sine aliquo Divi Jacobi, unici Hispaniæ patroni præjudicio contra Don *Franciscum de Quevedo Villegas,* (nomen orbi litterario dudum notissimum) & Don *Franciscum de Melgar* Canonicum Hispalensem sibi sumsit defendendum, nactum esse adversarium quendam, qui ἀνονύμως: (454.)

ADVERTENCIAS al Memorial de Don Francisco Morbelli contra el de Quevedo, que defiende à Sant-Jago, edidit Malagæ anno 1628. in quarto. Obiit tandem Morbellus Matriti decrepitæ fere ætatis senex an. MDCLVII. non, ut Antonius scripsit, ante annum MDCL. (455.)

DON FRANCISCUS MOSQUERA de BARRIONUEVO ex urbe *Soria,* quam inclytæ Romanorum Numantiæ successisse plures contendunt, oriundus, auctor vulgo habetur operis CCLXVI.

LA NUMANTINA inscripti, in cujus Libris XV. insignia Civium istius urbis gesta prosa vorsaque oratione decantantur & simul nobilium urbis territoriique istius familiarum historia recensetur. Prodiit illud scholiis ab auctore illustratum Hispali apud Ludovicum de Estupinna 1612. in quarto, quatuor Alphabetorum mole. Verus tamen operis hujus auctor quis fuerit, inferius patebit, ubi ad *Michaelem Martelum* fuerit perventum. (456.)

DON FRANCISCUS MURCIA de la LLANA, Professor Philosophiæ Complutensis, & Theologicæ ibidem Facultatis Assessor, præter cursum integrum Philosophicum aliaque erudita opuscula tam latino quam patrio idiomate in lucem emissa, etiam publici juris fecit: CCLXVII.

CONCIONES lugubres à la muerte de Don Christoval de Onnate, Teniente (457.)

(υ) Advertencias Historicas pag. 129. num. 122. & in MSCto citato, num. 150.
(φ) Anales de Sevilla pag. 588. col. 2.
(χ) Biblioth. Hispan. Tom. I. pag. 344. col. I.

niente de Governador y Capitan general de las conquiſtas del nuevo Mexico. Matriti 1622. in quarto; in quibus, (nobis equidem non viſis) nonnulla de inclyto ſtemmate *Onnatenſi* haberi facile perſuaſi ſumus. Meminit auctoris operisque *Nicolaus Antonius.* (ψ)

CCLXVIII. DON FRANCISCUS de OCAMPO, Sodalis primum in Bononienſi Collegio Sancti Clementis, Judex inde in Curia Vicariæ Neapolitana, & in urbe Neapoli Sanctæ Claræ Senator, in vernaculum ex Latino ſermonem tranſtulit laudandi inferius Joannis Geneſii de Sepulveda librum:

(458.) *HISTORIA del Cardenal Don Gil de Albornoz*, Bononiæ anno 1612. editum, in quo de Albornoziorum ſtemmate majoribusque herois iſtius nonnulla notavit.

CCLXIX. FRANCISCUS ORTIZ de MEDINA ROSAS, Civis urbis *Xerez de la Frontera* in Bætica ſitæ, ſcripſit de inclyto ea in urbe degente Villavicentiorum ſtemmate librum:

(459.) *GENEALOGIA de la Caſa de Villa-Vicentio* nuncupatum, cui tum ob multas easque haud ubivis obvias illius ſtemmatis notitias, tum & ob adjecta Diplomata & documenta authentica haud, exiguum ſtatuit pretium *Ludovicus de Salazar & Caſtro* (ω) qui & ſæpius in Hiſtoria Genealogica Domus Larenſis (α) ejus teſtimonio utitur. Eundem hunc Ortizii librum additionibus ſuis dein locupletavit Don *Petrus Fenerius de Villa-Vicencio* inferius laudandus.

CCLXX. FRANCISCUS PACIECUS ſeu PACHECO, Hiſpalenſis (cognominis Franciſci Pacieci, Canonici Hiſpalenſis, qui Catalogum Archi-Epiſcoporum Hiſpalenſium cum elegantiſſimis elogiis carmine latino formavit, cujusque vitam & obitum, qui anno MDXIC. ætatis 64. contigit, longe fuſius Nicolao Antonio recenſuit Didacus Ortiz de Zunniga (β) conſobrinus) Pictor feliciſſimus æque ac doctiſſimus magno congeſſit ſtudio

(460.) *ICONUM & elogiorum Virorum nobilium illuſtriumque per Hiſpaniam ævo ſuo* Volumen inſigne, quod Comiti Duci Olivarienſi Philippi IV. intimo ſtatus miniſtro nuncupavit; Merito autem dolet laudatus modo Or-

---

(ψ) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. pag. 344. fin.
(ω) In MSCto citato num. 83.
(α) Hiſtoria de la Caſa de Lara Lib. I. cap. XI. pag. 31. fin.
(β) Anales de Sevilla Lib. XVI. pag. 596. fin.

Ortisius (γ) distractum insigne illud opus fuisse post mortem auctoris, seque tantum particulam quandam ejus nancisci potuisse. Num integrum in Olivariensi Bibliotheca manserit se nescire itidem fatetur Nicolaus Antonius. (δ)

FRANCISCUS PEREZ de YARZA, Nobilis *Azpeitiæ* (quod Guipuscoanæ provinciæ oppidum haud incelebre est) Civis, & antiquitatum patriæ scrutator maxime sedulus de famosa Lojolana familia anno 1569. congessit peculiare opus Genealogicum sic in fronte notatum: CCLXXI.

MEMORIAL de la Casa de Loyola. Particulam operis hujus à Collegio Jesuitarum *Azcoytensi* sibi transmissam suo de Vita Ignatii Lojolæ, Jesuitarum parentis libro inseruit P. *Andreas Lucas*, (ε) putatque P. Gabriel Henao (ζ) (qui *Yarzam* nostrum alibi (η) laudat) libellum istum in gratiam Don Joannis de Borja, Loyolanæ Domus Domini ab Auctore fuisse conscriptum. (461.)

DON FRANCISCUS PINEL de MONROY, Nobilis Abulensis (quem Ludovicus de Salazar & Castro *Franciscum Thomam Pinel & Monroy* appellat) (θ) Ordinis Divi Jacobi Eques, Chiliarcha Regius & Castri de *Terramunda* Vice-Præfectus, non solum scrinia sua curiosissimis Genealogicis documentis & Diplomatibus, quæ magna cum sedulitate undique conquisivit, referta habuit, sed & ipse elaboravit, ac anno 1677. in folio Matriti typis publicis edidit. CCLXXII.

EL RETRATO del buen Vasallo, copiado en la vida y hechos de Don Andrés de Cabrera, primero Marques de Moya; in quo opere stemma, vitam, posterosque Herois istius perquam exacte, vere eleganterque recensuit, unde & à Josepho Pellicerio (qui librum hunc *el retrato del buen Historiador* appellat (ι)) Didaco Josepho Dormero (κ) & Salazario nostro (λ insigniter commendari meritus est. (462.)

FRANCISCUS de la PORTILLA, Sacerdos, ut Nicolaus Antonius CCLXXIII.

(γ) Anales de Sevilla pag. 588. m.
(δ) Biblioth. Hispan. Tom. I. pag. 348. fin.
(ε) Lib. I. cap. I.
(ζ) Averignaciones de las antiguedades de Cantabria Tom. II. pag. 342. b.
(η) Eod. in libro Tom. I. pag. 382. a fin.
(θ) Advertencias Historicas pag. 64. num. 68.
(ι) Bibliotheca de sus escritos pag. 190. b. num. 8.
(κ) Elogios de Zurita pag. 354. num. 76.
(λ) Hist. de la Casa de Silva Lib. III. cap. 10. pag. 256. m. & in MSCto citato num. 55.

tonius ſuſpicatur (μ) Ordinis Equeſtris D. Jacobi præter editum de origine, & ſtatutis Ordinis iſtius libellum:

(463.) *REGLAS de la Orden y Cavalleria de Sant-Jago; Tratado de ſu antiguedad y fin porque ſe ordeno*, inſcriptum, & Antverpia typis Plantinianis anno 1598. in quarto impreſſum etiam de nobilitate Hiſpanica peculiari opere commentatus eſt, quod manu exaratum & hoc in fronte titulo notatum:

(464.) *TRATADO de la nobleza vidit olim* D. Thomas Tamajus de Vargas, qui ejus mentionem fecit. (ν)

DON FRANCISCUS de la PUENTE, vide ſupr. DON FERDINANDUS de VERA.

CCLXXIV. FR. FRANCISCUS RADES de ANDRADA, Toletanus, ſi Thomæ Tamajo de Vargas (ξ) fides, Theologiæ Licentiatus, & Ordinis Equeſtris Calatravenſis Sacerdos, Prior dein Cœnobii Ordinis Sancti Benedicti in urbe Giennenſi, ac Sacellanus Philippi II. Regis, optimæ fidei & exacti judicii ſcriptor, præter inſigne Ordinum Equeſtrium opus

(465.) *CORONICA de las tres Ordenes y Cavallerias, de Sant-Jago, Calatrava y Alcantara* inſcriptum & Toleti anno 1572. in folio impreſſum, quod circa nobilium Hiſpanorum ſtemmata quamplurima continet notatu perquam digna etiam peculiare Genealogicum condidit, ſic inſcriptum:

(466.) *NOBILIARIO de Eſpanna*; ſeu, ut aliis citatur,

DE LOS linages de Eſpanna; Nunquam id in lucem prodiit publicam, ſed in ſcriniis curioſorum manuſcriptum aſſervatur, poſſederuntque ejus apographa Fr. Thomas Herrera Auguſtinianus, ut ipſe fatetur, (ο) Antonius Suarez de Alarcon, qui ſæpius teſtimonio utitur (ϖ) Rodericus Mendez Silva, teſtante id Sanctio Doriga de Valdes (ϱ) aliique. Elaboravit etiam Radeſius noſter Hiſtoriam celebris Pontiorum familiæ

(467.) *GENEALOGIA de los Ponces de Leon*, quam cum debito Auctoris encomio citat modo citatus *Sanctius Doriga de Valdes* (σ) ut & *Thomas Tamajus*

(μ) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. pag. 351. fin.
(ν) In lib. Junta mayor de los libros Caſtellanos.
(ξ) In lib. jam citato.
(ο) In Hiſtoria del Convento de San Auguſtin de Salamanca cap. 14.
(π) Relaciones Genealog. de los Marqueſes de Trocifal fol. 310. num. 22.
(ϱ) Memorial de la Caſa de Aſturias fol. 44. b. f. & fol. 66. b. lit. LI.
(σ) Memorial de la Caſa de Aſturias fol. 45. a. lit. E.

majus de Vargas. (τ) Non possum, quin coronidis loco addam elogia, quæ Radesio nostro in scriptis suis suspenderunt Duumviri Hispanarum antiquitatum, *Gundisalvus Argote Molina* & *Ambrosius Morales;* Prioris verba ita jacent: (υ) *El Licenciado Fr. Francisco Rades aviendo en su Historia de las tres Ordenes descubierto mil lindezas con estilo muy decente à la narracion de su Historia, ha puesta à toda nuestra nacion en grande deuda. Morales* autem sic de nostro censet: (φ) *Francisco Rades es autor, à quien ningun Escritor de las Cosas de Espanna excede en verdad y deligencia. Salazarius* etiam noster inter Ordinum Equestrium scriptores palmam Radesio deferre haud dubitat. (χ)

FRANCISCUS LOPEZ TERAN, Toletanus, ædis primum Sancti Michaelis in urbe patria, dein oppidi *Polan* dicti Parochus, scripsit testis αὐτόπτης vitam & pia acta Mariæ de Aquila & Canales nobilis Hispanæ in libro: CCLXXV.

SERMON, en que se contiene la vida de Donna Maria del Aguila y Canales, Beata de Nuestra Sennora del Carmen, natural de Toledo. Matriti apud viduam Joannis Gonsalez 1634. in quarto. Fuit noster Mariæ huic à Confessionibus, & de stemmate, majoribusque ejus nonnulla libello illi inseruit haud contemnenda. (ψ) (468.)

FRANCISCUS RODRIGUEZ, Arandæ ad Durium fluvium natus, Jesuitarum sodalis, Romæ per vicennium vixit, Præpositi Societatis Generalis Secretarius, inde in patriam reversus Collegio Conchensi, ut & bis Domui Professorum Toletanæ præfuit, ibique denatus est die 21. Martii MDCXXVII. ætatis LXXIX. vitæque religiosæ LXII. Inter alia, quæ tam typis impressa quam manu exarata reliquit opuscula ἀνέκδοτον adhuc, quamvis proelo maturum à Nicolao Antonio (ω) recensetur. CCLXXVI.

VITA Dominæ Catharinæ de Mendoza, Fundatricis Complutensis Collegii Societatis Jesu; in quo procul dubio Heroinæ istius stemma & majores deduxit. (469.)

FRANCISCUS ROLIN seu ROLLIM de MOURA, filius, (ni fallor) natu maximus Don Emanuelis Childe Rolin de Moura, & Dominæ CCLXXVII.

(τ) In collectione maxima librorum Hispanorum.
(υ) In Præf. operis sui Nobleza del Andalusia.
(φ) Discurso de las antiguedades Lib. IX. Cap. 7. pag 240. fin.
(χ) Historia Genealog. de la Casa de Lara Lib. III. cap. 3. pag 155. fin.
(ψ) Nicol Antonius Biblioth. Hispan. Tom. II. pag. 292. col. 2. pr.
(ω) Biblioth. Hispanæ Tom. I. pag. 357. col. 2.

Franciſcæ de Mendoza, Leirienſis Luſitanus Nobilis, & Toparcha de *Azambuja, Marmelar* & *Montragil,* præter Poetica, quam artem adprime calluit, etiam de proprio ſtemmate peculiare opus elaboravit, & anno 1633. in quarto, typis excudi fecit, inſcriptum:

(470.) *ASCENDENCIA de la Caſa de Azambuja*; Nuncupavit illud auctor Comiti Duci *de Olivarez,* intimo Philippi IV. Regis ſtatus Miniſtro. Eſt hæc *Mourarum* celebris inter nobiles Luſitanicas familia, quippe quæ ex ſecundogenitis ſuis progerminare fecit illuſtriſſimam Marchionum *de Caſtel-Rodrigo* proſapiam, de qua fuſius tractant Genealogi Luſitani, ſpeciatim laudandus ſuo loco Joannes Baptiſta de Labanna. Obiit Rolinus noſter ἄγαμος circa annum MDCL.

CCLXXVIII D. FRANCISCUS RUIZ de VERGARA & ALABA, Roderici Diaz de Vergara Domini oppidi Villoria dicti ex Domina Maria de Alava filius natus in urbe *Victoria* Dioeceſeos Calagurritanæ, juvenis receptus eſt Baccalaureus Canoniſta in Collegium vetus Sancti Bartholomæi in univerſitate Salmanticenſi die 4. Februarii MDCXXVI. ubi & Licentiatus Canonum ac Profeſſor Inſtitutionum, Codicis & Digeſtorum evaſit; anno dein MDCXL. die 3. Octobris à Philippo IV. Rege obtinuit Senatoris Curiæ Hiſpalenſis munus, & anno MDCXLIV. menſe Novembri inde promotus eſt ad Cancellariam Granatenſem, ubi anno MDCXLVIII. non ſine vitæ diſcrimine bonorumque jactura motus populares compeſcuit; Fiſci porro Patronus in Ordinum Equeſtrium Senatu, ipſeque Ordinis Divi Jacobi Eques creatus die 4. Novembris anni MDCLI. & in eodem Senatu Conſiliarius die 29. Martii MDCLIII. Anno ſequenti MDCLVII. die 6. Januarii ſupremi Juſtitiæ Senatus Regii Fiſcalis, & die 4. Januarii MDCLIX. ejuſdem Conſiliarius conſtitutus eſt. Uxorem habuit D. *Guiomaram Mariam Egas Venegas de Cordova,* Don *Salvatoris Egas Venegas de Cordova* Comitis de *Lugue* & Dominæ *Mariæ de Aguayo Manrique* Marchionis Sanctæ Ellæ ſororis Filiam, ut ipſe hæc omnia edocet in elegantiſſimo ſequentis epigraphes opere:

(471.) *VIDA del Iluſtriſſimo Sennor Don Diego de Anaya Maldonado, Arzobiſpo de Sevilla, Fundador del Colegio viejo de San Bartolomé en Salamanca, y noticia de ſus Varones excelentes.* Prodiit illud Philippo IV. Regi nuncupatum Matriti apud Didacum Diaz de la Carrera anno 1661. in folio, ſex Alphabetorum mole; in eoque Auctor inter Sodales ſuum ipſe vitæ curriculum prolixe exponit. (α) Tuetur autem egregium hoc opus ſuum inter Genea-

(α) Pag. 327. num. 488.

nealogos Hiſpanos, locum tum ob Anayarum Maldonatorumque e quibus Archi-Epiſcopus prædictus ortum traxerat, ſtemmata fuſius inibi deducta, tum & plurium Nobilium Collegialium familias exacte recenſitas; quin & Auctor in fine ſpeciatim adjunxit libellum de proprio ſtemmate:

DISCURSOS Genealogicos de la Nobiliſſima familia de Ruiz de Vergara, y continuacion de ſus Suceſſiones en la Caſa de los Sennores de Villoria inſcriptum, quem unicum excuſorum typis de Vergarenſi Domo monumentorum eſſe aſſerit, qui debita cum laude ejus meminit, Ludovicus de Salazar & Caſtro. (β) Meminit & ejusdem libelli ſuumque videndi illud typis excuſum deſiderium jam olim commonſtratum dedit *Philippus de Gandara* (γ) quin & *Gabriel de Henao* (δ) Vergaram noſtrum *Varon de grandes letras y coſtumbres integerrimas* ſalutat, cui adſtipulatur *Nicolaus Antonius* (ε) qui tamen Vergaræ librum non vidit. (472.)

DON FRANCISCUS de SAA Nobilis Luſitanus & Poeta haud vulgaris, ſcripſit ligato eoque vernaculo ſermone CCLXXIX.

BRASONES de algunas familias de Portugal, ut nos edocuit *Gundiſalvus Argote Molina* (ζ) Vereor autem, ne aut idem ſit noſter hic cum *Joanne Roderico de Saa Meneſes* inferius laudando, & Argote in prænomine Franciſci levem commiſerit prætervidentiam, aut Argote forſan indigitaverit Franciſcum Saa de Miranda Equitem Luſitanicum, Virum Linguæ Græcæ, antiquitatum Juriumque doctiſſimum, ac Poetarum Luſitanorum, (ſi *Ludovicum Camœſium* excipias) Coryphæum, anno MDLVIII. ætatis LXIII. exſtinctum, cujus opera Poetica ſæpius Olyſſipone 1595mo puta 1605mo ut & 1614mo annis excuſa, eorumque autographum, priusquam ederetur, eo pretio habitum aſſerit Nicolaus Antonius, (η) ut matrimonio accepturus Franciſci hujus filiam nobilis Vir Gallæcus Don Ferdinandus Cortes Sotomayor id ſibi cum aliis in dotem dari haud ægre tulerit magno pretio æſtimatum. (473.)

FRANCISCUS de SAMANJEGO TUESTA Juris-Conſultus & Cauſarum apud Curiæ rerum Criminalium Mexicanæ Judices Relator, ſcripſit Encomiaſtica nonnulla, ut CCLXXX.

ORA-

(β) In MSCto citato num. 86.
(γ) Nobiliario de Galicia pag. 599. col. 1.
(δ) Antiguedades de Cantabria Tom. II. pag. 318. col. 1. num. 3.
(ε) Biblioth. Hiſpanæ Tom. II. pag. 324. col. 2.
(ζ) In Præf. libri nobleza del Andaluzia.
(η) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. pag. 360. col. 1.

(474.) *ORACION Panegyrica en admiracion del govierno y demas virtudes del Ilustrissimo Don Francisco Manso y Zunniga* Arzobispo de Mexico, Mexici anno 1635. Item

(475.) *PANEGYRICO funebre à la muerte del Duque de Lerma* ibidem anno 1636. editum, in quo Josephi *Pellicerii* Pyram Augustam super obitu Infantis Caroli editam fere verbotenus expressit, ut ipse Pellicerius testatur. (θ) Utrumque vero opus nonnulla de Mansorum, Zunigarum Sandovaliorumque stemmatibus inprimis Heroum istorum majoribus continere haud levis est conjectura; mihi quippe neutrum videre licuit; Prioris notitia debetur Nicolao Antonio. (ι)

CCLXXXI. FRANCISCUS SANCHEZ sive SANCTIUS, Brocensis ab oppido natali Extremaduræ *las Brozas* dicto cognominatus, Salmanticensis Rhetoricæ Professor, Vir Græca & Latina doctissimus, ut tot critica & Philologica ipsius in lucem emissa testantur opuscula, quæ inter eminet trita illa omnium fere manibus, & a Gaspare Sciope recocta Minerva seu de causis La[tin]æ Linguæ liber. Nobis heic commemorandus venit ob bigam opusculorum huc facientium, quorum alterum est Commentarius ad clarissimi inferius laudandi Poetæ *Joannis de Mena* elegantissima opera, videlicet

(476.) *ANOTACIONES à las Obras de Juan de Mena*; alterum

(477.) *DECLARACION y uso del Relox entretexido en las armas de la muy antigua y esclarecida Casa de Rojas*, Libellus, quem in honorem Patroni sui Latina Lingua exaraverat *Hugo Helt* Batavus & Marchionis *de Poza* ex Rojana domo oriundi Domesticus, nosterque Sanctius dein in vulgare traduxerat idiomate; Prodiit is Salmanticæ typis Joannis Juntæ anno 1549. in quarto. Cæterum superstes adhuc (teste Nicolao Antonio (κ)) in vivis fuit Sanctius anno Seculari MDC. quo Epictetum suum edidit, fere octogenarius.

CCLXXXII. DON FRANCISCUS SARNIENTO de Mendoza, Ludovici, Ordinis Sancti Jacobi Equitis ex *Joanna de Pesquera y Castillo* filius, Burgis, Castellæ veteris metropoli, natus JCtus & Professor Salmanticensis, Pincianæ dein Curiæ per sexennium Senator, postea vero Rotæ Romanæ Auditor per duodecennium, inde in Hispaniam redux Præsul Asturicensis anno MDLXXIV. & tandem Giennensis anno MDLXXX. creatus, ubi & obiit anno

(θ) In Bibliotheca de sus escritos fol. 160. b. med.
(ι) Biblioth. Hispan. Tom. I. pag. 361. col. 2.
(κ) Biblioth. Hispan. Tom. I. pag. 362. col. 2.

anno MDXCV. Præter varia ea que insignia argumenti juridici opera, quæ tribus junctim prodita voluminibus recenset Nicolaus Antonius (λ) & ob quæ CLmo Wesenbecio noster Vir audit acerrimi judicii (μ) etiam conscripsit

MEMORIAL de la Casa de Sarmiento y sus Armas, quod cum debita auctoris laude citat Josephus Pellicerius (ν) & ex eo Nicolaus Antonius (ξ) qui tamen haud leviter suspicatur, id unum idemque esse opus cum laudando inferius *Petri Sarmiento* Cardinalis similis argumenti libello. (478.)

Fr. FRANCISCUS SISTO, Neapolitanus, Ordinis Carmelitarum socius, Theologus & Poëta inclytus, præter alia Theologici æque ac poëtici argumenti opuscula etiam edidit CCLXXXIII

GENEALOGIAM gloriosissimæ prosapiæ Austriadis ab Adamo ad Philippum II. Hispaniæ Regem Catholicum octo supra centum recta semita arborum deductum, cui & adjecit Naupacteam victoriam Potentissimi Domini Joannis Austriadis heroico carmine conscriptam, ac oratione soluta scholiisque variis illustratam. Neapoli apud Josephum Carchiam anno 1573. in quarto; testante id Nicolao Toppo in eleganti sua Bibliotheca Neapolitana (ο). (479.)

FRANCISCUS SOTA, Ordinis Sancti Benedicti Monachus, Prædicator & Regius Caroli II. Historiographus, præter alia scripsit CCLXXXIV

CHRONICA de los Principes de Asturias y Cantabria. Matriti excusa typis Joannis Garsiæ Infanzon anno 1681. in folio, septem alphabetorum mole, Liber est fabulis, dum antiquissima repetit tempora, refertissimus, & quam sæpissime Pseudo-Historicorum, Hauberti, Juliani, Luitprandi, aliorumque similis farinæ testimoniis superstructus, unde merito judicium Historicum in auctore desideratur, non interim inficiamus, multa quoque tum de antiquorum Comitum Ducumque Cantabriæ & Asturiarum serie & stemmatibus, tum & de Castellæ veterum Comitum plurimarumque nobilium Hispaniæ familiarum prosapiis inibi contineri haud proletaria; appendicem item operi adjectam & quam plurima eaque (480.)

(λ) Biblioth. Hispan. Tom. I. pag. 364. col. 2.

(μ) in Commentario ad Pandectas, Disputatione 25. §. 8.

(ν) in forme de la Casa de Sarmiento de Villamajor fol. 4.

(ξ) Biblioth. Hispan. Tom. II. pag. 293. col. 1.

(ο) pag. 95. col. 2. in fine.

que pervetuſta Diplomata (quæ utinam genuinæ omnia & ſingula eſſent antiquitatis!) exhibentem multum lucis tum Hiſtoriæ tum rei Genealogicæ Hiſpanicæ fœnerari. Immortuus eſt auctor operis hujus editioni, eodem quippe anno MDCLXXXI. defunctus, &, ut ex eodem (ϖ) diſcimus, ipſe promiſerat, ſe brevi luci publicæ daturum

(481.) *CHRONICA de los Condes de Caſtilla*; quem librum dubio procul mors præveniens intercepit; quin & alibi (ρ)

(482.) *De illuſtribus familiis ex Ducum Cantabriæ ſanguine* progerminantibus ſe meditari opus peculiare profeſſus eſt, ſed nec id ad umbilicum credimus perductum. Meminit cæterum Joſephus Pellicerius (σ) Sotam noſtrum authenticum Chronicorum Alphonſi VII. Imperatoris, quæ

(483.) *HISTORIA Toletana* vulgo Hiſpanis audiunt. Codicem, quem ipſe dein Pellicerius poſſedit, propria manu deſcripſiſſe, & ſuis illuſtratum additionibus in lucem publicam edendi in animum ſibi induxiſſe propoſitum.

LXXXV. FRANCISCUS SUAREZ TOSCANO, Eboræ in Luſitania natus & antiquitatum hiſtoriarumque patriæ ſedulus inveſtigator, de dictis factiſque memorabilibus illuſtrium Luſitanorum, ad celebre Valerii Maximi exemplum commentatus eſt, ſimulque inſignium nobilium hiſtoriam pertexuit in edito lingua vernacula hujus lemmatis libello

(484.) *PARALELOS de Principes e Varones illuſtres antigos a que muitos de noſſa nac, anno Portugueſa ſe aſomelharan in ſuas obras, ditos e feitos, com a origem das armas d' alguans familhas deſte Reino*, Eboræ edito anno 1623. in quarto, ac Theodoſio II. Bragantiæ Duci nuncupato. Congeſſit & aliud majoris moliminis opus vaſtiſſimum. Hiſtorico-Genealogicum, vernaculo idiomate, inſcriptum

(485.) *TEATRO de Portugal*, quod tamen, ut Nicolaus Antonius ſuſpicatur (τ) ineditum in ſchedis adhuc latet.

CCLXXXVI FRANCISCUS TARRAFA Canonicus Barcinonenſis, & Archivi ſeu Tabularii Cathedralis ibidem ædis Cuſtos, inter præcipuos Hiſtoriæ Hiſpanicæ conditores, ſimulque inter Genealogos noſtros ſuum tuetur locum, tum ob deducta Regum Hiſpaniæ etiam a Beroſianis inde figmentis ſtemmata, quæ pertexuit in libello ſuo, qui ſic inſcriptus prodiit

DE

(π) fol. 471. col. 1. §. 22. in fine

(ρ) fol. 443. fin. & fol. 447. col. 2.

(σ) Biblioteca de ſus eſcritos fol. 147. in fine.

(τ) Biblioth. Hiſpanæ Tom. I. pag. 368. col. 1.

DE ORIGINE ac rebus gestis Regum Hispaniæ usque ad Caroli Cæsaris inaugurationem; cum brevi rerum a Philippo II. Rege Catholico gestarum descriptione, Antverpiæ anno 1553. in octavo; recusus dein una cum Joannis Vasæi Chronico Coloniæ anno 1577. in octavo, & Francofurti anno 1579. in Folio; ut & in Hispaniæ illustratæ Francofurti tribus voluminibus edito Tomo I. pag. 518: In Hispanicum dein idioma libellum hunc convertit Alphonsus *de Santacruz*, additionibusque suis locupletatum edidit Barcinone anno 1563. in octavo cum hac inscriptione: (486.)

FRANCISCO Tarrafa del principio y origen de cosax notables de los Reies de Espanna traducido en Castellano, por Alonso de Santa Cruz, con adiciones suias en cada Rey de las mas notables cosas, que en otras Historias haballado. Inprimis autem debetur Tarafe nostro opus. (487.)

DE LAS Casas Solariegos de Catalunna, sive de nobilibus per Cataloniam familiis Commentariis, quem magno studio & labore ex Tabulario Barcinonensi compilavit. Nobis eum videre non contigit, vidit tamen, qui cum debito auctoris encomio ejus meminit Gaspar Escolano Valentinus Regius Chronographus (υ). Non parum etiam ad illustrandas nobiles Catalonicas familias conducit aliud a Tarrafa nostro conscriptum opus, nempe (488.)

EPISCOPOLOGI, o Vidas dels Pontifices de Barcelona, quod ἀνέκδοτον vidit Hieronymus Pujades (φ). Cæterum & insigni nostrum laude mactat Hieronymus Gudiel in Historia sua Gironum familiæ (χ), cui addi meretur Nicolaus Antonius (ψ). (489.)

DON FRANCISCUS DE TORREBLANCA ET VILLALPANDO, Cordubensis, & CL.mi Joannis Baptistæ Villalpandi, qui in Ezechielem Prophetam amplissimos elucubravit Commentarios, ex sorore nepos, in juventute celeberrima nomina Franciscum Sanctium modo laudatum & P. Martinum de Roa Jesuitam audiit docentes; Jurium dein studio animum applicuit & in Curia Granatensi Advocatus diu vixit, tandem forensi munere relicto in patriam se recepit, ibique sacris initiatus in erudito delituit otio usque ad annum circiter M DC XLV. quo diem extremum vidit; Reliquit præter insignia Juridica, Ecclesiastica inprimis & Criminalia, quæ inter ejus Dæmonologia seu Magia naturalis habetur, ἀνέκδοτον in scriniis reliquit CCLXXXVII

T 2 TRA-

(υ) Tom. I. Historiæ urbis regnique Valentini.
(φ) in lib. Historia del Principado de Catalunna.
(χ) Compendio de los Girones fol. 12. a. med.
(ψ) Biblioth. Hispanæ Tom. I. pag. 369.

(490.) *TRATADO panegyrico de las Grandezas de la Ciudad de Cordova,* quem manuſcriptum ſervat, & notitia de nobilibus Cordubenſibus familiis refertum laudat Joſephus Pellicerius (ω). Debito item Toneblaniam noſtrum, quanquam ſibi adverſarium, encomio quoque mactat Joannes Franciſcus Andreas Uztarrozius, (α) quem vide, ut & Nicolaum Antonium (β).

CCLXXXVIII DON FRANCISCUS DE TRILLO ET FIGUEROA, Corunienſis Gallæcus, Granatæ ab undecimo ætatis anno commoratus literisque imbutus præſertim humanioribus, hiſtoricisque, inde in Italiam profectus ſtipendia militaria fecit, ac in patriam redux & ad ſtudia reverſus SS. Theologiæ Doctor, & Eccleſiæ Cathedralis Segontinæ Prior, ut vocant, creatus eſt, ubi & diem extremum clauſit. Vir fuit ſoluta ligataque oratione præſtans, & varia utroque dicendi genere ſermone quidem vernaculo ingenii monumenta in lucem emiſit, plura tamen ἀνέκδοτα in ſcriniis reliquit. Ea inter ad noſtrum quadrant inſtitutum ſequentia:

(491.) *LA NEAPOLIS EA, o Poema heroico del Gran Capitan Don Gonſalo Fernandez de Cordova.* Granatæ 1651. in quarto.

(492.) *HISTORIA y antiquedades del Reino de Galicia, y ſu nobleza,* quod opus adhuc ineditum, ſed nobilium Gallæciæ familiarum notitiis refertiſſimum ſæpius conſuluere Genealogi Hiſpani, inprimis Antonius Suarez de Alarcon (γ) & Philippus de Gandara (δ) qui illud cum auctoris Elogio citant.

(493.) *ANTIQUEDADES de la Ciudad de Granada;* quod opus itidem ineditum Granatenſia ſtemmata nobilia illuſtrat.

(494.) *BLASONES y armas de la nobleza de Eſpanna,* opus Genealogico-Heraldicum etiam quod dolendum, ἀνέκδοτον.

CCLXXXIX. FRANCISCUS VARRON, nec Nicolao Antonio, nec nobis aliunde notus, quam quod Athanaſio Lobera (ε) teſte ligata oratione conſcripſerit librum, inſignitum

(495.) *CASA de Varron,* quod de proprio ſtemmate Commentarium ſeu Encomiaſticon interpretamur (ζ).

DON

(ω) Memorial de Don Fernando de Rios fol. 3.
(α) de tens a de la patria de ſan Lorenzo pag. 32.
(β) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. pag. 371. col. 2. & Tom. II. pag. 293. col. 2.
(γ) Relaciones Genealogicas de la Caſa de Alarcon pag. 287. col. 1.
(δ) Nobiliario te Gallicia pag. 591. col. 2.
(ε) Hiſtoria de la Ciudad de Leon. cap. 9.
(ζ) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. pag. 377. col. 2.

DON FRANCISCUS XIMENEZ URREA Arragonenſis ex nobili familia prognatus, Philippi IV. Hiſpaniarum Regis Sacellanus, & a ſtatibus Regni Aragoniæ Bartholomæo Leonardo Argenſolæ ſuffectus Coronæ iſtius Hiſtoriographus, tandemque conſtitutus a Rege Cœnobii Sancti Victoriani Abbas, quo munere vix initiatus obiit; Succeſſorem nactus CLmum Joannem Franciſcum Andream de Uztarroz. Præter alia, quæ ἀνέκδοτα reliquit, ingenii monumenta, inprimis Joanni Franciſco de Montemayor, teſte Didaco Joſepho Dormero (η) laudatur elegans tractatus CCXC.

DE LOS Condes de Aragon; ſeu antiquorum Aragoniæ Comitum, qui Reges præceſſerunt, Hiſtoria Genealogica. (496.)

FRANCISCUS XIMENEZ SANTIAGO, Ordinis, ni fallor, Dominicanorum Sodalis, in lucem publicam emiſit. CCXCI.

GENEALOGIA de la Caſa de Galindo de Ecija, quem librum Don Chriſtophoro Franciſco Galindo Laſo de la Vega Ecijenſis urbis ſupremo Prætori (*Alcalde Mayor* vulgo vocant) nuncupatum typis edidit anno 1644. in quarto. Meminit ejusdem quoque Ludovicus de Salazar & Caſtro (θ) (497.)

DON FRANCISCUS DE ZAMBRANA ex nobili in urbe Beacienſi (vulgo Baeza) Andaluſiæ degente familia prognatus, Ordinis Equeſtris D. Jacobi, credo, Eques & Commendatarius non pauca circa nobiles Hiſpanas familias notatu digna commentatus eſt in opere manu exarato CCXCII.

CALENDARIO de Caſas acaecidas en ſu tiempo; unde & Gundiſalvo Argote Molinæ commendatur (ι). (498.)

FRANCOS nobilis eſt in primariis Hiſpaniæ urbibus Matritenſi nimirum & Toletana reſidens familia, orianda ex montanis Legionenſibus, in quorum valle *de Goniza* vulgo dicta ſitum eſt opidulum *Francos*, unde familiæ huic cognomentum hæſit. Præter Hieronymum de Quintanæ (κ) aliosque, qui prolixe de ea egerunt, exſtat ab anonymo auctore anno 1626. exaratus libellus, ſic in fronte notatus. CCXCIII.

GENEALOGIA de la Caſa de Francos en Madrid y Toledo. Manuſcriptum eundem poſſedit Ludovicus de Salazar & Caſtro, qui ſuccincte quidem, ſed exacte conſcriptum aſſerit (λ). (499.)

(η) in notis ad Hier. Blancæ Inſcriptiones regum Aragoniæ pag. 116.
(θ) in MSto citato, No. 157.
(ι) in Præfat. libri Nobleza del Andaluzia inſcripti.
(κ) Grandezas de la Ciudad de Madrid Lib. 2. fol. 219. col. 3.
(λ) in MSto citato No. 221.

G.

CCXCIV. GABRIEL CARILLO DE SOTOMAYOR, illustrissimi Sessani Ducis Calculator, (seu *Contador*, ut vulgo vocant,) de patroni sui stemmate Cortubensi nempe compilavit opus

(500.) *HISTORIA Genealogica de la Casa de Cordova inscriptum*; in quo Francisci Fernandez de Cordova supra laudati Abbatis Rutensis vestigia presse legit, licetq quandoque eum justo acrius insectetur, & veritatis certissimæ notoriæque capita impugnet. Cæterum bonæ satis notæ liber est in Genealogicis, indignus tamen, qui cum excellenti dicti Abbatis Rutensis opere comparetur, ut peritus harum rerum censet Ludovicus de Salazar & Castro (μ).

CCXCV. P. GABRIEL DE HENAO, Gabrielis cognominis, Poetæ ævo suo sat celebris, Vallisoleti natus circa annum MDCXVII. Ordinis Jesuitarum sodalis, & primum Collegii Medinensis Rector, & SS. Theologiæ Professore meritus in Collegiis Societatis Ovetensi, Pinciano seu Vallisoletano & Salmanticensi plura in lucem emisit argumenti Theologici Philosophicique ingenii monumenta, quæ inter exstat

(501.) *EMPYREOLOGIA, sive Philosophia Christiana de Cœlo Empyreo* duabus partibus constans, & Lugduni impressa anno 1652. in folio. Nuncupavit illam auctor Valdesio (Archi-Episcopo ni fallor Compostellano) & in Epistola Dedicatoria illustrem *Valdesiorum* familiam prolixe recensuit. Porro & posthumum, ut credo, Auctoris nostri prodiit opus elegans

(502.) *AVERIGUACIONES de las antiquedades de Cantabria, enderezadas principalmente a descubrir las de Guipuzcoa, Vizcaya y Alaba, en dos Tomos*; Prior Tomus Librum I. antiquitatum continens prodiit Salmanticæ apud Eugenium Antonium Garciam anno 1689. in folio, quinque alphabetis constans, posterior vero Librum II. & III. antiquitatum sistens ibidem apud eundem anno 1691. in folio sex Alphabetis. Complectitur autem opus istud tum antiqua a Romanorum inde ætate Cantabriæ monumenta atque rudera, tum & plurium ex provinciis illis oriundarum nobilium familiarum prosapias, utpote illam antiquorum Biscajæ Dominorum, *item Lojolanam, Baldanamque*, ex quibus originem suam derivavit *S. Ignatius Lojola*, Ordinis Jesuitici parens, quippe cui Sacrum esse Librum voluit

(μ) in MS.to citato No. 47.

voluit Auctor. Reliqua Henao nostri opuscula evolvat, qui volet, apud Nicolaum Antonium (ν) & auctoris elogium in Henschenii & Papebrochii Actis SS. Martyrum (ξ) Ludovicus de Salazar & Castro inprimis in Henao nostro laudat industriam, quam in perquirendis ipsis Biscajæ Guipuscoæque Archivis & ruderibus adhibuit, reliqua tamen ejus ex proletariis Auctoribus hausta esse contendit (ο).

GABRIEL LASO DE LA VEGA, Matritensis, dubio procul ex illustri Comitum de *Puertollano* sanguine ortum ducens, Poeta atque Historicus haud vulgaris, de Heroibus nonnullis Hispanis, & universa Castellæ Regnorum nobilitate bene mereri studuit tum editis in lucem publicam, tum & manu exaratis ac ἀνεκδότοις opusculis prosaicis metricisque, quorum seriem prout Thomas Tamajus (π) ex eoque Nicolaus Antonius (ϱ) illa recensuit, heic damus. Interea, quæ typis excusa prodiere, primo loco nominandum venit elegans poema CCXCVI.

El Cortes valeroso, sive de rebus a Ferdinando Cortesio in India gestis, duodecim libris comprehensum, & anno 1588. editum in quarto, recoctum postea ab ipso Auctore, adeoque vel epigraphe ipsa reformatum inscriptumque *La Mexicana* tredecim libris constans Matriti apud Ludovicum Sanchez anno 1594. in 8vo; Succedit huic aliud, inscriptum (503.)

ELOGIOS en loor de los tres famosos Varones, Don Jaime, Rey de Aragon, Don Alvaro Bazan, Marques de Santa Cruz, y Don Fernando Cortes Marques del Valle. Cæsar augustæ apud Alphonsum Rodriguez anno 1600. in octavo. Inter manuscripta adhuc ἀνέκδοτα Vega nostri numerantur sequentia: (504.)

JORNADA de los Duques de Pastrana y Humena (505.)
CONDES de Flandes y Reyes de Espanna (506.)
COMPENDIO de las cosas notables de Espanna (507.)
VARONES insignes en letras de Espanna (508.)
ORIGEN de los Reies de Portugal y Gerusalem (509.)
TRATADO de todos los Sennores de Castilla (510.)
DISCURSOS de las ordenes militares de Espanna. quæ fere omnia ad forum nostrum Genealogicum spectare videntur. (511.)

GABRIEL

(ν) Biblioth. Hispan. Tom. I. pag. 387. col. 1.
(ξ) die 1. Martii in vita S. Rudesindi, §. 1. No. 2.
(ο) in MSto citato, No. 127.
(π) in collectione maxima librorum Hispanicorum.
(ϱ) Biblioth. Hispanæ Tom. I. pag. 387. col. 2.

CCXCVII GABRIEL RINCON haud aliter nobis innotuit, quam ex libello quodam, quem Heraldicum ſuſpicamur, inſcripto

(512.) *DIVISAS de los Girones y ſa declaracion*, id eſt, Explicatio inſignium nobilis familiæ *Gironum*, quæ multos Hiſpaniæ proceres & magnates dedit. Aſſervatur ille Manuſcriptus in Regia Eſcorialenſi Bibliotheca, ut ex manuſcriptorum ejus Catalogo conſtat

CCXCVIII DON GABRIEL DE ROJAS ET VIRUES Nobilis Segovienſis, elaboravit peculiare opus, inſcriptum:

(513.) *GENEALOGIA de la familia de Hoz*, quæ in dicta Segovienſi urbe ſedem fixit. Perquam exacte & cum judicio maturo ſcriptum illud eſt, & omnes iſtius ſtemmatis ramos, qui latius ſe per nobilium Segobienſium proſapias diffuderunt, complectitur, unde egregia cum laude celebrari meruit a Ludovico de Salazar & Caſtro (σ), qui merito dolet, quod publicæ adhuc luci liber iſte invideatur, manuſcriptus enim in curioſorum ſcriniis latet.

CCXCIX. GABRIEL SIMEON Italus, præter alia, quæ in lucem edidit, ingenii monumenta, etiam lingua vernacula conſcripſit.

(514.) *VITAM & res geſtas Caroli V. Imperatoris*, cujus Regium & Imperiale ſtemma illi operi inſeruit. Ἀνέκδοτον hactenus eſt opus, & inter κειμήλια manuſcripta Bibliothecæ Regiæ Eſcorialenſis repoſitum aſſervatur.

CCC. DON GABRIEL DE TREJO ET PANIAGUA, Antonii de Trejo & Monroy, Camerarii intimi Pii II. Pontificis Rom. & Franciſcæ de Sande, Petri Fernandez de Parciægua filiæ filius natu minimus, Ordinis Alcantarenſis Eques, juvenis poſt abſolutum ſtudiorum curſum Salmanticæ in Collegio Archi-Epiſcopali majori ſodalis vixit, Archi-Diaconus dein Eccleſiæ Toletanæ Calatravenſis, Abbas item del *Burgohondo*, Fiſci poſtea Patronus ac Senator Curiæ Valliſoletanæ, quo munere & apud Ordinum Equeſtrium Senatum aliquandiu functus eſt, ſupremæ quoque Fidei Inquiſitionis ut & Caſtellæ Senatus Conſiliarius, Sacellanus primarius Regii Diſcalceatarum Monaſterii Matritenſis Commiſſarius generalis Curiæ Sanctæ Cruzadæ, ut audit, a Pontifice etiam Romano Presbyter Cardinalis Eccleſiæ Romanæ titulo SS. Nerei, Aquilii & Pancratii, Simulque Archi-Epiſcopus Salernitanus creatus, tandemque ſupremi Caſtellæ Senatus Præſes Don Franciſco Contreras ſuffectus Matriti die 27. Martii 1627. creatus itidem Epiſcopus Malacitanus & Regius ſtatus Conſiliarius. Vir inter celebriores ævi ſui magnates merito ſuo reputandus,

(σ) in MSto citato No. 116.

dus, ſtudio etiam Genealogico addictus vixit, & non ſolum quamplurimos amicos ſuis notitiis Genealogicis adjuvit, ſed etiam

DE LA CASA de Grimaldo, rogatu Principis Monacenſis quædam congeſſit, quæ verbotenus dein expreſſit *Carolus de Venasque* in ſua Grimaldorum Hiſtoria Genealogica (τ) proprio item Marte, quamvis id absque Auctoris nomine veniat, ſub Philippo IV. Rege, conſcripſit libellum, notatum (515.)

GENEALOGIA de la Caſa de Trejo, quem exacte & magno cum veritatis ſtudio ſcriptum aſſerit Ludovicus de Salazar & Caſtro, (υ) qui & alibi (φ) debito Cardinalem noſtrum encomio condecoratum dimittit. (516.)

DON GABRIEL TELLO de MESA, Nobilis in urbe Malacitana Regni Granatenſis degens, circa initium ſæculi hujus ſcribendum ſibi ſumſit opus, cui titulus: CCCI.

GENEALOGIA de los Condes de Puertollano, de la Caſa de Laſo de la Vega, nondum, quod ſciam, typis editum; multa autem de illo, quamvis nondum anno 1702. abſoluto, ſibi pollicetur opere *Don Ludovicus de Salazar & Caſtro*, qui Meſam diligentiſſimum documentorum inveſtigatorem, veritatisque amantiſſimum deprædicat. (χ) (517.)

DON GABRIEL ZELPO SERRANO, natus in oppido *Fuenſalida*, anno 1669. typis publicis impreſſam edidit CCCII.

VIDA de San Franciſco de Borja, in quo Borgianum Gandiæ Ducum ſtemma, ſanctique ſui majores expoſuit. (518.)

GAIBOR, non ignobilis inter Gallæcas nobiles familia, cujus dominium circa annum 1680 poſſedit Don Petrus de Saavedra Bahamonde, qui & in ſcriniis ſuis aſſervavit manu exaratum Anonymi Auctoris libellum, inſcriptum: CCCIII.

GENEALOGIA de la Caſa de Gaibor, unde apographum propria deſcriptum manu transmiſit Ferdinando de Saavedra, qui ſæpius illud citat. (ψ) (519.)

GALLEGO à Gallæciæ Regno, ſolo natali cognomen mutuata nobilis familia, quæ ob res tam in Mexicani Regni occupatione, quam in Italia CCCIV.

(τ) pag. 21.
(υ) in MSto citato No. 91.
(φ) Hiſt. Genealog. de la Caſa de Lara Lib. XX. cap. 9. fol. 439. ſeq.
(χ) In MSCto citato nom. 91.
(ψ) In Memorial Genealogico de la Caſa de Saavedra, paſſim.

U.

lia Siciliaque fortiter geſtas Marchionum Sanctæ Agathæ Baronumque de *Militelo* & *Valdemona* titulis & honoribus claret inſignita; Majores cum *Fajardis*, (unde Marchiones *de los Velez*, deſcendunt) communes habet; Seriem Marchionum Sanctæ Agathæ nobis ſiſtit Philadelphus Munnoz in ſuo Siciliæ nobiliario (ω) & ab Anonymo Auctore quoque peculiare Genealogicum emanavit opuſculum

(520.) *GENEALOGIA de los Marqueſes de Santa Agueda* inſcriptum, quod vidit, qui magnam in Auctore hiſtoriæ reique antiquariæ imperitiam taxat, Philippus de Gandara. (α)

CCCV. DON GARCERANUS vulgo GALCERAN MERCADER, ex celebri Comitum de Bunnol & Cervellon domo oriundus, Hiſtoriam inclyti ſui ſtemmatis edidit in libello, cui titulus:

(521.) *MEMORIAL de la Caſa del Conde de Bunnol, y ſus ramas*; quam tamen fere totam ex penu doctiſſimo laudandi inferius clariſſimi Viri Hippolyti de Samper deſumtam eſſe, certiorem me reddidit Ludovicus de Salazar & Caſtro. (β)

CCCVI. GARSIAS ALPHONSUS de TORRES, Ferdinandi V. & Iſabellæ Regum Catholicorum Haraldus (vernacule *Rey de Armas* ſonat) ſcripſit, ut muneris, quod gerebat, aliquam poſteritati redderet rationem, opus inſcriptum:

(522.) *HISTORIA de los antiquos y notables hechos de Caſtilla y Eſpanna, y de los blaſones y armas de los Grandes y Cavalleros della*; cui operi tum ſcuta gentilitia nobilium Hiſpanorum, tum & nonnullorum ex iis proſapias & arbores ſtemmatographicas innexuit ſæpius illud citant, qui apographa ejus poſſederunt, Joannes Florez de Ocariz (γ) Ferdinandus de Saavedra (δ) Petrus de la Eſcalera Guevarra, (ε) (cui ejus copiam fecit Thomas Tamajus de Vargas) atque Salazarius noſter. (ζ)

CCCVII. DON GARSIAS de BARRIONUEVO, Cuſani Marchio, Toparcha oppidorum *Fuentes* & *Valdeſaz*, Regius Hiſpanicus apud Neapolitanum Pro-Regem ſtatus & belli Conſiliarius, ut eidem Pro-Regi gratum teſtaretur affectum, edi curavit.

PA-

(ω) Tom. I. fol. 367.
(α) Nobiliario de Galicia Parte II. Lib. IV. cap. 8. pag. 544. col. 1.
(β) In MSCto ſæpe citato num. 59.
(γ) In Nobiliario de nueva Granada Tom. I. pag. 364.
(δ) Memorial por ſu Caſa fol. 8. b. fol. 14. in fine.
(ε) Origen de los Monteros de Eſpinoſa fol. 93. b. fol. 47. a. & fol. 15. a.
(ζ) In MSCto citato num. 77.

PANEGYRICUM ad Comitem de Lemos Neapolitanum Pro-Regem, (523.)
Neapoli anno 1616. in folio, ut Nicolaus teſtatur Antonius (η) Vereor autem, ne Antonius in prænomine levem commiſerit errorem, & Garſiæ noſtro eundem, quem alibi Bernardino Barrionuevo de Peralta, (ſupra CXI. 175. à nobis laudato) attribuerit librum, de qua re operis ipſius inſpectio, mihi hactenus denegata, facile litem dirimet.

CCCVIII. DON GARSIAS de HERRERA & AYALA, Petri Garſiæ de Herrera, Caſtellæ Mareſcalli ex Maria de Ayala filius, itidem Caſtellæ Mareſcallus, Dominus *Ampudiæ*, Vir ſub Henrico IV. & Ferdinando V. Caſtellæ Regibus & toga & ſago inclytus, Ricushomo etiam ſeu Magnas (vulgo *Grande*) Hiſpaniæ, litterarum cultui deditiſſimus, de proprio ſtemmate tam *Herrerano* quam *Ayalenſi* ſpeciatim commentatus eſt, in opere, cui titulus:

DE LA Genealogia de las Caſas de Herrera y Ayala, ἀνέκδοτον illud in (524.)
ſcriniis latet curioſorum, mihique non aliunde, quam ex Antonii Suareſii de Alarcon, qui illud citat (θ) teſtimonio innotuit.

CCCIX. GARSIAS LASO de la VEGA, in *Cuſco* totius Americæ meridionalis Regia olim urbe natus, parentem habuit ſibi cognominem, &, ut Nicolai Antonii utar verbis, (ι) ex iis unum, qui Catholicis Hiſpaniarum Regibus Peruvianum Imperium armis pepererunt, matrem autem fœminam ex Imperiali ſtirpe *Incarum* prognatam, unde & ipſe *Inca* vulgo audiebat. Res avorum geſtas ante Hiſpanorum appulſum nec non & ipſam Hiſpanorum expeditionem, parentis teſtimonio & aliorum illius temporis æqualium ſubnixa hiſtoria comprehendit, ſcribens:

PRIMERA parte de los Commentarios Reales, que tratan del origen de (525.)
los Incas, Reies que fueron del Piru, de ſu Idolatria, leyes y Gobierno en paz y en guerra &c, Catharinæ Principi Bragantiæ Duciſſæ nuncupatum opus illud prodiit Olyſſipone apud Craesbeck anno 1609. in fol. prodiit & dein
ſegunda parte, Hiſtoria general del Piru, anno 1617. in folio, utramque dein (526.)
partem in gallicum idioma tranſtulit Joannes Baudin, & duobus Tomis edidit Pariſiis apud Simonem Piget anno 1633. & 1658. in quarto. Moretur autem inter Genealogos noſtros locum ob Genealogicum Regii Yncarum ſtemmatis, cui plurima nobilium Hiſpanorum iteratis connubiis annexa ſunt, deductionem; unde & in Borgiano Lojolanoque ſtemmate ſæ-

U 2

(η) Biblioth. Hiſpanæ Tom. I. fol. 392. col. 1.
(θ) Relaciones Genealogicas de los Marqueſes de Trociſal, in præfatione.
(ι) Biblioth. Hiſpanæ Tom. I. pag. 394. col. 1. m.

ſæpius ejus teſtimonio nituntur Genealogi Hiſpani. vid. Philippus de Gandara in ſuo Gallæciæ Nobiliario. (κ)

CCCX. GARSIAS de RESENDE Luſitanus, Joannis II. Portugalliæ Regis Chronographus, ſcripſit vernaculo gentis ſuæ idiomate

(527.) *CHRONICA da vida do Chriſtianiſſimo Don Juam o ſegundo deſte nome y decimo terzio Reis de Portugal*; cui adjecit. *A entrada del Rey Don Manvel en Caſtella, ed hida da Infanta Dona Beatris pera Saboia*; typis utrumque opus prodiit Olyſſiponenſibus, ſed quo anno, me æque ac Nicolaum Antonium latet. Dignum vero eſt, quod ſuum inter Genealogos tueatur locum ob Chronicon fortiſſimi Ducis Don Nunnii Alvarez Pereira, primi Luſitaniæ Conneſtabilis & Ducum Brigantinorum progenitoris, quod dicto Joannis II. Chronico Reſendius inſeruit; illud quippe ad Pereiranum ſtemma illuſtrandum apprime conducit, unde etiam ſæpius Genealogis venit conſulendum. Conf. inf. *Pereira.*

CCCXI. GASPAR ALVAREZ de LOSADA ſeu LOUSADA, Bracharenſis Luſitanus, SS. Theologiæ Licentiatus, & Auguſtini de Caſtro, Archi-Epiſcopi Bracharenſis Secretarius, Reformator dein Patronatuum Regiæ Coronæ, Notariusque ſeu Cuſtos Archivi Regii Turris *do Tombo* „Olyſſiponenſis, Vir, ut Antonii Brandano utar verbis (λ) antiquitatum „non Regni tantum Luſitanici ſed Hiſpaniæ totius cognitione inſtructiſ„ſimus, cui ſtudio adeo indefeſſe incubuit, ut absque illo multa etiam nunc „ignorarentur ab ſcriptoribus præſentis ævi, qui ipſi Gaſpari ea ingenue „accepta referre ſolent. Perfectum habet egregium opus, hoc in fronte „titulo notatum

(528.) „*ESCUDO Real de Portugal*; qui egregie confirmaturus eſt eam, „quam habet, apud exteros omnes inſignis cujusdam eruditionis famam. Complecti autem illud opus de Regio Luſitaniæ ſtemmate Commentarium haud levi conjectura ſuſpicamur. Præterea & peculiariter commentatus eſt Loſada noſter de vetuſtæ nobilitatis i... Luſitanos ſtemmate Souſano ſcripta:

(529.) *HISTORIA de la Caſa de Souſa en Portugal*; quæ typis quidem publicis edita non eſt, ſæpius tamen Genealogis Luſitanis uſu venit, magnique ab iis æſtimatur, teſte Ludovico de Salazar & Caſtro. (μ) Quin & fortiſſimus æque ac eruditiſſimus, Don Maurus de Caſtella Ferrerius in eleganti San-

(κ) Lib. III. cap. 23. pag. 450. col. 2. med.
(λ) In Præfat. Tom. III. Monarchiæ Luſitanicæ, pag. 4.
(μ) In Manuſcripto ſæpe citato, num. 137.

Sancti Jacobi Apostoli Historia, (ν) qui Losadam nostrum *Abbatis eruditi* elogio condecorat, nos edocet, eum de nobilibus Regni Lusitaniæ familiis, commentatum peculiariter esse in opere adhuc ἀνεκδότῳ inscripto:

DE LA Nobleza de las partes Occidentales de Espanna. (530.)

CCCXII. GASPAR BARREIROS Lusitanus Visensis, Canonicus Ecclesiæ primum patriæ, dein & Eborensis Metropolitanæ, Enrico Infanti tum ibidem Archi-Episcopo & Cardinali, post Lusitaniæ Regi in primis charus, pro quo & Legationem in aulam Romanam anno MDXVLI. ad Paulum III. Pontificem maximum suscepit; Vir historiæ antiquitatumque patriarum peritissimus, unde & Ambrosio Morali, qui erroneè eum Ferdinandi prænomine insignit, (ξ) merito audit *hombre de gran noticia de antiguedad y de diligencia notable en averiguarla*; præter varia latino æque ac Lusitanico idiomate edita opuscula (quorum seriem una cum Auctoris vita fusius explanavit Nicolaus Antonius (ο)) etiam meditatus est, (num enim absolverit, ignoratur) insigne opus

DAS LINHAGENS do Portugal, sive Nobiliarium Lusitanicum; Laudant illud tanquam perfectum & manu exaratum Andreas Resendius, (ϖ) *Gaspar Estazo* seu Statius (ρ) & Georgius Cardoso (σ) aliique. Obiit Barreiros post annum MDLX. (531.)

CCCXIII. FR. GASPAR CENTOL, Ordinis Sancti Hieronymi in Cœnobio Gandiæ urbis in Regno Valentino sitæ Monachus, ejusque dein Præfectus, peculiari libello commentatus est de nobilis Viri sanctitate insignis Michaëlis Lopesii Grez vita & actis in libello:

RELACION de la vida, virtudes, muerte y entierro del Siervo de Dios Mossen Miguel Lopez Grez Navarro, Vicario de Rotera en el Reino de Valencia, inscripto & Pampilone impresso typis Caroli de Labayen anno 1606. in octavo; Inseruit libello isti Auctor nonnulla de majoribus beati sui & nobili apud Navarros stemmate *Grezano*, alias vix Genealogis noto. (532.)

CCCXIV. GASPAR ESCOLANO, patria Valentinus, Regnisque illius Historiographus Regius, & ad Sancti Stephani urbis Valentiæ ædem Parochialem Rector, post Martinum Vicianam, Petrumque Antonium Beu-

 terum,

(ν) Lib. II. cap. 2.
(ξ) Historia general de Espanna Lib. X. cap. 31.
(ο) Biblioth. Hispan. Tom. I. pag. 398. & Tom. II. pag. 294.
(ϖ) In Epistola ad Bartholomæum Quevedo, ubi Barreiram quoque plagii insimulat.
(ρ) In antiquitt. Lusitanicis cap. 53.
(σ) In Hagiologio Lusitanico vol. 3. d. 4. Maji, lit. b.

terum, ut Nicolai Antonii verbis utar (τ) patriis rebus ſcripto conſignandis intentus, excuſſo eum in finem urbis Tabulario, pluribusque aliis veteris ævi monumentis ad rem accurate pertractandam decennii totius opera collectis, digeſtis, atque in Hiſtoriæ corpus transformatis duobus ſat craſſis voluminibus in vulgus edidit

(533.) *DECADA primera de la Hiſtoria de la inſigne y coronada Ciudad y Reino de Valencia.* Prior Tomus prodiit Valentiæ typis Petri Patritii Mey anno 1610. in folio, poſterior ibidem anno 1611. itidem in folio. Reliquæ duæ, quas Auctor promiſerat, Decades, lucem publicam hactenus, quod ſciam, non adſpexerunt. Aſſerit autem Ludovicus noſter de Salazar & Caſtro (υ) inſeruiſſe Eſcolanum integro iſti operi præcipua nobilium Valentinorum ſtemmata, & poſt Vicianam nil melius perfectumque magis inter typis edita monumenta circa Regni Valentini Genealogias haberi poſſe.

CCCXV. GASPAR ESTAZO, quod latine aut STATIUS vertas oportet aut EUSTACHIUS, Luſitanus, Eboræ ſi non natus, ſaltem à decimo ætatis anno educatus apud Antiſtitem Henricum Luſitaniæ infantem, Cardinalemque & poſt Regem; Vir, Nicolao Antonio (φ) teſte, ſtudio rerum antiquarum, defæcatoque ac virili judicio præſtans, operi ſuo egregio, quod lingua vernacula inſcriptum:

(534.) *VARIAS antiguedades de Portugal* Olyſſipone apud Petrum Craesbeck anno 1625. in folio edi curavit, adjecit

(535.) *TRATADO de Linhagem dos Eſtaços, naturales da Ciudade de Evora;* ſeu de proprio ſtemmate Commentarium.

CCCXVI. DON GASPAR GARCERAN de PINOS & CASTRO, Comes de *Guimera,* & Vice-Comes de *Ebol* & *Alquer-Foradat*, Aragonenſis, Regnique hujus antiquitatum non mediocriter gnarus, Hiſtoriam antiquorum Ripacurtiæ Comitum Genealogicam compoſuit, ſub titulo:

(536.) *TABLAS demonſtrativas de los antiguos y modernos Condes de Ribagorza;* Exemplar operis hujus manu exaratum & donatione *Ferdinandi de Aragon.* Ducis *de Villa hermoſa* poſſedit Joſephus *Pellicerius de Tovar & Oſſau*, ut ipſe Nicolao retulit Antonio. (χ) Porro & ſub infra ſuo loco laudandi

(τ) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. pag. 401. col. 2.
(υ) In Manuſcripto ſæpe citato num. 33.
(φ) In Biblioth. Hiſpan. Tom. I. pag. 401. col. 2.
(χ) In Biblioth. Hiſpana Tom. I. pag. 402. col. 2. pr.

dandi Ludovici de Vera, quem Comes noster à secretis habuit, nomine typis Barcinonensibus evulgatum opus

EL SUMARIO Genealogico de la Casa de Pinos inscriptum ipsum Comitem nostrum habere Auctorem, testantur, qui eum laudarunt, Stephanus Corbera (ψ) ac Joannes Franciscus Andreas de Uztarroz. (ω) (537.)

CCCXVII. DON GASPAR HENRIQUEZ de LACARRA & ALABA, Petri *de Alaba* & *Esquivel*, Domini de *Marquinez*, & *Lupercia Henriquez de la Carra & Navarra, Philippi Navarræ Marescalli*, & Domini *de Ablitas* filiæ filius, primus Comes de *Ablitas* à Philippo IV. Hispaniæ Rege creatus, Vice-Comes item *de Valderro* & Baro *de Ezpeleta* per matrimonium cum Domina *Hieronyma de Ezpeleta* & *Gongora*, unica *Don Beltrani de Ezpeleta, Baronis de Ezpeleta & Vice-Comitis de Valderro* ex *Maria de Gongora* filia contractum; Is, ut quo jure ad Marescalli Navarræ avitam dignitatem adspiraret, demonstratum iret, Philippo IV. Regi obtulit supplicem libellum, seu

MEMORIAL de la Casa de la Carra y Navarra Sennores de Ablitas y Marescales de Castilla, cui totum *Ablitarum* stemma, (quo de antea nihil exstabat literis consignatum) inseruit. Quin & compositum ab Auctore Anonymo anno 1657. libellum, cui titulus: (538.)

GENEALOGIA de la Casa de Alava illustrissimus Comes noster Commentariis notisque illustravit, & prosapiarum seriem per integri decursum Sæculi continuatum dedit; quod optimum omnium de Alavensi stemmate litteris exaratorum esse monumentorum testatur Ludovicus de Salazar & Castro, qui utrumque comitis nostri opus inter κειμήλια sua manuscripta asservat. (α) (539.)

CCCXVIII. DON GASPAR IBANNEZ de MENDOZA, SEGOVIA & AREVALO PERALTA & CARDENAS, *Matthæi Ibannez*, secundi Domini de *Corpa* &c. ex *Elvira de Peralta & Cardenas* filius inter duodecim primogenitus, natus Matriti die 5. Junii anni MDCXXVIII. Ordinis Alcantarensis Eques, Marchio de *Mondejar*, *Valmermoso*, & *Agropoli*, Comes de *Tendilla*, Dominus provinciæ *Almoguera*, & oppidorum *Corpa*, *Meco*, *Loranca*, *Fuente novilla*, *Arançueque*, *la Armunna*, *Fuente el viejo*, *Annazon*, *Vienna*, *Anguix* & *Miralcampo*, Præfectus (*Alcayde*) arcis *Albambra* in urbe Gra-

(ψ) In Vita Dominæ Mariæ de Cervellon cap. 78. fol. 205.
(ω) In notis marginal. ad Blancæ Coronationes Regum Aragoniæ fol. 71. lit. R. & in notitia manuscriptorum ejusdem libri, titulo: Anales de Ripol.
(α) In Manuscripto sæpe citato num. 162. & 188.

Granata, & Regni Granatenſis Capitaneus Generalis, Centurio levis armaturæ militum Satellitii veteris Regnorum Caſtellæ &c. Vir, ut clariſſimi Cardinalis Eccleſiæ Romanæ Joſephi Saenz de Aguerre verbis (β) utar, ſcriptis ſuis ac varia eruditione celebris, inſigni item & exquiſita omnisque generis librorum apparatu inſtructiſſima Bibliotheca munitus, plurima Genealogici argumenti opuſcula tum in lucem edidit, tum proelo parata habet. Illa inter conſpicua ſunt ſub alio, domeſticorum nimirum nomine promulgata duo, quorum alterum paternum Segovianum ſtemma explicans ſub Don *Joannis Roman & Cardenas* nomine ſic in fronte notatum

(540.) *NOTICIAS Genealogicas de la Caſa y linage de Segovia* prodiit typis Matritenſibus anno 1690. in quarto; alterum, inſcriptum:

(541.) *HISTORIA de la Caſa de Vega ſub Petri de Olivera & Vergara* nomine prodiit Matriti anno circiter 1680. in folio, primæque Marchionis noſtri uxoris *Joannæ de Vegas & Acunna, Sueri de Vega & Caſtilla*, ac *Joannæ de Acunna & Guzman filiæ* ſtemma & majores ampliſſime deducit; ut pluribus ſub utriusque editoris nomine infra dicetur. Quæ proelo jam parata habet Marchio Genealogica opuſcula, plura ſunt, ex quibus ſequentium notitiam nobis ſuppeditavit amiciſſimus Ludovicus de Salazar & Caſtro. (γ)

(542.) *HISTORIA Genealogica de la gran Caſa de Moncada*, duobus in folio voluminibus comprehenſa.

(543.) *HISTORIA Genealogica de los Condes de Tendilla*, in qua commentandum ſibi ſumſit ſimilis argumenti opus à Sacellano quodam dictorum Comitum olim elaboratum, de quo inferius ſub *Tendillæ* Comitum titulo dicendi nobis locus erit.

(544.) *TRATADO de las Grandezas de la Caſa del Duque de Medina Celi;* Cerdanum, Aragonium, Cardonenſe, Riberanum, & plurima alia nobiliſſima Hiſpaniæ ſtemmata ſanguine illis juncta deducens.

(545.) *DE LOS ancianos Sennores de Monpeller*, opus eximium, & quod magno in pretio habet Ludovicus de Salazar & Caſtro, (δ) ſimilis argumenti cum inſigni clariſſimi Guilielmi Catel, qui *Memoires de Languedoc* compoſuit, opere; num tamen hocce Marchionis noſtri Liber penitus fuerit abſolutus, dubium eſt.

H.

(β) In Præfat. notitiæ Conciliorum Hiſpaniæ, pag. m. 21. §. 7.
(γ) In Manuſcripto ſæpe citato num 125.
(δ) Advertencias Hiſtoricas pag. 280. med.

HISTORIA Genealogica de los Condes de Tolosa, itidem, ut credo, adhuc imperfecta. (546.)

GENEALOGIA de la Casa de Rocafull, quæ insignis inter Catalanas illustres familias claret, Comitum Baronumque titulo conspicua, (547.)

GENEALOGIA de la Casa de Velasco, inter Magnates Hispanos eximia, Condestabilis Castellæ hereditaria dignitate nobilis, ut taceam plurima alia opuscula, quibus ultimam adhuc limam Auctor noster imposuit, quorumque, ne jacturam faciat posteritas, haud immerito est metuendum. Quæ diversi à foro nostro argumenti sunt Marchionis nostri opera typis publicis edita, recensuit exacte Nicolaus Antonius, (ε) in cujus supplementum addi meretur eruditum Herois nostri opus, inscriptum: (548.)

DISSERTACIONES Ecclesiasticas por el honor de los antiguos Tutelares contra las ficciones modernas, quod sub initium sæculi hujus Cæsaraugustanis excusum typis prodiit in folio. Singulari cæterum elogio & Marchionem condecoravit Didacus Josephus Dormer (ζ) ut & Salazarius noster (η) cujus verba, ut jacent, heic subjungere placuit: *Si el Marques,* " *como es sabio è infatigable, tuviesse mejor eleccion en sus escritos, no aoria, que* " *dessear, para estimarle varon grande en todo linage de buenas letras.* " In vivis adhuc fuit anno MDCCIV. (549.)

FR. GASPAR RUIZ de MONTIANO, Ordinis Sancti Benedicti in celeberrimo Sancti Dominici *de Silos* Cœnobio Sodalis, Theologiæ, Mathematices & Historiæ peritissimus à Civibus laudatur, magnoque cum studio elaboravit, ac circa annum 1630. perfectam dedit CCCXIX.

LA HISTORIA del Monasterio de Santo Domingo de Silos, cui egregio operi Auctor inseruit sancti Dominici de Guzman, Dominicanorum Ordinis Patriarchæ Genealogiam, Guzmannicum inprimis nobile stemma, tum & plurimas alias illustres prosapias Hispanas fusius deducendo, unde sæpius Genealogis consulendus venit, eoque nomine laudatur Francisco Sotæ, Asturicensium Chronographo (θ) qui Codicem Auctoris manu exaratum evolvit in Archivo dicti Monasterii Sancti Dominici *de Silos*. Æquum putamus, hic annotare levem Nicolai Antonii prætervidentiam, qui Ruizium nostrum, Hispanum Senecæ libri de Beneficiis inter- (550.)

(ε) Biblioth. Hispanæ Tom. I. pag. 404. col. 1. & Tom II. pag. 295. col. 1.
(ζ) In Progressos de la Historia de Aragon fol. 305. & 306.
(η) In Manuscripto sæpe citato num. 125.
(θ) Chronica de los Principes de Asturias Lib. III. cap. 58. fol 600. §. 8.

interpretem (cognomine forsan *Montiano* seductus) in duos eosque diversos distinxit Auctores (ι) cum nonnisi unus utriusque operis sit Auctor.

CCCXX. GASPAR SCIOPPIUS Francus, Comes, Claravallæ, Patritius Romanus, Consiliarius Cæsareus, Regius Hispanicus & Archiducalis Austriacus, & ad Pontificem Romanum Ex-Legatus, Patavii obiit anno MDCXLIX. ætatis LXXIX. Vir πολυμαθέστατος, & innumeris fere opusculis Grammaticis, Criticis, Philologicis, Historicis, Politicis, Theologicis & Anti-Jesuiticis (quorum omnium succinctum ipse Catalogum formavit in rarissime obvio illo libello, quem sub *Oporini Grubinii* nomine & *Amphotidum Scioppianorum* titulo edidit Parisiis anno 1611. in octavo) celeberrimus, quæ inter ad nostrum spectare forum, & heic recenseri æquum ducimus librum:

(551.) *DE ARAGONIÆ Regum origine & posteritate*, Mediolani editum apud Joannem Baptistam Bidellium anno 1628. in octavo. Elogium Scioppii exhibet Julius Cæsar Capaccius, de ejusque vita & scriptis consuli possunt fere omnes sæculi superioris (κ) Bibliographi.

CCCXXI. DON GENESIUS (vulgo GINER) de PERELLOS, Baro de *Dosaguas* (quæ Baronia est Regni Valentini) Valentinus ipse & Ordinis Alcantarensis Eques, Dominus oppiduli *Benetuser* & Castelli de *Madrona* cujus ex Domina Luisa Pardo de la Casta, (Felicis Pardo, Commendatarii oppidi Ares, Ordinis Equestris Montesæ & Gubernatoris Cremonensis, qui anno 1688. die 7. Aprilis fatis functus est) natus filius cognominis *Ginerius Perellos* hodienum, in vivis est; Obtulit Genesius pater circa annum 1700. Carolo II. Regi supplicem libellum, seu

(552.) *MEMORIAL de la Calidad servicios de la Casa de Perellos*, typis expressum in folio; sed quem ille Auctorem agnoscat me æque ac Ludovicum nostrum de Salazar & Castro, quibus illum recensuit, (λ) latet.

CCCXXII. GEORGIUS CARCOSO Olyssiponensis Lusitanus & in patria Parochus, Theologus & inprimis Historicus clarissimus, cujus inprimis rei testem damus egregium illud vastumque opus, in quo de patria universa, virisque sanguine sanctitate & virtutibus inclytis, qui in Lusitaniæ Regno

(ι) Biblioth. Hispanæ Tom. I. pag. 407. col. 1. m. & Tom. II. pag. 295. col. 1. & pag. 325. col. 2.

(κ) Elogiorum Libro 2.

(λ) In Manuscripto sæpe citato num. 159. & num. 229.

Regno provinciisque ei adquisitis floruerunt, optime meritus est quodque sermone Lusitano conscriptum sub hac prodiit epigraphe:

AGIOLOGIO Lusitano dos Sanctos e Varones illustres en virtude do Reino de Portugal e suas comquistas. Ordinavit illud Auctor juxta fastorum seriem, primosque quatuor anni menses exhibent Tomi duo priores, quorum alter prodiit Olyssipone apud Antonium Craesbeck anno 1652. in folio, alter vero ibidem apud Henricum valentem de Oliveira anno 1657. itidem in folio; tertius Tomus menses duos sequentes exhibens lucem vidit ibidem apud Antonium Craesbeck & Mello anno 1666. in folio; reliqui vero tres Tomi morte Auctoris, qui cum anno MDCLXIX. Matrito in patriam rediisset, brevi post obiit, imperfecti in schedis, quod merito dolendum, remanserunt. Composuit & Cardosus noster (553.)

DE TIARIS Lusitaniæ, seu de Lusitanis illustribus summis Ecclesiasticæ dignitatis fastigiis conspicuis sermone vernaculo opus, quod tum ipse Auctor passim in Hagiologio suo, tum & Antonius Macedo in Lusitania purpurata (μ) laudarunt. Quin & vastum molitus est opus Bibliographicum (554.)

BIBLIOTHECÆ Lusitanæ nomine insignitum, in quo tamen argumento præventum se fuisse à *Joanne Soarez de Brito & Joanne Franço Barreiro*, qui exactissime id tractaturi sint, ipse admonuit; (ν) neutrum tamen horum operam ad umbilicum fuisse perductum, cum Nicolao credimus Antonio. (ξ) (555.)

CCCXXIII. GEORGIUS GUIXARRO, SS. Theologiæ Licentiatus, & ædis Sancto Dominico *de Silos* sacræ in Conchensi urbe Parochialis Beneficiarius, Vir à Joanne Paulo Martirrizo, Conchensi Historico (ο) & Josepho Pellicerio (ϖ) concelebratus, idem, quod superius (CCCXIX. 550.) laudatus Fr. Gaspar Ruiz Montiano argumentum sibi sumsit pertractandum, & magno cum studio & labore congessit

RELACION de la parroquia de Santo Domingo de Silos en Cuenca, quæ adhuc ἀνέκδοτος in scriniis latet curiosorum, & plurima exhibet nobilium Virorum exstantia illic monumenta. Possedit ejus apographum illustrissimus jam laudatus Marchio de Mondejar Don Gaspar Ibannez de (556.)

X 2 Sego-

(μ) Pag. 61.
(ν) In Hagiologio suo Lusitanico Tom. III. ad d. 6. Maji, lit. r.
(ξ) Biblioth Hispan. Tom. I. pag 411. & Tom. II. pag. 295, col, 1.
(ο) Historia de Cuenca Lib I. cap. 5.
(π) In Memoriali de la Casa de Segovia.

Segovia & Peralta, qui ejus mentionem in ſtemmatis ſui Hiſtoria Genealogica fecit. (ϱ)

CCCXXIV. GEORGIUS de MONTEMAYOR, quem à celebri Luſitano illo Dianæ Auctore alium diverſumque merito cum Nicolao Antonio (σ) ſuſpicamur, inſignium nobilitatis Hiſpanæ hiſtoriam ſub titulo:

(557.) *BLASONES* compoſuit, quod opus manu exaratum olim Matriti poſſedit Don Garſias de Salzedo Coronel, Ordinis Sancti Jacobi Eques, apud quem illud Antonius vidit.

CCCXXV. DON GERARDUS de CERVELLON & MERCADER, Valentinus, primus Cervellonæ Comes, ſextus Oropeſæ Baro, Præfectus ſupremus vulgo *Bayle General* Regni Valentiæ, Eques eruditiſſimus, majorum ſuorum depingi curavit imagines, deque illorum ſerie opus proprio Marte formavit Genealogicum, inſcriptum:

(558.) *GENEALOGIA de la Caſa de Cervellon y Mercader*, quod Commentario, anno 1658. typis edito illuſtravit, qui Cervellonenſis ſtemmatis inter Catalana nobilia præcipui Hiſtoriam exacte refert. Laudat opus, qui poſſidet, Don Ludovicus de Salazar & Caſtro. (τ) Cæterum Gerardus noſter Comes ex Domina Anna Maria Vivas, Joſephi Vivas, Domini del Vergel, & Mariæ Vich & Maſco filia uxore ſua non niſi unicam ſuſcepit natam & hæredem Dominam Lauram de Cervellon & Maſco, quæ patruo ſuo Don Gaſtoni Mercader & Carroz, tertio Comiti de Bunnol nubſit, eique Cervellonenſem Comitatum attulit.

CCCXXVI. GOMESIUS vulgo GOMEZ de AVILA, non alio nobis nec ipſi Nicolao Antonio (υ) nomine notus, quam quod Auctor circumferatur Syſtematis Genealogici Hiſpani, quod vulgo

(559.) *NOBILIARIO* Civibus ſuis ſolet indigitari.

CCCXXVII GOMESIUS YANNEZ de ZURARA, Luſitanus, Ordinis Chriſti Eques, & Regii Illyſſiponenſis Tabularii Cuſtos vulgo *Guardamor du Torre do Tombo* ſub Alphonſo V. Portugalliæ Rege, cujus juſſu circa annum MCCCCLXX. Ferdinandi Lupi Hiſtoriographi Regii telam ab Eduardo Rege Alphonſi parente ortam pertexere cœpit, ut prolixius eruit Nicolaus Antonius, qui omnino videatur. (φ) Præterea & ſpecialem conſcripſit

(ϱ) Noticias Genealogicas de Segovia pag. 94. fin.
(σ) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. pag. 413. col. 1. fin.
(τ) In Manuſcripto ſæpe citato, num. 122.
(υ) Biblioth. Hiſpanæ Tom. I. pag. 413. col. 2. fin.
(φ) Biblioth. veteris Hiſpanæ Lib. X. cap. 12. §. 695. ſeqq. pag. 204.

ſcripſit Commentarium, ejusdem Alphonſi Regis juſſu eorum, quæ poſt expugnatam à Mauris Septam Africæ urbem ſub primo ejus urbis præfecto Don Petro Mereſio contigere, quod, ut qua majori poterat diligentia conficeret, in Africam transfretare juſſus fuit, ibique certiora magni hujus Ducis monumenta colligere. Id circumfertur cum Luſitano, qua lingua ſcriptum eſt, hoc titulo:

CHRONICA dos feitos do Conde Don Pedro de Meneſes, primeiro Capitanno que foi de ſepta; adhuc inter ἀνέκδοτα in ſcriniis latens curioſorum. Commentarium hunc Gomezii ſtylo quamvis rudi & ex temporis captu, nec non quandoque inopem & ſupplementi indigentem, plurimum certi ac diligentis continere cenſet Auguſtinus Manuel & Vaſconcelos ſupra XCIII. 146. laudatus in ſimilis argumenti opere. Porro & aliud Gomeſio noſtro Zuraræ cives ejus tribuunt opus, nempe (560.)

DE MIRACULIS magni Portugalliæ Conneſtabilis Don Nunnii Alvarez de Pereira, Regii & Ducalis Bragantini ſtemmatis Conditoris, vernacula itidem Lingua exaratum & adhuc ἀνέκδοτον, ut Georgius Cardoſo (χ) annotatum reliquit; utrumque vero horum operum inter noſtros Genealogos aliquem mereri locum facile credimus, ob Meneſiani æque ac Pereirani ſtemmatis hiſtoriam. (561.)

CCCXXVIII FR. GREGORIUS (non Georgius, ut errore typothetæ apud Nicolaum legitur Antonium: (ψ) DE ALFARO Cordubenſis, Ordinis Sancti Benedicti Monachus, & Cœnobii Sanctæ Mariæ *del Bueſſo* Abbas, præter varia Theologici argumenti opuſcula etiam

VIDA del Illuſtriſſimo Sennor Don Franciſco de Reynoſo con la de ſu ſobrino Don Geronimo de Reynoſo, Canonigo de Palencia, Pinciæ impreſſum opus anno 1617. in quarto conſcripſit, eique de nobili Reynoſorum ſtemmate quædam inſeruit. (562.)

CCCXXIX. FR. GREGORIUS de ARGAIZ, Lucronio Caſtellæ veteris urbe vulgo *Logronno* oriundus, Ordinis Sancti Benedicti Monachus in Monaſterio primum Sancti Salvatoris Onnenſi, dein in illo Sanctæ Mariæ Najarenſi, SS. Theologiæ Magiſter, & Ordinis ſui Hiſtoriographus, Vir fabularum, ſi quisquam alius, amantiſſimus, & Auctorum ſuppoſititiorum paraſtates ac hyperaſpiſtes acerrimus, coacervavit inepta plurima figmenta in operoſo octo voluminum opere, cui magnificum præfixit titulum:

(χ) Hagiologii Luſitanici Tom. III. ad diem 12. Maji.
(ψ) Biblioth. Hiſpanæ Tom. I. pag. 414. col. 2.

(563.) *POBLACION Ecleſiaſtica de Eſpanna, y noticia de ſus primeras honrras, hallada en los eſcritos de San Gregorio Obispo de Granada, y en el Chronicon de Hauberto monge de San Benito, y continuada en los eſcritos y Chronicon de Hauberto Hiſpalenſe* &c. Quatuor ex octo illis voluminibus jam lucem adſpexere publicam typis Matritenſibus Gregorii Rodriguez annis 1667. 1668. ſequentibusque in folio, ſucceſſere dein alia ſimilis farinæ molisque opera *CORONA Real de Eſpanna fundada en eberedito de los muertos, y vida de San Hierotheo, Obispo de Athenas y Segovia.* Ibidem apud eundem 1668. in folio, item *LA SOLODAD Laureada per San Benito y ſus hijos en las Igleſias de Eſpanna* ſive Annales Ordinis Benedictini Hiſpaniæ. ibid. 1675. in fol. 7. voll. porro *INSTRUCCION hiſtorica y apologetica para religioſos Eccleſiaſticos y ſeglares* ibid. 1678. in fol. tandemque *LA PERLA de Catalunna.* ibid. anno 1677. in folio. Prolixi nimis eſſemus, ſi ad incudem opus hoc & Auctores ſuppoſititios pro genuinis antiquitatum monumentis orbi erudito venditos revocaremus, præſertim, cum poſt Joſephum Pellicerium, & Nicolaum Antonium, quorum ille plura eo de argumento opuſcula in veritatis fulcimentum edidit, hic exacte idem exſecutus eſt in veteri ſua Hiſpana Bibliotheca (ω) actum agere videremur. Id tantum monemus, ſparſim in dictis operibus exhiberi Origines & ſucceſſiones celebriorum inter Nobiles Hiſpanas familiarum, ſed eadem ſæpius, quam reliqua Hiſtorica merentur, id eſt, exigua aut plane nulla fide, teſte ipſo Pellicerio in Bibliotheca ſuorum operum. (α)

CCCXXX. FR. GREGORIUS GARZIA, in oppido *Cozar* Dioeceſeos Toletanæ natus, Ordinis Sancti Dominici Prædicatorum in Cœnobio urbis Beacienſis Monachus, in Indiæ Occidentalis borealibus æque ac auſtralibus regnis diu peregrinatus, & inde redux tum de Indorum Americanorum origine, edito libro:

(564.) *ORIGEN de los Indios del nuevo mundo* inſcripto & Valentiæ typis Patritii Mey anno 1607. in octavo impreſſo commentatus eſt, tum & ſpeciatim Peruvianorum Monarcharum familia, quæ ſucceſſu temporis pluribus nobilibus Hiſpanis ſe innexuit, & ob id heic aliquem ſortiri meretur locum, illuſtratam dedit, conſcripto, qui adhuc ἀνέκδοτος latet, libello hujus tituli:

(565.) *MONARQUIA de los Yncas del Piru.*

DON

(ω) Lib. VI. cap. 22. pag. 400. ſeqq.
(α) Fol. 75. b.

DON GREGORIUS de TAPIA & SALZEDO, Matritensis, Gregorii Tapiæ, Philippi IV. Regis Status & Belli Secretarii filius Ordinis Divi Jacobi Eques, & ejusdem Ordinis generalis Procurator Fiscalis, atque stabuli Regii Præfectus sive Strator, præter edita typis CCCXXXI.

MEMORIAL de la antiguedad de la Sagrada Orden de Sant-Jago, quod Matriti excusum fuit ab Alphonso de Paredes anno 1650. in quarto & aliena exaratum vitula a sagacioribus creditur, ut & (566.)

FORMULARIO y modo de armas Cavalleros de la Orden de Sant-Jago, ibidem anno 1658. impressum, in quo itidem formando Josephi Pellicerii similis argumenti libello valdopere usus est, etiam ἀνέκδοτα in scriniis post se reliquit sequentia bina opuscula: (567.)

EPITOME de la vida y milagros de la Santa Infanta Donna Sancha, religiosa de la Orden de Sant-Jago; In hoc stemma Regium Castellanum Auctor quadantenus illustravit; alterum inscribitur: (568.)

DEL TIMBRE que usa en sus armas la Casa de Sarmiento, in hoc Heraldicam Hispanam artem sub incudem revocavit; operisque hujus cum laude meminit Josephus Pellicerius (β) qui & alibi Tapiam condigno encomio celebravit (γ) & nonnullibi (δ) nos edocet, eum obiisse sub initium anni MDCLXXI. hærede scripto avunculo Joanne de Tapia, Ordinis Sancti Jacobi Equite, & urbis Matritensis Senatore. Cæterum peculiare, quo Tapiam nostrum laudavit, opus in publicum emisit *Philippus Salzedo* (an filius Gregorii an cognatus, me latet) (569.)

ELOGIOS de Don Gregorio de Tapia y Salzedo &c. inscriptum, & Matritensibus typis impressum anno 1664. in quarto; id quod nos edocuit laudatus modo Josephus Pellicerius. (ε) (570.)

GUEVARRA, illustrissima & ex antiquissimorum Navarræ Regum sanguine ortum derivans familia, titulisque Comitum de Onnate, Escalante, Camporeal, Marchionumque Quintanæ Turrium, aliisque hodienum conspicua, præter plurimos alios, quorum nomina passim in hoc nostro libello occurrunt, scriptores etiam Anonymum nacta est Auctorem, qui peculiari opera seriem hujus stemmatis contexuit, quæ sub titulo: CCCXXXII.

RESUMEN de la Genealogia de la Casa de Guevarra, præfixa reperitur Antonii de Guevarra, clarissimi Mondonnedensium Episcopi aureis Epistolis (571.)

(β) Informe de los Sarmientos fol. 35.
(γ) Bibliotheca de sus escritos fol. 17. b.
(δ) Bibliotheca de sus escritos fol. 101. a.
(ε) Bibliotheca de sus escritos fol. 30. fin.

ſtolis Matriti anno 1668. in quarto impreſſis. Laudat idem opuſculum quoque P. Gabriel de Henao (ζ) Biſcainus Hiſtoricus.

CCCXXXIII FR. GUILIELMUS de PASSIONE, Luſitanus, Ordinis Ciſterciensium in celeberrimo totius Luſitaniæ Monaſterio Alcobacienſi Monachus & Abbas, in civitate Bracharenſi natus, Vir eximiæ pietatis Georgio Cardoſo (η) collaudatus, circa annum MDLXXII. magno elaboravit ſtudio

(572.) *CHRONICON Domus Alcobazienſis*, quod ceu promptuarium quoddam totius Luſitanicæ Hiſtoriæ æque ac nobilium in ea ſtemmatum notitiæ deprædicat Angelus Manrique, ejusdem Ordinis Monachus & Hiſtoriographus, qui opus illud noſtri manu exaratum (ἀνέκδοτον quippe adhuc) manibus tractavit (θ) qui & alibi Auctor eſt, noſtrum

(573.) *DE FUNDATIONIBUS Cœnobiorum Regni Luſitaniæ*, quo in argumento itidem frequens eſt Virorum feminarumque nobilium memoria, fuiſſe commentatum. (ι)

CCCXXXIV GUILIELMUS PELLICER (Gallusne an Hiſpanus haud facile definiverim) Epiſcopus Montispeſſulani Gallis *Montpelier* dicti, circa annum MD. de proprio ſtemmate conſcripſit Commentarium, inſignitum

(574.) *TRACTATUS de gente Pelita ſeu Pelliceria*, celebri per Benearniam, Navarram, Aragoniam, Cataloniam Valentiamque; Dedicavit illum Auctor Don Franciſco Pellicerio Archi-Epiſcopo Sacerano, vulgo de *Sacer*; Gaſparis Pellicerii, Domini Majoratus familiæ iſtius in Regno Valentiæ, & Dominæ Catharinæ Aimerich & Centelles filio, cujus majores & poſteros quoque fuſius explicatos dedit Fr. Philippus de Gandara in ſuo Gallæciæ Nobiliario. (κ)

CCCXXXV. GUILIELMUS de VALLESICCA, Barcinonenſis Catalanus, Juriſconſultus & inter Uſaticorum Cataloniæ Gloſſatores a nobis in Themide Hiſpana (λ) olim laudatus, etiam heic inter Genealogos nobis recenſendus venit; In Commentariis enim ſuis modo laudatis peculiariter

(575.) *STEMMA Comitum Barcinonenſium*, & inde oriundorum Regum Aragoniæ elucidatum dedit; Teſtatur id Antonius de Olibano, Catalanus

(ζ) Averiguaciones de las antiguedades de Cantabria in Tomi primi præfatione.
(η) In Hagiologio Luſitanico ad diem XXI. Maji. lit. d.
(θ) Anales del Orden del Ciſter Tomo II. ad an. MDLXXI. cap. 17.
(ι) Anales del Ciſter Tom. II. ad an. MDCXXI. cap. 8. num. 2.
(κ) Lib III. cap. 5. pag. 336. fin.
(λ) Sectione X. §. 17.

nus & idem Jureconſultus (μ) his verbis: Guilielmus de Valleſicca, magnus in Legibus patriis Doctor, cujus ſententia lubenter ab omnibus recepta eſt, qui & Hiſtoriam Comitum Barcinonenſium totamque originem Regalis proſapiæ enarravit in Uſatico: *Cum Dominus Raymundus* &c. Scripſit Guilielmus noſter ſub Petro IV. Alphonſi III. filio, Aragoniæ Rege circa annum MCCCC. cujus & Cancellarius fuiſſe perhibetur.

GUNDISALVUS ſive GONSALEZ de ANDIA, nomen mihi plane ignotum, Nicolao Antonio (ν) teſte ſcripſiſſe dicitur ac edidiſſe CCCXXXVI

DESCRIPCION de las Caſas Solares de Eſpanna. Matriti anno 1620. in folio. *Caſas Solares* Hiſpanis audiunt familiæ illæ ſive ſtemmata nobilia, quæ certis prædiis, fundis aut palatiis domibusque hæreditario jure acquiſitis, aut etiam majoratibus gaudent, prout Germanis noſtris in uſu venit, voce **Stamm-Häuſer** ea indigitare. (576.)

DON GUNDISALVUS ARGOTE MOLINA, non Beaciæ, vulgo *Baeza*, ut Nicolaus credidit Antonius, (ξ) ſed Hiſpali, primaria Hiſpaniæ Bæticæ urbe natus parentibus, utrinque nota nobilique ſtirpe ſatis, à juventute inde literis æque ac armis ſe mancipavit, militaria ſub Philippo II. Rege ſtipendia merens in bello Granatenſi contra Mauros rebelles geſto anno MDLXVIII. contra Piratas item Canarienſes ſtrenue dimicavit; redux tandem è bello Hiſpali in urbe patria ſedem fixit, ejus Decurio vulgo *Veintiquatro* creatus, ſimulque Præfectus militum ſecuritati viarum publicarum contra prædones invigilantium, quod muneris Hiſpanis *Provincial de la Hermandad* indigitatur, ut & ſupremus copiarum Bæticarum Vexillifer ſeu *Alferez mayor;* quæ munia tamen noſtrum plurimis cum Capitulo Hiſpalenſi litibus implicuerunt. Uxorem Hiſpali duxit Dominam Conſtantiam, Auguſtini de Herrera & Rojas, Marchionis de Lanzarote filiam naturalem, & pro tempore hæredem unicam, unde ſtatim Soceri titulum, ipſo adhuc vivo aſſumſit, Marchionem de Lanzarote (qui Marchionatus eſt unius ex Inſularum Fortunatarum numero nomine inſignitus) ſeſe ſcribens, ſed tamen ſpe ſucceſſionis illius dein cecidit, nata ſocero ex repetito matrimonio eoque legitimo maſcula prole, unde (gentilitio forſan) Domini Turris Æegidii Olitenſis (*Torre de Gil-de Olid*) cognomento Argote noſtrum dein vivere contentum oportuit; unde CCCXXXVII.

(μ) In Comment. ſus ad uſitaticos.
(ν) Biblioth, Hiſpan. Tom. I. pag. 421. f.
(ξ) Ibidem.

unde ingravescente senio infelix, liberis etiam, quos omnes vivus extulit, orbus, angustiaque rei familiaris pressus, cum elato semper spiritu ad meliorem contenderet fortunam, mente turbatus est, & demum circa annum MDXC. in vivis esse desiit. Hæredem scripsit Don Garsiam Lopez de Cardenas cognatum suum, cui & supellectilem librariam legavit, cujus tamen maxima pars statim ab obitu Auctoris sacra auri fame distracta est, reliquum vero arcte adeo custodivit dictas Garsias, ut & ejus vel minimam particulam se possidere præfracte semper negaverit, usque dum diu post ejus obitum anno MDCLXXI. cum tineis & blattis luctantia & maximam partem exesa ac corrupta deprehenderentur, magnoque cum antiquariæ rei Hispanicæ damno, irreparabilique jactura plurima pervetusta Chronica, Diplomata & documenta interirent; Nonnulla ex iis, quæ vix amplius legibilia, in variorum inciderant manus & pauca quædam ad Don Didacum Ortiz de Zunniga, Annalium Hispalensium conditorem, qui debitum Argote nostro elogium suspendit (o) devenerunt. Sed, ut ad ingenii fœtus librosque à Gundisalvo nostro scriptos transeamus, monendum est, eum vastum animo concepisse Hispaniæ Bæticæ seu Andalusiæ totius condendi Historiam Genealogicam propositum; opusque tripartitum meditatum, cujus prima parte urbium Beaciæ, Ubetæ & Giennii, altera urbis Cordubæ, tertiaque demum urbis Hispalensis historiam complecti volebat; ast non nisi prima totius operis pars, nec ea integra lucem vidit; Ex quatuor enim libris Historiæ Regni Giennensis, non nisi duo prodiere priores in volumine isto, quod typis impressum prostat hoc titulo notatum:

(577.) *NOBLEZA del Andaluzia; Al Catolico Don Philippe N. S. Rey de las Espannas* &c. Sevillæ apud Ferdinandum Diaz anno 1588. in folio, 8. Alphabetorum mole; Promisit quidem in præfatione ad Regnum Giennense Auctor, sudare jam sub prœlo tertium quartumque operis istius librum; Sed hactenus, quod sciam, nil eorum typis emanavit; Manuscriptum tamen Codicem in illustris Joannis Lucæ Cortesii Bibliotheca Matriti olim duodecim Imperialium pretio coemit Beatus Dominus Fridericus Adolphus Hansen ab Ehrencron, ceu ipse mihi in Epistola quadam retulit:

(578.) *NOBILIARIO y Libro de Armeira de Andaluzia por Gonsalo Argote Molina Tomo primero y segundo* inscriptum, in quo dictæ Partis primæ quatuor libros junctim exstitisse commemorat. Nec dubito, quin idem opus sit, quod,

(o) Anales de la Ciudad de Sevilla pag. 706. §. 3.

quod, ut supra sub Baezæ titulo XCIV. 149. & 150. monuimus, possedit Martinus de Ximena a posteris hæredum Argote nostri coemtum. Sunt, qui reliquas duas partes Regnorum puta Cordubensis & Hispalensis Historiam Genealogicam ab Auctore nostro itidem absolutam putant, sed conjectura nimis levi & omni veritatis pondere carente nituntur. Certum enim est, si quidquam tale ab Argote unquam fuit affectum, ad umbilicum tamen ab eo perductum non fuisse; quod enim Nicolaus Antonius asserit, tertiam operis partem, quæ familias Hispalensis urbis complectebatur, quæ in suburbicaria divisione tempore Alphonsi X. Regis sapientis inter expugnatores facta nominantur, apud se habuisse Petrum Salazarem de Mendoza, eamque Olivariensi Comiti Ducique tanquam Thesaurum quendam obtulisse, sinistre ab Antonio intellellectum credimus, cum alius plane sit ille liber, ut mox num. 584. dicetur. Diversum item Antonio videtur a prælaudato opere Argotii aliud opus, nuncupatum

HISTORIA de las Ciudades de Baeça y Ubeda, quod Joannes Peresius de Moya (infra suo loco recensendus) in libello de fœminis illustribus semel atque iterum laudat, res inde referens, quæ in Nobilitatis Historia impressa desiderantur; verum nos illud alteram primæ partis partem ἀνέκδοτον, eundemque cum illo Ximenæ Codicem merito suspicamur. Sed satis de his! properemus ad alia. Primus Argote noster clarissimi Hispaniæ Infantis *Joannis Manuel* Emanuelis Infantis filii ex Domina Beatrice Sabaudiæ Ducissa (quam falso Antonius in Bibliotheca veteri Joannis uxorem asserit) ac Ferdinandi III. cognomento Sancti Nepotis, Villenæ Principis Ducisque de *Pennafiel* aureum opus consiliorum moralium & frugi rerum plenum (579.)

EL CONDE Lucanor inscriptum, & Dialogi instar adornatum retenta, uti decuit, antiqua Auctoris phrasi Hispali apud Henricum Diaz anno 1575. in quarto in lucem edidit, & doctæ illi fabulæ adjunxit (580.)

LA VIDA del Infante Don Juan Manuel; el principio y succession de la Casa de los Manueles; con un Discurso de la Poesia Castellana contenida en este libro; Eundem dein librum Matriti iterum edidit Joannes Diaz de la Carrera anno 1642. in quarto, quæ tamen editio nonnullas continet additiones, quæ Argote nostrum auctorem non habent, sed a Manuelicæ domus asseclis inserta fuerunt, ut Josephus Pellicerius (ϖ) & Ludovicus de Salazar & Castro (ρ) affirmant. Quin & in ipso Joannis Manuelis opere *el* (581.)

(π) In Memorial por Don Fernando de los Rios fol. 33. num. 7.
(ρ) In Manuscripto sæpe citato num. 10.

Conde Lucanor dicto multa inprimis circa matrimonia & ſucceſſiones Virorum nobilium aperte falſa & abſurda contineri cenſet citatus modo Salazar de Caſtro (σ) quæ Genealogi ſæpius cœca obedientia deſcripſere. Duobus autem operis hujus Codicibus ad ſuam formandam editionem uſus eſt Argote Molina, alterum poſſedit Hieronymus Zurita, in folio charactere antiquo exaratum, capitumque inſcriptionibus rubro inſcriptis decoratum; poſſidet illud hodie eruditiſſimus, ut ait Joannes Franciſcus Andres Uztarrozius (τ) Sancti Clementis Comes, alterum olim habuit Doctor Oretanus, Illuſtriſſimi Medinæ Sidoniæ Ducis Præceptor & clariſſimi Viri Joannis Honorati diſcipulus, ut idem Uztarrozius affirmat. Exſtat & porro Auctoris noſtri nomine inſignitum aliud opus Genealogicum, adhuc licet ἀνέκδοτον

(582.) *TRATADO de la Caſa de Argote* inſcriptum, & maſculam ipſius ſtirpem dilucidans, cujus exemplar poſſedit olim Joſephus Pellicerius, qui cum Auctoris debito encomio illud citat. (υ) Prœlo item Argote noſtrum habuiſſe paratum aliud adhuc opus Hiſtorico-Genealogicum, a ſe confectum, & ſic in fronte notatum

(583.) *VIDA y linage de Don Pedro Ninno, Conde de Buelna y Sennor de Cigales*, ipſe nos edocuit (φ) quod diverſum quid a mox laudandi *Gutierre de Gamez* ſimilis argumenti opere merito ſuſpicamur. Tandem & in Illuſtriſſimi Don Petri de Rojas Comitis de Mora inſtructiſſima Bibliotheca elegans exſtitit Codex manu exaratus, ſic in fronte notatus:

(584.) *REPARTIMIENTO de Sevilla, con introduccion y elogios de Don Gonſalo Argote Molina;* Hunc eundem eſſe, quem Petrum Salazar de Mendoza Comiti Duci Olivarienſi tanquam theſaurum obtuliſſe, & Nicolaum Antonium pro tertia Nobiliarii Bætici parte habuiſſe ſupra diximus, nobis eſt perſuaſiſſimum. Uſus eo eſt laudatus ſupra Didacus Ortiz de Zunniga in condendo ſuo Annalium Hiſpalenſium opere, ut ipſe fatetur. (χ) Idem Ortizius ſimul affirmat, poſſidere ſemetipſum alium bonæ notæ, genuinæque antiquitatis Codicem, eodem titulo, nempe

(585.) *REPARTIMIENTO de los nobles Cavalleros fecho en Sevilla* &c. in fronte notatum, & clariſſimorum antiquitatum Hiſpanicarum Duum-Virorum

(σ) Hiſtoria Genealogica de la Caſa de Lara Lib. XVIII. cap. 1. in fin. pag. 257. in fine.

(τ) Progreſſos de la Hiſtoria de Aragon fol. 252. num. 14.

(υ) Memorial por Don Fernando de los Rios fol. 37. num. 10.

(φ) Nobleza del Andaluzia Lib. II. cap. 85. fol. 209. in fine.

rum Ambrosii Moralis & Gundisalvi Argote Molinæ notis eruditis manuscriptis illustratum; adjectis simul aliis eorundem Auctorum fragmentis, idem illud argumentum illustrantibus. Laudant cæteroquin Argote nostrum, quotquot fere eadem & sequiori ætate per universam Hispaniam scripsere Historici æque ac Genealogi, præsertim Ambrosius Morales (ψ) & fusius adhuc Josephus Pellicerius (ω); Taxare tamen in ipso audet Ferdinandus de Saavedra (α) animum a Saavedrana familia alienum ob lites, quas cum socero Augustino de Herrera ex mascula Saavedrarum stirpe oriundo seruit, quo jure quave injuria vix dixerim.

Fr. GUNDISALVUS DE ARREDONDO ET ALVARADO, Ordinis sancti Benedicti Monachus & Abbas illustris Monasterii Sancti Petri *de Arlanza*, Regumque Catholicorum Ferdinandi V. & Isabellæ Historiographus, circa initium Sæculi decimi sexti absolutum dedit opus CCCXXXVIII

HISTORIA del Conde Fernan Gonsalez de Castilla inscriptum, & hactenus, quod sciam, ineditum; Magni illud, ut Nicolai Antonii (β) adducam verba, a magnis viris habetur, singulariaque Hispanæ Nobilitatis monumenta conservat, uti Thomas Tamajus (γ) ait. Laudant & hoc opus Prudentius de Sandoval in ejusdem Comitis Historia (δ) Athanasius Lobera (ε) Gutherius de Trexo (ζ) Josephus Pellicerius (η) qui exemplar ejus manuscriptum (æque ac Thomas Tamajus) se servare in scriniis suis fatetur; Petrus item de Escalera Guevarra, (θ) Rodrigo Mendez Silva (ι) aliique innumeri. (586.)

DON GUNDISALVUS FERDINANDEZ DE OVIEDO ET VALDES, ex Ovetensi nobili Asturiarum Principatus familia prognatus Matriti circa annum MCCCCLXXVIII. ut ex ipsius verbis (κ) colligimus, cum ait, se anno MDXLVIII. septuagesimum agere ætatis annum; CCCXXXIX

 Anno

(ψ) Antiquedades de Espanna cap. XXXI. fol. 120.
(ω) Memorial del Conde de Miranda fol. 79. b. §. 6. princ.
(α) Genealogia de la Casa de Saavedra, passim.
(β) Bibliothecæ Hispanæ Tom. I. pag. 422. col. 2. med.
(γ) in notis ad Luitprandum Era 921.
(δ) Chronica de los cino Obispos fol. 287. b.
(ε) Historia de la Ciudad de Leon cap. 7.
(ζ) in Prologo Paradisi Deliciarum Pauli Apostoli.
(η) Idea de Catalunna Lib. II. No. II. pag. 161.
(θ) Origen de los Monteros de Espinosa passim.
(ι) Origen de la Casa de Valdes pag. 5. in fine.
(κ) in Relacion de la Casa del Principe Don Juan, circa finem.

Anno MCCCCXC. vix duodecennis puer in Regii juvenis Ducis Villæ hermosæ servitia admissus est, inde Joannis Principis primogeniti Regum Catholicorum Ferdinandi V. & Isabellæ filii ephebus Cubicularis, (seu, ut ipse vocat, *Mozo de Camara*, nos Cammer=*Page* nuncupamus) evasit, quo anno MCCCXCVI. immatura morte in ipso ætatis flore exstincto Friderico Aragonio, Neapolitano Regi ministravit; at hoc dein exauctorato in Hispaniam rediit, & Joannæ Ex-Reginæ Neapolitanæ, Ferdinandique Catholici Regis sorori germanæ a suppellectilis custodia fuit; Potiente dein rerum in Hispania Carolo V. Imperatore anno MDXXXV. in Indiam occidentalem transfretavit, constitutus ab Imperatore urbis æque ac castri sancti Dominici, Insulæ cognominis Metropolis Præfectus, unde post decennium redux anno MDXLV. septuagenario proximus Indiarum Occidentalium Historiographus a Cæsare constitutus est; núm exinde, ut in votis habuit, Indias repetierit, ignoramus, vix tamen ex illo tempore diu in terris superfuisse eum credimus. Præter ea, quæ, ut muneris sui rationem redderet posteritati, elaboravit Historiæ Indicæ monumenta, e quorum libris quinquaginta non nisi viginti priores lucem publicam adspexerunt, etiam de Hispaniæ Magnatibus Nobilibusque optime meritus est conscripto hujus lemmatis libro Historico-Genealogico.

(587.) *LAS QUINQUAGENAS de los generosos y no menos famosos Reyes, Principes, Duques, Marqueses, Condes e Cavalleros e personas notables de Espanna*, cujus exemplar, (ut videtur, antiquis conscriptum superioris sæculi characteribus, miniarioque opere distinctum, tribusque divisum voluminibus, quorum unum quodque in quinquaginta (unde auctori forte operis epigraphen *las quinquagenas* mutuatus est) capita & hæc rursus in paragraphos seu *estanzas* dispescitur;) olim asservatur in selecta Excellentissimi Medinæ Turrium Ducis Bibliotheca, unde communicatum sibi a Don Petro de Velasco, Ordinis sancti Jacobi Equite & Supremi Regii Oeconomi (seu Mayordomo mayor) Vicario aliquandiu manibus trivit, qui sæpius illud citat, Don Petrus de la Escalera Guevarra (λ) ex eoque Nicolaus Antonius (μ). Porro & Ovietus noster, jussu Philippi II. Principis, cum is pro Carolo parente Hispanias regeret, anno MDXLVIII. de statu aulæ Principis Regii Joannis supra laudati, nobilibusque ei servientibus

(λ) Origen de los Monteros de Espinosa fol 9. b.
(μ) Bibliothecæ Hispanæ Tomo I. pag. 424. col. 2.

entibus commentatus eſt peculiari libello, in cujus principio (ἀνέκδοτ☉ enim eſt) hæc leguntur:

BREVE Relacion de los oficios, que uvo en la Caſa Real del Sereniſſimo Principe Don Juan de glorioſa memoria primogenito heredero de los mui altos y Catholicos Reyes Don Fernando y Donna Yſabel, quæ ganacon a Navarra, Napoles, Granada &c. Segun lo e ſcribio y vido el Capitan Gonzalo Fernandez de Oviedo Valdes Alcayde de la fortaleza de la Ciudad del Puerto de Santo Domingo de la Ysla Eſpannola, Coroniſta y Hiſtoriador de las Yndias, Yslas y Tierra firme del Mar Oceano por la Ceſarea y Catholicas Mayeſtades del Emperador Don Carlos y de la Reyna Donna Juana ſu madre nueſtros Sennores antiquos, Criado de la Caſa Real de Caſtilla, y uno de los de la dicha Camara del miſmo Principe Don Juan; el qual tratado o ſumario Repertorio dirige ei dicho Autor al Sereniſſimo Principe, nueſtro Sennor Don Phelipe &c. (588.) Authenticum libelli hujus exemplar Auctoris propria manu Hiſpali in æſtate anni M D X L. ſcriptum aſſervatur in Regia Eſcorialenſi Bibliotheca (ν) & deſcriptum inde apographum Matrito olim in has oras attulit Regius Ablegatus Roſenvvingius, a cujus hæredibus cum aliis chartis coëmtum Ampliſſimus Vir Chriſtianus Reitzerus nobis per benivole dono obtulit; Eſt apographum iſtud in forma folii ab Hiſpana manu ſatis bene expreſſum, conſtatque paginis 168. Quin & aliud adhuc itidem ἀνέκδοτον exſtat Ovieti noſtri opus, inſcriptum

CATALOGO Real de Caſtilla, o Hiſtoria de Eſpanna; quo in Auctor (589.) Regum æque ac plurimorum Magnatum res pace belloque domi forisque geſta expoſuit, unde ſæpius Genealogis citandum venit; ejus exemplar olim poſſedit Gundiſalvas Argote Molina, ut ipſe innuit (ξ). Diverſumne ab hoc, an idem ſit aliud Oveti opuſculum

MEMORIAL de algunas Coſas de la Coronica de los Reyes Catolicos Don Fernando y Donna Yſabela, y de la Coronica del Emperador Don Carlos (590.) inſcriptum, cujus apographum Matriti olim apud Gaſparem Ibannez de Segovia & Peralta, Mondejarenſem Marchionem vidit Nicolaus Antonius, qui idem cum priori eſſe cenſet, definire vix auſim. Agnoſcit etiam Ovetum noſtrum Auctorem elegans libellus, inſcriptus:

MEMORIAL de la Vida y acciones del Cardenal Don Franciſco Ximenez de Ciſneros, (591.) cujus exemplar authenticum aſſervatus Compluti in Collegio Sancti Ildephonſi; unde haut parum profecerunt tum latinus, Alva-

(ν) Pluteo K. Serie V. No. 24.

(ξ) in præf. & Indice Auctorum præfixo libro ſuo Nobleza del Andaluſia.

Alvarus Gomesius de Castro, tum Hispanus Ximenii Panegyrista, Petrus de Quintanilla inferius laudandus; Ulterius tribuitur a Genealogis Hispanis Gundisalvo de Oviedo opus Genealogicum

(592.) *NOBILIARIO*; seu *Libro de los Linages ilustres de Espanna*; cujus authenticum exemplar in Archivo Comitum *de Lemos* in urbe Monfortensi Gallæciæ asservatum vidit manibusque tractavit Fr. Philippus de Gandara, qui sæpius illud citat (ο). Vereor autem, ne idem forsitan sit opus cum *Quinquagenis* Auctoris nostri supra No. 586. laudatis. Tandem & in Catalogo librorum manuscriptorum Bibliothecæ Regis Escorialensis manu exarato tributum Oveto nostro reperio opus,

(593.) *COMPARACIONES inscriptum*, & ab ipso Auctore Commentariis illustratum, quale autem, cujusve argumenti illud sit, ignorare me lubens fateor; Cæterum Ovetii nostri encomia scripsere Joannes Vasæus, (ϖ) Rodericus Mendez Silva (ρ) Ludovicus de Salazar & Castro, qui & libelli No. 587. a nobis memorati cum laude meminit (σ), aliisque.

CCCXL. GUNDISALVUS GARZIA DE SANCTA MARIA, Civis Cæsaraugustanus, & Hieronymo Zurita (τ) teste, egregius celebrisque Juris Civilis Doctor ac Causarum Patronus in urbe patria præstantissimus, Historiæ item Aragonensis sedulus scrutator præter alia, quæ typis publicis in lucem emisit, ingenii monumenta, etiam longam annorum seriem insumsit componendo de Aragoniæ Regibus operi Historico-Genealogico, quod demum anno M CCCC XCVIII. ad umbilicum perduxit. Zurita, qui illud laudat, (υ) tali titulo insignitum recenset:

(594.) *DE LA SUCCESSION y conquistas de los Principes de la Casa Real de Aragon*; & addit, fuisse hunc Gundisalvum primum, quod sciat, ex literatis, qui Regum Aragoniæ stemma explicuerit; Quin

(595.) *ARBOREM Genealogicam Regum Aragoniæ* etiam Garzia noster a se confectam ipsi Ferdinando Catholico Regi obtulit, Simulque legitimam sexus sequioris in isto Regno successionem probatum ivit; Eadem de nostro refert P. Joannes Mariana celebris Hispaniæ Historicus (φ). Anno sequen-

(ο) Nobiliario de Gallicia Lib. II. cap. 18. pag. 223. col. 1. f. & cap. 29. pag. 280. in fin.

(ϖ) in Chronico Hispaniæ cap 4. pag 26.

(ρ) Genealogia de la Casa de Valdes fol. 39.

(σ) Advertencias Historicas pag. 139 No. 133.

(τ) Anales de Aragon. in vita Ferdin Cathol. Lib. III. cap. 30. fol. 152. col. 2.

(υ) ibidem ad annum 1498.

(φ) Historiæ Hispanicæ Lib XVII. cap. 3. p. m. 542.

ſequenti MID. ſiniſtra Garziam exercuere fata. Refert enim laudatus modo Zurita ad hunc annum, eum, cum partes Dominæ Beatricis de Heredia, viduæ Joannis Perez Calvillo, Domini de *Malon*, & ejus filiæ Dominæ Mariæ Perez Calvillo in judicio contra Vice-Comitem de *Ebol* tueretur, menſe Julio hujus mandato a nonnullis ejus famulis Cæſarauguſtæ in platea publice male habitum & contumeliis verberibusque exceptum fuiſſe, idque Vice-Comitem ope Vicarii regni Archi-Epiſcopi Cæſarauguſtani adjutum impune tuliſſe; Fuit Gundiſalvus dein anno MDII. *Juratus*, ut vulgo vocant, Urbis Cæſarauguſtanæ, interfuitque eodem anno Homagio, Joannæ, Ferdinandi Catholici filiæ ab Aragonibus ſolenniter dicto, teſte Hieronymo Biancas (χ) Anno demum MDX. die 16. Junii noſter conſentiente uxore, matrimonium ſolvit, & ordini Carthuſianorum Monachorum ſe aggregavit, ut videre eſt pluribus apud Vincentium Blasco de Lanaza (ψ) qui amplum Garziæ noſtro elogium erexit. Non poſſum, quin obiter heic levem a Nicolao Antonio Bibliothecæ veteris Lib. X. cap. 5. §. 303. admiſſum notum errorem, qui cum noſtro Aragonenſium Regum hiſtorico confudit cognominem plane Pauli Burgenſis Epiſcopi filium legitimum Aſturicenſium, Placentinorum & Seguntinorum Antiſtitem ac Regium ad Conſtantienſe Concilium Legatum anno jam MCDXLIIX. exſtinctum.

GUTERUS DIDACI vulgo GUTIERRE DIAZ DE GAMEZ, vel (uti Petro Gracia Dei (ω) audit) GUEMEZ, Petri Ninno Comitis de *Buelna* Miles & Signifer (*Escudero* Hiſpanis audit) & rerum ab eo fortiter geſtarum teſtis αὐτόπτης, ſcripſit opus, cui titulum fecit CCCXLI.

EL Victorial ò Hiſtoria del Don Pedro Ninno Conde de Buelna. Fuit Petrus hic de Ninno filius Joannis Ninno & Agneſæ Laſo de la Vega, Dominus de *Cigales & Valverde, Berçoſo,* & *Fuentebureba*, creatus a Joanne II. Rege Caſtellæ anno MCDXXXI. Comes Buelnæ, Vir bellicis artibus & rebus præclare geſtis inclytus; Ejus poſteros fuſius deduxit Alphonſus Lopez de Haro (α), nec pauca de iisdem attigit Auctor noſter, quem ob ſinceram geſtorum narrationem apprime commendat laudatus modo Gracia Dei. Ipſe Petrus Ninno Comes tanti Gameſii Hiſtoriam in pretio (596)

(χ) de coronationibus Regum Aragoniæ Lib. III. cap. 20. pag. 250.
(ψ) Hiſtorias Eccleſiaſt. y ſeglares de Aragon Tomo I. fol. 567. b.
(ω) in lib. deſcendencia del Rey Don Pedro MSCto apud Meneſes pag. m. 118. m.
(α) Nobiliario de Eſpanna Tom. I. pag. 209. ſeq.

tio habuit, ut moriens exemplar ejus authenticum in Sacriſtia, ut vocant, Eccleſiæ ſancti Jacobi de Cigales, ubi ſepultus jacet, cuſtodiri juſſerit; Apographa operis poſſiderunt Illuſtriſſimus Comes de Benavente, ut teſtatur Hieronymus Gudiel (β) item Comes de Villaumbroſa, ut patet ex Indice ejus Bibliothecæ (γ) ut & Joſephus Pellicer, ut ipſe aſſerit (δ); atque Gundiſalvus Argote Molina, ceu patet ex ejus nobiliario Bætico (ε). Pertingit Gameſii Hiſtoria ad mortem usque Beatricis de Portugal annumque MCDXLVI. Confer Nicolaum Antonium, qui ter Gameſium noſtrum recenſuit (ζ).

CCCXLII Fr. GUTERIUS DE TREJO, Placentinus, Ordinis Minorum Sancti Franciſci Sodalis, Vir, ut Antonii utar verbis (η) eruditione & docendi gratia præſtans, Linguarumque Græce & Hæbraicæ penitus edidit.

(597) *PARADISUM Deliciarum Pauli Apoſtoli, in quo miro artificio cum dictis probatiſſimorum Authorum inſeruntur Epiſtolæ omnes ejusdem Apoſtoli, & ad amuſſim exponuntur.* Compluti apud Joannem Brocar anno 1538. in folio. Dedicavit Auctor hoc opus Joanni Tellez Gironio, quanto Urennæ Comiti, & Oſſurenſis Univerſitatis fundatori, cujus & illuſtre ſtemma, ejusque origines exacte Præfationi operis inſeruit; unde merito laudatur Hieronymo Gudiel (θ) & Nicolao Antonio (ι).

H.

CCCXLIII. HERALDICAM ARTEM, quæ de inſignibus ſcutisque gentilitiis nobilium proſapiarum agit, apud Hiſpanos quoque longo temporis tractu excultam fuiſſe, nemo eſt, qui ignorat. Noſtrum hunc libellum percurrentes varios in eo iſtius argumenti offendent libellos, ſuis quemque auctoribus vindicatos; ſed & anonymum heic damus Auctorem, qui eundem volvit lapidem, compoſuitque.

(598) *BLAZON de Armas, donde ſe tratan Coſas curioſas.* Sic enim inſcribi-

(β) Compendio de los Girones fol. 79. pr.
(γ) Catalogo de la Libreria del Conde de Villaumbroſa fol. 106.
(δ) Informe de los Sarmientos fol. 63.
(ε) Nobleza del Andaluzia in Indiæ auctorum.
(ζ) Biblioth. Hiſpanæ veteris Tom. II. pag. 140. No. 206. & pag. 165. No. 332. & Biblioth. novæ Tom. I. pag. 429.
(η) Biblioth. Hiſpanæ Tom. I. pag. 429. col. 2.
(θ) Compendio de los Girones fol. 10. b. med.
(ι) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. pag. 422. col. 2. med.

ſcribitur Codex quidam manu exaratus, qui in Regia Eſcorialenſi Bibliotheca aſſervatur. (κ). In Bibliotheca item Ehrencroniana extitit Libro de Eſcudos de armas, 467. inſignia ære nitidiſſime expreſſa continens, cum notis manuſcriptis in 4to.

HEREDIA, Nobilis per Caſtellæ utriuſque & Aragoniæ Regna diffuſa proſapia ortum quoque dedit Comitibus *de Fuentes* in Regno Aragoniæ; Prodiit ſub Philippo IV. Rege ab Anonymo Auctore compilata & exacte quidem, cenſore Salazario (λ) ſcripta. CCCXLIV.

GENEALOGIA de los condes de Fuentes de la Caſa de Heredica, typis publicis impreſſa, & Volumini craſſo Scriptorum ſuper controverſa Domus Heredianæ ſucceſſione coram ſupremo Tribunali promulgatorum inſerta. (599.)

Fr. HIERONYMUS, cujus gentilitium ignoratur agnomen, Ordinis Ciſterciensium Monachus in Coenobio ſanctæ Mariæ de *Benifaça* cujus & dein Abbas eſt conſtitutus, floruit circa finem ſæculi decimi quinti, & de Regio Aragonenſi ſtemmate bene mereri ſtuduit, ſcripto: CCCXLV.

ARBOL de la deſcendencia de los Reies de Aragon; ſpeciatim quoque (600.)

HISTORIA del Rey Don Joan el ſegundo de Aragon; Utrumque opus ineditum adhuc latet, & laudatur a Vincentio Blaſco de Lanuza (μ) & Barnaba de Montalbo (ν) ſuffragante iis Nicolao Antonio (ξ) qui bis noſtrum Hieronymum, ut diverſos duos Auctores, recenſuit. (601.)

DON HIERONYMUS ABARCA DE BOLEA ET PORTUGAL, Aragonenſis Nobilis, ac Comitum de *las Almunnas* & Marchionum *de Torres* progenitor, Vir eruditiſſimus, non ſolum circa annum MDXLI. in oppido ſuo *Cadrete* dicto magnum & diuturnum laborem. CCCXLVI.

HISTORIÆ Regum Aragoniæ elaborandæ impendit, ſed & plurima in unum collegit temporis ſucceſſu documenta, ſub titulo: (602.)

GENEALOGIAS de las Caſas illuſtres del Reino de Aragon qua de re prolixius teſtatur Hieronymus Zurita, graviſſimis Annalium Aragonenſium conditor in epiſtola quadam ad Deputatos ſtatuum Regni illius exarata anno MDLXXVI. ex qua ſequentia tantum verba ab Antonio latinita- (603.)

(κ) pluteo O Serie V. No. 11.
(λ) in Manuſcripto ſæpe citato No. 212.
(μ) Hiſtorias Ecleſiaſt. y ſeglares de Aragon Lib. V. cap. 37. in fin. pag. 554. col. 2.
(ν) Chronica del Orden del Ciſtel Parte I. Lib. II. cap. 33.
(ξ) Bibliothecæ Hiſpanæ veteris Tomo II. pag. 216. §. 887. & pag. 266. col. 1.

tinitate donata (ο) damus. Ea Abarca prudentia & facundia eſt, eoque ingenio, ut, ſi debiliſſima non uteretur valetudine, nemo alius in re hujus momenti publico deſiderio majori cum elegantia ſatisfacere poſſet? Exhibet prædictam Zuritæ Epiſtolam integram lectuque digniſſimam Didacus Joſephus Dormer (π) ſimulque plures, qui Abarcam noſtrum in ſcriptis ſuis laude debita condecorarunt, Auctores ſiſtit.

CCCXLVII. HIERONYMUS DE AJALA, Burgis, Caſtellæ veteris metropolitanus, & Clericus proprio verbo muneris *Beneficiatus* in oppido Oſorno, quod Palentinæ Diœceſi ſubeſt, collegit ſat amplum de Nobilibus Caſtellæ Regnorum familiis, eorumque inſignibus.

(604.) *DE LA Nobleza de Caſtilla* inſcriptum opus, cum inſignibus uniuscujusque familiæ verſicolori opere diſtinctis; Vidit illud in Auctoris ſcriniis Don Antonius Lupian & Zapata, qui de eo ad Nicolaum Antonium, cui operis hujus unice debemus notitiam (ϱ) retulit.

CCCXLVIII HIERONYMUS ARDIT, Ergavicenſis (hodie *Alcannizas* audit iſtud oppidum) Aragonius, civis Cæſarauguſtana urbe, nobilibusque ac fama celebribus ejusdem civibus optime meritus eſt, congeſto de eorum laudibus factisque eximiis ſat amplo opere, quod

(605.) *BLASONES de Zaragoſſa ò Ceſarauguſta* inſcripſit. Vidit opus adhuc quod ſciam ανέκδοτον anno MDCXXXVII. apud Auctorem ipſum Doctor Joannes Franciſcus Andreas ab Uztarroz, qui illud æque ac Auctorem digno ençomio exornavit (σ).

CCCXLIX. HIERONYMUS BLANCAS, aut de BLANCAS, Cæſarauguſtanus, Martini Civis ibidem primarii (quos Ciudadanos vulgo vocant, & urbis regimini deſtinant) atque Notarii ex nobili Gombaldiorum maſcula ſtirpe oriundi atque Catharinæ Thomaſiæ filius, cujus vitam, majores, & ſcripta fuſius & eleganter admodum recenſuit Johannes Franciſcus Andres de Uztarroz (τ) ex eoque Nicolaus Antonius (υ) quod argumentum & peculiari libello ſe proſecuturum publico ſpopondit Didacus Joſephus Dormer (φ). Locum utique inter Genealogos noſtros maximus hic meretur Vir ob egregios ſuos

RERUM

(ο) Biblioth. Hiſpan. Tom. I. pag. 433. col. 1.
(π) Progreſſos de la Hiſtoria de Aragon pag. 53. §. 9.
(ϱ) Biblioth. Hiſpanæ Tom. I. pag, 433. col. 11. fin.
(σ) in lib. Defenſa de la patria de San Laurencio pag. 136. m.
(τ) in Vita Hier. Blancas, præfixa libro ejus Coronaciones de los Reies de Aragon.
(υ) Biblioth. Hiſpanæ Tom. I. pag. 435. col. 2. ſeq.
(φ) in lib. Progreſſos de la Hiſtoria de Aragon, paſſim.

RERUM Aragonenſium Commentarios, quos vernaculo primum idiomate digeſſit, mox ipſe Romano docuit ore loqui, ſtylo ad Ciceronis genium adaptato; Exemplar Hiſpanicum Auctoris autographum apud Jaimum Aznares, Juris-Canonici in Cæſaraugustana Univerſitate Profeſſorem vidit ipſe Uztarrozius; Latinum vero typis primum prodiit, Cæſaraugustanis Laurentii & Didaci Robles fratrum anno 1588. in folio, ſex Alphabetis conſtans; inſertum dein Hiſpaniæ Illuſtratæ Syſtematis volumini tertio; In hoc elegantiſſimo opere Blancas non ſolum Comitum Regumque Aragoniæ, ſed & plurium Regni ejus magnatum, inprimis vero nobilium ſupremi *Juſtitiæ* munere defunctorum ſtemmata aut majores, & inſignia ligno affabre inſculpta exhibuit, unde & notante Ludovico Salazario de Caſtro (χ) maximam, quas dicto Hiſpaniæ illuſtratæ ſyſtemati inſeruit Joannes Piſtorius, Genealogiarum Hiſpanarum partem ex Blancæ Commentariis depromtam deprehendimus. Neque uberiori familiarum Aragonenſium notitia deſtituuntur reliqua Blancæ noſtri opuſcula maximam partem Hiſtorica, videlicet (606.)

TABULA in Faſtos Magiſtratuum Juſtitiæ Aragoniæ, ab ipſo Auctore edita Cæſaraugustæ anno 1587. in qua *Juſtitiarum* Aragoniæ ſeriem à Petro Ximeneſio primo *Juſtitia* poſt expugnatam Cæſaraugustam usque ad Joannem de Lanuza, ejus nominis quartum deduxit, & ſecundum hanc Blancæ Tabulam eorundem Imagines eleganter depictæ cernuntur in Camera ſeu Conclavi Senatus Aulici Juſtitiæ Aragonici Cæſaraugustano. Eodem etiam anno 1587. publicavit Blancas (607.)

BREVES Inſcriptiones ad Icones Regum Aragoniæ in Regia Curia Cæſaraugustana poſitas; quod opus dein una cum verſione Hiſpanica & Commentariis Martini Carillo Abbatis Montaragonenſis, ac notis & ſupplementis ſuis edidit rurſum Didacus Joſephus Dormer, ut ſupra CLXVIII. 271. monuimus. (608.)

CORONACIONES de los Sereniſſimos Reyes de Aragon quod opus notitia antiquorum Aragoniæ magnatum refertiſſimum, eruditis ſuis marginalibus notis, vitaque & ſtemmate Hieronymi Blancas illuſtratum, una cum ejusdem (609.)

TRATADO del modo de tener Cortes en Aragon, ac Hieronymi Martel Chronographi Aragonicæ Coronæ ſimilis argumenti libello edidit Joannes Franciſcus Andrès de Uztarroz, Cæſaraugustæ typis Didaci Dormer anno 1641. in quarto; qui Auctoris autographum à prælaudato Jaimo Azna- (610.)

(χ) In Manuſcripto ſæpe citato num. 25.

Aznarez ſibi communicatum teſtatur. Quin & compoſuiſſe Blancam noſtrum peculiare opus

(611.) *DE LOS Prelados ô Obispos de Zaragoça*, conſtare Uztarrozius aſſerit ex P. Hieronymi de la Higuera doctiſſimi Jeſuitæ Epiſtola ad Blancam noſtrum data, & operis iſtius editionem urgente. Tandem & de nobilibus Regnorum Aragoniæ familiis ſpeciatim commentatum eſſe Blancam, &

(612.) *LIBRO de Linages del Reino de Aragon* elaboraſſe, haud obſcure colligitur ex verbis Joſephi Pellicerii, inferius, ubi ad Petrum Garces de Carinneas erit perventum, recenſendis. Obiit Hieronymus Blancas nulla ex Conjuge Margareta Malo relicta ſobole die XI. Decembris anni MDXC. heredemque ſcripſit conſobrinum ſuum Joannem Martinum Miravete de Blancas, Jurium Doctorem & Advocatum Fiſci Regii Aragonici, ac dein Ordinis Diſcalceatorum reformatorum Sodalem. Sepulta noſtri Hieronymi oſſa jacent in Regio Sanctæ Engratiæ Monaſterio Cæſarauguſtano è regione ſacelli Sanctæ Mariæ *del Pitar*. Coronidis loco placet adducere verba Illuſtriſſimi hodie *del Riſco* Marchionis Joannis Ludovici Lopezii de Blanca verba (ψ) Gaubertum, Bages, Cerdanum aliosque de Juſtitiæ munere Auctores ſuperiori (XVIto) Sæculo jam exeunte excepit, ac dealbare, & jure Latii quam terſiſſimo donare voluit lectiſſimus Aragonum, ſi Romanum ipſius eloquium reſpicias, Hiſtoriographus, Hieronymus Blancas, quem deinde alii omnes, qui poſt eum ſcripſerunt, bona venia ſit dictum, unus poſt alium conſecuti ſunt.

CCCL. HIERONYMUS de BOLANNOS Nobilis Hiſpanus, ut ex præfixa nomini voce *Don* colligimus, nobis cætera ignotus, ſcripſit:

(613.) *MEMORIAL por Don Luis Fernandez de Cordova, en pretenſion del Marqueſado de Guadalcazar*, qui liber adhuc, quantum divinare licet, ἀνέκδοτ☉ ſucceſſiones Genealogicas illuſtriſſimæ Domus Cordubenſis, & inprimis oriundorum ex illa Marchionum de Guadalcazar exacte diducit; eo enim nomine laudatur Fr. Philippo de Gandara, qui ſæpius ejus nititur teſtimonio in vaſto ſuæ Gallæciæ Regni Nobiliario. (ω)

CCCLI. DON HIERONYMUS de CARVAJAL & RIBERA (cujus jam ſupra CLX. meminimus, cum Patrem Didacum laudaremus) Dominus oppidi *del Cid*, Decurio Salmantinus, ut & Abulenſis, prolixum admodum congeſſit genealogicum opus

DE

(ψ) De Origine Juſtitiæ Aragonenſis, pag. 32.
(ω) Lib. III, cap. 7. pag. 344. col. 2. princ.

DE LAS Casas de Ribera, Davilæ, Arze, Bahamonde &c. quæ omnes uxorem Hieronymi nostri Donna Mayor de Ribera Davila, sanguinis nexu attingebant, adjecitque illud Didaci patris operi Genealogico de suo Carvajalensi puta stemmate supra laudato. Utrumque manu exaratum possidet Ludovicus de Salazar & Castro. (α) (614.)

FR. HIERONYMUS de CASTRO & CASTILLO, Juliani inferius recensendi filius, Ordinis Trinitariorum in Toletano & Matritensi Coenobiis sodalis, & Conventus Trinitariorum Matritensis Prædicator Ordinarius, Historiam Regum Gothorum, qui Hispanias longa annorum serie rexerunt, à patre Juliano inchoatam, & ad annum usque MDLXXIX. perductam continuavit ad annum usque MDCXXIV. & tali in fronte titulo conspicuam CCCLII.

LA HISTORIA de los Reies Godos de España, Matritensibus Ludovici Sanchez typis prodire fecit anno 1624. in folio. Adjecit autem operi isti Hieronymus succinctam Magnatum nobiliumque Hispanicorum stemmatum enarrationem, & librum ipsum dedicavit Don Emanueli de Fonseca & Zunniga, Comiti de Monterrey & Fuentes, cujus Tabulam stemmatologicam æri incisam Epistolæ nuncupatoriæ præfixit, eandemque una cum Guzmannica Comitis Ducis Olivariensis prosapia prolixe explicatam dedit. Cæterum censuram operis in Juliano infra dabimus. (615.)

HIERONYMUS de CONTRERAS Centurionem seu Capitaneum sese nuncupans, in publicam emisit lucem libellum, inscriptum CCCLIII.

DECHADO de varios Sujetos, & vitas ac elogia Virorum Hispaniæ sago togaque illustrium, partim soluta, partim numeris adstricta oratione continentem. Prodiit ille primum Cæsaraugustæ anno 1572. apud Bartholomæum Nogueram; Compluti dein rursus anno 1581. in octavo; & mere quasi encomiasticus est, unde parum ad nostrum spectare forum videtur. Idem, nisi omnia me fallunt, est Hieronymus de Contreras, quem Philippum II. Regem Historiographum sibi delegisse ait, qui nostrum laudat, P. Athanasius Kircherus (β) quamvis altum de eo sileat Nicolaus noster Antonius. (γ) (616.)

FR. HIERONYMUS FUSER, Ordinis Sancti Dominici Prædicatorum Sodalis, ejusdemque per omnia Coronæ Aragonicæ Regna Rector Provincialis, SS. Theologiæ Magister, Collegialis perpetuus atque Rector CCCLIV.

(α) In Manuscripto sæpe citato num. 178. & num. 180.
(β) In lib. Splendor & gloria Domus Joanniæ Lib. II. cap. 14. fol. 217.
(γ) Biblioth. Hispan. Tom. I. pag. 438. col. 1.

ctor Collegii Sancto Vincentio Ferrerio ſacri Cæſarauguſtani, Cenſor item, (ſeu ut vulgus loqui amat *Qualificador*) Senatus Inquiſitionis Fidei & hæreticæ pravitatis ejusdem Regni, Vir eruditus, ac Orator admodum diſertus, eleganti ſtylo conſcriptam edidit Vitam Clariſſimi Balbaſtrenſium & Albarrazinenſium Epiſcopi *Hieronymi Baptiſtæ* de *Lanuzia*, Dominicani ſcriptis ſuis per orbem litteratum notiſſimi, cui à ſacris erat confeſſionibus, ſic inſcriptam:

(617.) *VIDA del venerable y Apoſtolico Varon, el Iluſtriſſimo y Reverendiſſimo Sennor Don Fray Geronimo Baotiſta de Lanuza del Orden de Predicadores, Obiſpo de Balbaſtro y deſpues de Albarrazin. En Zaragoça* 1648. in fol. Præfixit illi operi patrium *Sellanum* & maternum *Lanuzanum* Herois ſui ſtemma, ſub titulo: *NOTICIA del linage y aſcendencia de Don Fray Geronimo Baotiſta de Lanuza* &c. quod inprimis laudant *Did. Joſephus Dormer* (δ) & *Joſephus Pellicerius* (ε) qui prolixam libro iſti Epiſtolam encomiaſticam præmiſit; Conf. *Nicolaus Antonius* (ζ) qui vitam Lanuzæ hujus prolixe recenſuit, & noſtri quoque Fuſeri ſuo loco (η) meminit.

CCCLV. HIERONYMUS GUDIEL, Medicinæ Doctor & Profeſſor Complatenſis, unde à Don Joanne Tellez Giron Ureniæ Comite ad obeundam in fundata noviter ab ipſo Oſſunenſi Univerſitate profeſſionem Medicam anno 1552. fuit evocatus: Vir non Medicæ tantum artis ſed & Hiſtoriæ, inprimis patriæ, antiquitatum item & Genealogici ſtudii gnariſſimus hic, ut gratum Patrono teſtaretur affectum, de antiquiſſimo *Gironio* ſtemmate commentatus eſt in egregio, & quod jure Nobiliarium Hiſpaniæ audit, opere, ſic inſcripto:

(618.) *COMPENDIO de algunas hiſtorias de Eſpanna, donde ſe tratan muchas antiguedades dignas de memoria, y eſpecialmente ſe da noticia de la antiqua familia de los Girones y de otros muchos linages.* Prodiit id Petro Gironio, primo Oſſúnæ Duci nuncupatum Compluti apud Joannem Inniguez de Lequerica anno 1577. folio 4. Alphabetorum mole. Inſeruit autem iſti operi Auctor non ſolum integram Gironiorum, ſed & alias XXXVI. Arbores Genealogicas nobilium Hiſpaniæ ſtemmatum, Gironiorum illi ſanguinis nexu junctorum. Fideliter hoc opere uſi ſunt, quotquot poſt Gudielem ſcripſere, ſtemmatographi Hiſpani, ejusque ſemper ſumma cum laude

(δ) Progreſſos de la Hiſtoria de Aragon pag. 345. num. 57.
(ε) Bibliotheca de ſus eſcritos fol. 38. num. 73.
(ζ) Bibl. Hiſpan. Tom. I. pag. 434. col. 2.
(η) Ibid. pag. 440.b.

laude encomiisque condignis meminerunt, ipſe Gundiſalvus Argote Molina (θ) collaudavit,& Excellentiſſimus Mondejaris Marchio (ι) Gudielem noſtrum magni judicii virum ac ſtudii Genealogici Magiſtrum ſalutat, cui ſuccinit Ludov. de Salazar & Caſtro; (κ) Quin & ipſe Piſtorius maximam Tabularum Genealogicarum (λ) partem inde mutuatus fuit.

FR. HIERONYMUS a SANTA MARIA, Ordinis Excalceatorum D. Auguſtini Sodalis & in Curia Romana Procurator generalis, præter nonnulla argumenti Theologici opuſcula typis edita etiam magno ſtudio dicitur congeſſiſſe. CCCLVI.

INDICEM Sanctorum & Virorum ſanctitate illuſtrium Hiſpanorum; præterea que (619.)

CATALOGUM Epiſcoporum Sedium Cathedralium Hiſpaniæ, ſeu *apparatum ad Hiſpaniam Chriſtianam, Diœceſiumque Hiſpanarum hiſtoriam ſacro-profanam.* Utrumque opus ἀνέκδοτον adhuc in ſcriniis latet, & dubitandum, num ultimam Auctoris manum fuerit paſſum. Meminit amborum ex Leone Allatio, qui in Apibus ſuis Urbanis ea recenſet, Nicolaus Antonius (μ) & facile credimus, utrumque ſtemmatum Hiſpaniæ nobilium Hiſtoriæ non parum lucis fuiſſe fœneraturum. (620.)

HIERONYMUS MARTINUS CARO & CEJUDO ex oppido *Valdepennas* Ordini Equeſtri Calatravenſi ſubjecto oriundus, in Gymnaſio patrio Latinæ Linguæ & Eloquentiæ Magiſter, Jurium Licentiatus, titulo quoque Conſiliarii Senatus Regii Caſtellæ condecoratus, edidit librum: CCCLVII.

REFRANES y modos de hablar Caſtellanos y Latinos, inſcriptum, proverbia, modosque loquendi ſententioſos explicantem, Matriti editum typis Juliani Izquierdo anno 1675. in 4to 3. Alphab. mole, ac nuncupatum Don Joanni Martinez Fortun de la Viuda & Eſtrada, Ordinario oppidi Valdepennas Præfecto (*Alcalde* vocant,) qua in Dedicatoria Epiſtola ſtemmata *Martineziorum, Fortuniorum, Viudarum & Merlorum* breviſſime quoad origines expoſuit, unde aliquem ei heic inter Genealogos noſtros locum concedimus. (621.)

DON

(θ) In Præfat libri Nobleza del Andaluſia.
(ι) Noticias Genealogicas de Segovia pag. 10.
(κ) Paſſim in operibus impreſſis & in MSC. ſæpe cit. num. 9.
(λ) Hiſpaniæ illuſtratæ Tomo III.
(μ) Biblioth. Hiſp. Tom. I. pag. 445. fin.

CCCLVIII. DON HIERONYMUS MASCARENHAS Olyſſiponenſis Luſitanus, Georgii primi Marchionis de Montalban & Comitis de Caſtelnovo &c. (qui anno 1652. in Caſtelli Olyſſiponenſis carcere à Brigantino Duce detentus obiit) ex Franciſco de Villena, filia Manuelis de Melo Filius natu ſextus, juvenis in Collegio majori S. Petri Univerſitatis Conimbricenſis ſodalis vixit, dein Canonicus Eccleſiæ ibidem Cathedralis, exinde Senatus Ordinum in Luſitania & ſupremi Ordinum Equeſtrium Caſtellæ Conſiliarius, Eques & definitor generalis Calatravenſis, Eleemoſynarius & Capellanus ſupremus Reginæ Marianæ Auſtriacæ, Prior Monaſterii Guimaranenſis, electus Epiſcopus Leirienſis & ſupremi Senatus Luſitanici Conſiliarius, poſtremoque Segovienſis Præſul creatus à Clemente IX. Pont. Rom. d. 9. April. 1668. ubi & diem clauſit extremum circa annum 1680. Vir Hiſtoriæ Antiquitatumque patriarum amantiſſimus æque ac gnariſſimus, variisque idcirco à celebrioribus ſuæ gentis viris ornatus encomiis, Pellicerio puto, Antonio Suareſio Alarcon, Nicolao Antonio, Salazario aliisque: Varia ipſe in publicum emiſit argumenti Hiſtorici Genealogicique ingenii monimenta, quæ inter ſequentia ad noſtrum conducentia ſcopum annotamus:

(622.) *VIAGE de la Reina Donna Maria Ana de Auſtria ſegunda muger de Phelipe IV. haſta la Corte de Madrid.* Matriti 1650. 4to 2. Alphab.

(623.) *APOLOGIA Hiſtorica por la Iluſtriſſima Religion y inclita Cavalleria de Calatrava, ſu antiguedad, extenſion y grandezas entre las militares de Eſpanna.* Ibidem apud Petrum Diaz de la Carrera 1651. in 4to.

(624.) *RAYMUNDO Abad de Fitero de la Orden del Ciſter fundador de la ſagrada Religion y Cavalleria de Calatrava.* Ibid. apud eundem 1653. in 4to. Hoc opus prima (& unica quæ lucem viderit) pars eſt Hiſtoriæ Generalis Ordinis Equeſtris Calatravenſis, quam Auctor meditabatur, reliqua enim morte præventus imperfecta reliquit.

(625.) *AMADEO de Portugal, en el Siglo Juan de Meneſes de Silva, Religioſo de la Orden de San Franciſco de la obſervancia, y Fundador de la Iluſtriſſima Congregacion de los Amadeos en Italia.* Ibidem apud eundem 1653. in 4to. Huic operi Auctor ſtemmata Herois ſui *Silvanum* nempe & *Meneſianum* erudite deducta inſeruit.

(626.) *DEFINICIONES de la Orden y Cavalleria de Calatrava.* Matriti 1661. in fol. quod opus non ſolum renovatum in Capitulo generali anno 1652. celebrato Conſtitutionum Militiæ Calatravenſis corpus continet, ſed &

peritiam

peritiam Auctoris in rebus Genealogicis, Ludovico Salazario (ν) teste, satis abunde comprobat. Meditatus quoque fuit

DE LAS Empresas y Ligas de la Augustissima Casa de Austria opus, quod Manuscriptum penes Auctorem vidit, qui collaudat, Josephus Pellicerius (ξ) sed num illud lucem typis viderit publicam, ignorare nos profitemur. Id asserere post Salazarium (ο) audemus, maximam publicatarum ab Antonio Suarez Alarconio Relationum Genealogicarum (supra LXXXV. 135. laudatarum) Alarconiæ domus partem, inprimis autem adjecta documenta authentica atque diplomata Mascareniæ nostro deberi, qui consobrino suo ex Archivo Calatravensi eadem communicavit. Alia itidem partim præfixo nomine suo, partim vero ἀνονύμως publicavit opuscula Genealogica, ex quibus Philippus de Gandara (ϖ) laudat (627.)

DE LA Casa de Mascarenhas, seu de proprio stemmate librum, suppresso equidem Auctoris nomine evulgatum, sed quem nostrum esse Mascarenham indubitanter asserimus scripsit & (628.)

HISTORIA de Zeuta, seu munitissimæ in Africæ ora Europæ ad fretum Herculeum objectæ, & plus quam vicennali jam Maurorum obsidione inclytæ urbis septæ historiam, ut & (629.)

LA HISTORIA del Sacro Convento de Calatrava. Bina hæc posteriora opuscula propria Auctoris exarata manu inter cimelia sua possidet instructissima Bibliotheca Illustrissimi Uzedæ Ducis. Coronidis loco adjicere placet encomium Hypoliti de Samper, quo Mascarenham nostrum exornavit, cum *militarium virtutum & antiquitatum maximum* salutans *indagatorem.* (ρ) (630.)

HIERONYMUS OSORIUS Olyssiponensis Lusitanus, Episcopus Silvensis, Vir ob erudita ac eleganti scripta eloquio varii argumenti opera notissimus, cujus vitam peculiari libello consignatam reliquit cognominis Ossoriis, ipsius ex fratre nepos, unde notatu digniora depromsit Nicolaus Antonius (σ) nobis heic laudandus venit ob compositos CCCLIX.

(ν) In MSC. sæpe cit. num. 104.
(ξ) In Bibliotheca de sus escritos fol. 146. b. num. 7.
(ο) In MSC. cit. num. 104.
(π) Nobiliario de Galicia pag. 244. b. m.
(ρ) Montesa illustrada Tom. I. pag. 60. lit. F.
(σ) In Biblioth. Hisp. Tom. I. pag. 449. seq.

(631.) *DE NOBILITATE CIVILI* duos,

(632.) *DE NOBILITATE CHRISTIANA* tres, &

(633.) *DE GLORIA* quinque libros, tum ſeorſim, tum & junctim 4. voluminibus in folio editos Romæ anno 1592. itemque ob

(634.) *DE REBUS Emanuelis Luſitaniæ Regis* præclarum opus, quo commeritus eſt, ut Baronio Cardinali graviſſimus audiret Indicarum rerum noſtri temporis ſcriptor, Blancæ item (τ) ſapientiſſimus & eloquentiſſimus, cui videntur in cunis dormienti velut alteri Platoni in labellis apes conſediſſe. Obiit Oſſorius d. 20. Auguſti 1580. Conf. de eo Soberiana. (υ)

CCCLX. FR. HIERONYMUS PARDO Gallæcus ortu, nativitate Matritenſis, Clericus Regularis Ordinis Minorum Sancti Franciſci, Salmanticenſi æque ac Complutenſi in Academia SS. Theologiæ Profeſſor, Provincialis etiam Ordinis ſui Ex-Præfectus, & Conſultor ac Viſitator Tribunalis Fidei Inquiſitionis, præter Theologica varia etiam (S, Jacobi Apoſtoli Hiſpaniarum Patroni excellentia geſta per Antonium Calderon, ſuperius (LIX. 101.) laudatum deſcripta continuaturus) Hiſtoricum opus

(635.) *DE LAS Excelencias del glorioſo Apoſtol Sant-Jago unico y ſingular Padron de Eſpanna entre los demas Apoſtolos* evulgavit. Prodiit autem opus illud (cujus, ut dixi, prima pars duobus abſoluta libris Calderoni, poſterior quatuor continens libros Pardo noſtro debetur) integrum Matriti apud Gregor. Rodriguez anno 1687. in folio. Nobis autem heic laudandum venit ob adjectam ſecundo Tomo Nobilium Gallæciæ ſtemmatum Hiſtoriam Genealogicam, unde ſequiores Genealogi, qui ſæpius nec ſine encomiis, uti Joſephus Pellicer (φ) Ferdinandus de Saavedra (χ) aliique illud citant, plurima hauſerunt. Plagii tamen tetram Pardus noſter incurrit notam, dum ſecum à Philippo de Gandara de nobilibus Gallæcis familiis, inprimis Noboana Comitum de Maceda ſtirpe communicata Manuſcripta inſcio auctore ſibi vendicavit, de quo acriter ipſe Gandara conqueritur (ψ) qui & alibi (ω) nonnullos ejus errores & habitam

(τ) Comment. rer. Aragon. fol. 301. fin.
(υ) Pag. 153.
(φ) In Bibliotheca de ſus eſcritos pag. 191. b. pr.
(χ) Memorial de ſu Caſa paſſim, inprimis fol. 40. a. f. & fol. 79. a. m.
(ψ) Nobiliario de Galicia Lib. 3. cap. 1. fol. 299. pr.
(ω) Ibid. fol. 500.

bitam fabulis fidem perſtringit, quin & Ludovicus de Salazar & Caſtro (α) in Pardo ἀκρίβειαν judiciumque Hiſtorico condignum deſiderat.

HIERONYNUS de PEREA, Jeſuitarum ſodalis in Collegio, ni fallor, Complutenſi, ſcripſit CCCLXI.

VIDA de Donna Catalina de Mendoza, fundadora del Colegio de la Companna de Jeſus de Alcala. Matriti 1653. Continet libellus iſte Catharinæ iſtius Mendoziæ majorum ex inclyta Mendozina gente aliqualem ſeriem. (636.)

HIERONYMUS de QUINTANA Matritenſis, Licentiatus, Clericus Presbyter, Notarius Officii Inquiſitionis fidei, Rector Noſocomii de la Latina cognominati (quod Donna Beatrix Galindez Salmantina, Iſabellæ Catholicæ Reginæ in Linguæ Latinæ ſtudio Magiſtra ſuis ſumtibus exſtrui dotarique curaverat) Matritenſis, ac urbis patriæ Hiſtoriographus, ei ut ſatisfaceret muneri, edidit CCCLXII.

HISTORIA de la antiguedad, nobleza y Grandezas de la mui antigua noble y coronada Villa de Madrid. Matriti 1629. in fol. 10. Alphab. mole. Continet illa tres libros, quorum primus urbis antiquitates, ſecundus familias nobiles & viros illuſtres inde oriundos, tertius magnificas ædes, palatia, templa, Collegia & ſacella percenſet. Inprimis noſtrum reſpicit argumentum liber ſecundus plurimas exhibens familias nobilis, Metropoli iſti aut ortum ſedes & olim & nunc acceptas ferentes, tantoque majori habendus in pretio, cum unicus fere ſit, qui de Matritenſi nobilitate lucem adſpexit, teſte Salazario (β) Encomium operis lege in Joſephi Pellicerii Bibliotheca operum. (γ) (637.)

HIERONYMUS RAM Nobilis Aragonenſis, circa annum MDLX. magno ſtudio elaboravit CCCLXIII.

GENEALOGIA de la Caſa de Calvillo, ex qua ortum traxere ſuum Domini de Malon & Hierlas, quorum maſcula ſtirps jam exſtincta eſt. Laudat librum Salazarius (δ) & de familia Calvillorum conferri meretur Caſcales, Murciani Regni inclytus Hiſtoriographus (ε) qui eandem ex Turiaſonenſi Aragoniæ Regni Diœceſi oriundam perque Murciam, Andaluſiam de Caſtellæ Regna propagines extendentem refert, eorundem tamen inſignia aliter ac Antonius Barahona depingit, hic enim ſcutum (638.)

(α) In MSC. cit. num 85.
(β) In MSCto num. 139.
(γ) Bibliotheca de ſus eſcritos fol. 158. in fin.
(δ) In MSCto num. 195.
(ε) Hiſtoria de la Ciudad de Murcia fol. 311.

tantummodo exhibet aureum, cujus ſummitas colore coccineo (Gallis au chef de gueales) inſignitur, ille vero in ſcuto cœruleo 13. exprimit globulos aureos.

CCCLXIV. FR. HIERONYMUS ROMAN, parentibus Martino Roman, & Agneta de Zamoca Civibus Lucronienſibus natus, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini ſodalitio initiatus in oppido Haro diœceſeos Calagurritanæ; Ordinis denique ſui Hiſtoriographus celeberrimus, plurima in lucem edidit argumenti Hiſtorici opera, quæ prolixe una cum vita Auctoris Lectorum oculis ſubjecit Nicolaus Antonius. (ζ) Ex eorum numero in noſtram referimus claſſem

(639.) *HISTORIA de las tres ordenes militares de Portugal.*

(640.) *HISTORIA de la Real Caſa y Monaſterio de Santa Cruz de Coimbra.*

(641.) *HISTORIA de Braga.*

(642.) *HISTORIA da Sereniſſima Caſa de Braganza.*

(643.) *HISTORIA de Convento de Alcobaza;* quorum omnium ex Georgii Cardoſo relatione meminit Antonius; eaque ſingula plurimam facem inferre rei Genealogicæ Luſitanicæ nobilitatis extra omnem dubitationis poſitum eſt aleam. Obiit Romanus hic noſter Medinæ Campi circa annum MDXCVII. vir ſtupendæ memoriæ atque lectionis infinitæ, ſed in quo judicium ſæpius deſideres.

CCCLXV. HIERONYMUS ROMAN de la HIGUERA Toletanus, Sacerdos jam & Theologiæ Doctor, ac in Gymnaſio Patrio Philoſophiæ Profeſſor Societatem intravit Jeſuiticam Compluti anno MDLXIII. in eaque per totum vitæ ſubſtitit curriculum; Vir Hiſtoriæ antiquitatumque Hiſpanarum & ſtudioſiſſimus & gnariſſimus, attamen (pro pudor!) in ſupponendis Dextro, Marco Maximo, Luitprando, Juliano Toletano aliisque hujus farinæ Auctoribus antiquis turpiter orbi erudito illudens, non absq; inſigni famæ ſuæ apud omnem poſteritatem dedecore præter alia plura Hiſtorica opuſcula collegit etiam

(644.) *NOBILIARIO de los quatro linages de Toledo, de los Higueras, Romanos, Cuellos y Pennas;* ἀνέκδοτον illud adhuc latet, verum apographa ejus in ſuis aſſervarunt ſcriniis Thomas de Herrera, Petrus de Rojas, Moræ Comes, Joſephus Pellicerius, atque Ludov. de Salazar & Caſtro, qui & aſſerit, (η) illud quod ad familias Mixt-Arabes (ſeu ut vulgo audiunt Mozarabes) accurate & cum veritatis ſtudio eſſe conſcriptum. Conf. inferius ſub

(ζ) Bibl. Hiſp. Tom. I. pag. 455.

(η) In MSCto cit. num. 57.

ſub Juliano Petri dicenda. Apographum etiam ex Corteſiana Bibliotheca coëmtum poſſedit B. Ehrencronius ſic in fronte notatum:

NOBILIARIO de los antiquos y iluſtres linages de la Imperial Ciudad de Toledo, en que ſe contienen varias y reconditas caſus; Sacado parte de los fragmentos del Maeſtre Alvar Gomez de Caſtro, y parte de eſcrituras antiguas; in folio. Auctorum qui Higveræ noſtri meminerunt, integrum Catalogum ſuppeditat Didacus Joſephus Dormer (θ) qui, ſi placet, evolvi poteſt.

Fr. HIERONYMUS SANZ, Valentini Regni civis, Ordinis Ciſterciensium Monachus & Cœnobii Benifaza Diœceſeos Dertoſanæ Abbas ſcripſit inter alia CCCLXVI.

VIDA del inclito Rey de Aragon Don Juan el II. ut & (645.)

DESCENDENCIA de los Reies de Aragon, utrumque junctim anno 1541. typis impreſſum, & Doctori Michaeli May Regni Aragoniæ Pro-Cancellario nuncupatum videantur de eo Chryſoſtomus Henriquez in Phœnice ſuo, Carolus de Viſch in Bibliotheca Ciſtercienſi, Jo. Franc. Andres de Uztarroz (ι) & Nicolaus Antonius (κ). (646.)

Fr. HIERONYMUS DE SOSA ex Caſtellæ regno oriundus Ordinis Sancti Franciſci ſodalis, Lector (ut vocant) Jubilatus Theologiæ in Conventu Regio Sanctæ Mariæ Novæ Neapolitanæ urbis, & pro-Regis ibidem Capellanus, Cenſor dein (vulgo Calificador) ſupremi Inquiſitionis Fidei Senatus, & Generalis Ordinis ſui in Curia Romana Provincialis, Vir in omniſcibili verſatiſſimus, magnæque inter ſuos auctoritatis, ſcripſit inter alia nonnulla CCCLXVII

NOTICIA de la gran Caſa de los Marqueſes de Villa franca y ſu parenenteſco con las maiores de Europa en el Arbol Genealogico de la aſcendencia ex octo grados por ambas lineas de Don Fadrique de Toledo Oſorio VII. Marques de Villa franca. Prodiit hoc de Toletana familia opus Federico jam laudato inſcriptum Neapoli apud Novelum de Bonis anno 1676. in 4to 2½. Alphab. &, ut verbis utar CLmi Joſephi Pellicerii (λ) *es eſcrito con exquiſitas noticias y memorias de las mas eſclarecidas caſas de Eſpanna, y con methodo tan curioſo como bien ordenando deſſeando en todo las mas ſeguras y verdaderas* (647.)

(θ) Progreſſos de la Hiſtoria de Aragon fol. 193. b. num. 3.
(ι) in nott. marginal. ad Blancas Cortes de Aragon, fol. 26. a.
(κ) Bibl. Hiſp. Tom. I. pag. 458. pr.
(λ) Biblioteca de ſus eſcritos pag. 190. b.

deras opiniones. Præterea quoque Sosa noster, quamvis suppresso nomine, duplicem, utramque tamen per brevem emisit in lucem.

(648.) *GENEALOGIAM inclytæ Sousanæ domus;* cujus &

(649.) *HISTORIAM Genealogicam* omnibus numeris absolutam vastoque comprehensam volumine prælo jam paratam habere Auctorem huncce edocemur a Ludovico de Salazar & Castro (μ) quæ num interim lucem publicam adspexerit, edoceri cupimus.

HIERONYMUS SURITA v. HIERONYMUS ZURITA.

CCCLXVIII Fr. HIERONYMUS TOSTADO Xeresiensis Bæticus, seu ut magis vult Casanate (ν), Olyssipone Lusitanus, Ordinis Carmelitarum in Cœnobio Barcinonensi Sodalis, & ejusdem Ordinis per Cataloniam præfectus provincialis, Vicariusque Generalis per Hispaniæ, Portugalliæ, Siciliæ Neapolisque regna provincialis, & inter Tribunalis Fidei Inquisitionis Senatores Censor (vulgo Qualificador): Obiit Neapoli circa annum M DC ut ex ejus Epitaphio patet apud Georg. Cordosa (ξ) scripsit præter alia nonnulla

(650.) *DE VIRIS & feminis illustribus Ordinis Carmelitici librum*, quem αὐτόγραφον penes se habuit laudatus modo Casanate, & nullum est dubium, quin plura in eo circa Hispanos utriusque sexus nobiles notatu digna occurrant. Conf. Nic. Antonius (ο).

CCCLXIX HIERONYMUS DE VILLA, Regius Philippi II. aut III. ni fallor Haraldus (Hispanis Rey de armas) congessit de illustribus Hispaniæ Regnorum stemmatibus opus Genealogicum

(651.) *LUZERO de la nobleza de Espanna* inscriptum, quod Rodericus Mendez Silva Chronographus Regius, qui illud manu exaratum possedit, tanti fecit, ut Francisco Rades supra CCLXXIV. laudato viro CLmo auctoritate æquiparare non dubitaverit; Laudant & idem opus Sanctius de Doriga & Valdes (π) Jo. Florez Ocarizius (ρ) aliique plures.

CCLXX DON HIERONYMUS DE VILLALOBOS, Alvari Peresii Osorii V. Asturicæ Marchionis minister domesticus scripsit de Guznannico Dominorum

(μ) in MSto cit. num. 126.
(ν) in Paradiso Carmelitici decoris.
(ξ) in Hagiologio Lusitanico d. 27. Mart. pag. 333.
(ο) Bibl. Hisp. Tom. I. pag. 462. pr.
(π) Memorial de la Casa de Asturias fol 3. pr. fol. 58. b. med. & inprimis fol. 67. b. m.
(ρ) Nobiliario del Reine de la nueva Granada Tom. 2. pag. 47. pr.

minorum de Toral Stemmate opus Genealogicum, tali insigne frontispicio

EPITOME de la ascendencia del Duque de Medina de las Torr, quod manuscriptum possedit Ludov. de Salazar & Castro, qui multis illud extollit laudibus. Conf. Nic. Antonius. (σ) (652.)

HIERONYMUS ZURITA Cæsaraugustanus, Aragonicæ imo & CCCLXXI universæ fere Hispanicæ Historiæ Pater & Princeps, cujus vitam, scripta & elogia sat crasso volumine (superius jam CLXIIX. 268. recensito) collegere Joannes Franciscus Andres de Uztarruz & Didacus Josephus Dormer; ut & Nicol. Antonius (τ) unde quidquam eorum heic repetere plane supervacaneum ducimus, contenti, obiter annotasse, Zuritam nostrum Cæsaraugustæ die 4. Decembr. MDXII. natum, ibidemque die 3. Novembr. MDLXXX. esse denatum. Immortaliter summus hicce vir totam sibi devincit Hispanam Nobilitatem egregiis suis tam

INDICUM Rerum ab Aragoniæ Regibus gestarum tribus libris Cæsaraugustæ a Dominico a Portonariis de Ursinis 1588. in folio excusis, ac in Hispanæ illustratæ Volumine 3. recusis, quam inprimis præclaro illo & omnibus numeris absoluto opere (653.)

ANALES de la Corona del Regno de Aragon, quod una cum Indice rerum notabilium 7. voluminibus in folio constans ternis vicibus recusum prodiit, nempe annis 1562. 1585. & 1610. In hoc opere, (ut dignum ei inter Genealogos Hispanos locum vindicem, utar verbis Nicolai Antonii) nonnullis olim displicuit scriptoris prolixitas, longam eorum seriem, qui" factis interfuerunt, passim texentis, quam culpam explicare possent pau-" li Jovii de Polidori Virgilii Britannica Historia his verbis. *Alieno potius*" *arbitrio quam suo intexuisse multa in gratiam gentis existimatur, quod in re*-" *censendis minorum Ducum nominibus tanquam gloriæ avidis plurimum in*-" *dulserit*; nisi prudentes quique & suarum antiquitatum & majorum a-" mantes jure sibi placuissent in prolixioribus his rerum gestarum viro-" rumque recensionibus. Nec enim Historia fida esset antiquitatis nun " cia, si rerum capitibus contenta præcipuos earum authores tantum ce-" lebraret, quod in rebus longe a memoria dissitis vix aliter potest, non au-" tem civium fortia omnia & inclyta facta, quorum locuples etiam nunc" memoria exstat, una cum eorum nominibus, qui clari ipsi alias & genere" aut (654.)

(σ) Tom. I. Bibl. Hisp. pag. 462. b.
(τ) Tom. I. Bibl. Hisp. pag. 458. seq.

aut virtute pollentes rebus interfuerunt, curiose distincteque referret." Inflammantur quippe magno publicæ rei beneficio concipiuntque vires " & animos lectis hujusmodi Commentariis posteri eorum, qui laudantur;" atque adeo id, quod de orationibus summi Rhetoris ab nonnemine di-" ctum, eam scilicet optimam esse quæ longissima, id ipsum de Zuritæ an-" nalibus usurpari debere a prudentissimis non semel audivimus.„ Suppeditat ita præclarum istud Annalium opus amplissimum nobilium Hispaniæ Stemmatum penu, unde perfectissima, exactissimaque eorum notitia facile hauriri possit, teste Ludov. de Salazar & Castro (υ) qui equidem fallitur, dum nil aliud præter ea Genealogici argumenti scriptum reliquisse credidit; Extant enim & plura alia opuscula ad hoc spectantia forum, quæ inter apprime commendantur.

(655.) *ANNOTACIONES al Nobiliario de Don Pedro de Portugal Conde de Bracelos*; usum se illis fatetur Gundisalvus Argote Molina (φ) & Didacus Josephus Dormerus asserit, se beneficio Josephi Pellicerii ejus possidere apographum; nec equidem miror operi hujus in ultima Nobiliarii istius ab Emanuele Faria de Sousa Matriti anno 1646. adornata editione nec volam nec vestigium extare, cum nec Ambrosii Moralis, nec Didaci de Yepes, nec Joannis Ruizii de Saa in idem Petri Comitis opus animadversiones illic compareant. Præterea ex verbis Alphonsi Lopez de Haro (χ) ubi quædam Zuritæ fragmenta de Cabrerana Comitum de Chinchon familia ejusdemque originibus citat, facile colligimus, Zuritam nostrum peculiari quodam Genealogico libello

(656.) *DE LA Casa de los condes de Chinchon* disseruisse; id quod tanto magis elucet, si Dormero credimus (ψ) ex grato animo, quem pro multis a Don Didaco de Cabrera y Bobadilla Comite de Cinchon in se collatis beneficiis, per totam vitam testatam Zurita dederat. Quin & latino Idiomate composuit

(657.) *DISSERTATIONEM de Portugalliæ Regibus*, quos ex Ducum Lotharingiæ stemmate ab Henrico inde Conite ad Joannem usque III. cognomine perfectum, Sebastiani infausti regis avum scite deduxit; Asservatur Disser-

(υ) in MSto cit. num. 24.
(φ) in Indiæ Auctt. præfixo lib. Nobleza del Andalusia.
(χ) Nobiliario de Espanna Tom. 2. Lib. 8. cap. 3. fol. 157. b. & Lib. 10. cap. 10. fol. 319. b.
(ψ) Progressos de la Historia de Aragon. pag. 224. §. 7.

Dissertationis hujus αὐτόγραφον in Archivo Regni Aragoniæ, Dormero teste. Exstat & alius adhuc quamvis ἀνέκδοτος Zuritæ liber, inscriptus:

MEMORIAL de las Casas antiguas de Aragon, imperfectus ille quidem, attamen magni pretii, & qui si ultimam Auctoris limam esset perpessus, pro genuino Aragoniæ Regnorum nobiliario habere posset, teste Uztarrozio. (ω) Laudant & idem opus Did. Jos. Dormerus (α) & Nicolaus Antonius. (β) Continet autem non modo Grandium (Ricoshombres vulgo audiunt) sed & plurium aliorum nobilium stemmata; quin & eidem Petri Garcasii Carinnenæ infra suo loco laudandum opus fere integrum inseruit Auctor; Authenticum ejus exemplar exstitit apud Doctorem Bartholomæum de Morlanes, & hodienum Cæsaraugustæ asservatur, ubi describi illud anno 1639. curavit Doctor Joannes Franciscus Andres de Uztarroz, quod exemplar deinceps translatum fuit in Bibliothecam Don Vincentii Joannis de Lastanosa; alia ejusdem apographa sibi sumsere Jos. Pellicerius & Dormerus, qui ab eodem diversum statuit aliud Zuritæ nostri opus (cujus & meminit Don Joannes Franciscus de Montemayor de Cuenca (γ) tali insignitum titulo: (658.)

LAS Cavallerias, que tenian los Ricoshomes en Aragon, y algunos Mesnadenos y Cavalleros en tiempo del Rey Don Alonso el IV. anno de 1328. cui plurima Auctor notatu digna adjecit de nobilibus per Castellæ & Aragoniæ Regna diffusis familiis; Laudat & idem quoque Josephus Pellicerus (δ) Authenticumque ejus exemplar hodienum scriniis Licentiati Hypoliti Escuer, Parochi beneficiati oppidi Quinto asservatur. (659.)

CCCLXXII. HIERONYMUS ZURITA & OLIVAN, laudati modo Hieronymi filius ex Joanna Garsia de Olivan, Joannis Garsiæ, secretarii supremi Inquisitionis Fidei Senatus filia natus Vallisoleti die 10. Octobr. MDXLVII. & eodem die in æde Sancti Jacobi Baptizatus, Humaniores litteras & Philosophiam Compluti addidicit, & anno MDLXXI. die 21. Aprilis parenti in officio Bajulivi & Merini Oscensis à Rege Philippo II. surrogatus est, ut & anno sequenti LXXVI. itidem in munere Magistri Rationum Cæsaraugustani, Anno MDLXXXI. ab eodem Rege constitutus est Gubernator

(ω) in nott. ad Blancæ Coronatt. Regum Arag. L. I. cap. 8. fol. 72. lit. V. & in Indiæ avit. ibid. lit. G.

(α) Discursos varios de Historia pag. 281. pr.

(β) Bibl. Hisp. Tom. I. pag. 461. a.

(γ) In libro Sumaria Investigacion del origen y privilegios de los Ricoshomes &c. de Aragon cap. 4. fol. 87. seb. & cap. 5. fol. 152.

(δ) Memorial de D. Sancho Abacca Conde de la Rosa fol. 4. & 15.

Aquæductuum (Cequia Imperial vocant) Regnorum Aragoniæ & Navarræ; circa quod officium conſcripſit:

(660.) *ORDINATIONES*, quibus regimen & conſervatio iſtarum rerum continetur. Eodem anno Rex ipſi locum inter centum continuos Regiæ domus excubitores commiſit cum permiſſu abſentiæ, & anno MDLXXV. in Comitiis Monzonienſibus, itemque anno MDXCII. in Turiaſonenſibus adſtitit munia obiens Uxieris de armas una cum Sebaſtiano de Morrano, uti patet ex proceſſu dictorum Comitiorum & inſtructionibus Protonotarii Don Michaelis Clymente Secretariique Auguſtini de Villanova, qui in eodem munere Zuritæ noſtro ſucceſſit. Conferantur Ludovicus Cabrera de Cordova (ε) Hieronymus Martel (ζ) & Michael Ramon Zapater (η) Annis dein MDLXXXII. LXXXV. & XCIV. ſæpius interfuit haſtiludiis & torneamentis, prout fuſius hæc omnia perſequitur Dormerus (θ) Uxores habuit duas Iſabellam de Ara, & Marianam de Ripol, ex utraque ἄπαις obiit, ultimus Zuritarum ex oppido Mosqueruela oriundorum maſculus, vid. Zapater (ι) ſcripſit inter alia, ut locum heic tueri inter Genealogos ſuum poſſet:

(661.) *DE LA nobleza y origen de los Climentes*, quod opus procul dubio in gratiam Michaelis Climente Protonotarii ſupra memorati conſcripſit, eique obtulit; is enim ſcripta Matrito Epiſtola Zuritæ noſtro pro transmiſſo iſto opere gratias prolixas refert die 16. Februar. 1582. porro etiam

(662.) *DE LA nobleza y antiguedad de los Zuritas y Garcias* peculiariter eſt commentatus, quod opus laudat, qui αὐτόπτης vidit, Didacus Joſephus Dormerus. (κ)

CCCLXXIII HIJAR antiquiſſima inter Aragones familia nobilis, quæ ortum dedit Ducibus de Hijar (qui unicus hodie eſt totius Regni Aragoniæ Ducatus) Comitibus Alcudiæ in Regno Valentiæ, Baronibus de Xalon & Gata, Comitibus de Villanueva del Soto, ut & Comitibus de Belchite. Hac de familia præterea, quæ Nobiliariorum Hiſpaniæ Auctores ſummatim tradidere, plura ab Anonymis Auctoribus compoſita ſunt opuſcula Genealogica, quæ inter referenda veniunt

GE-

(ε) Hiſtoria de Phelipe II. Tomo II. MSC.
(ζ) Lib. Cortes de Aragon cap. 30. pag. 28.
(η) Additt. ad Uſtarrozii Anales del Reino de Aragon Lib. 3. cap. 32. pag. 112. b.
(θ) Progreſſos de la Hiſtoria de Aragon pag. 38. & 39.
(ι) In additt. ad Uſtarrozii annales Aragon. fol. 112. b.
(κ) Progreſſos de la Hiſt. de Aragon pag. 39.

GENEALOGIA de la Casa de Hijar, item (663.)

ARBOL Genealogico de las sucesiones de la Casa de Hijar en el Reino de Aragon, ut taceam adhuc alias tum typis impressas tum ἀνεκδότους adhuc schedas, in quibus tamen sola fere nomina absque rerum præclare ab istius stemmatis heroibus gestarum historia, Salazario teste (λ) qui & idcirco specialius ea recensere detrectavit, continentur. (664.)

CCCLXXIV DON HIPPOLYTUS de SAMPER & GORDEJUELA, domo nobilissima ex oppido Samper prope Fanum Sancti Joannis de Luce (San Juan de Luz) in Regno Navarræ sito oriunda prognatus, Valentiæ, qua in Universitate & studia Theologica, Juridica & Philosophica absolvit, Canonum Doctor creatus anno MDCLVIII. & anno seq. LIX. Decretalium Professor constitutus est, quod munus obiit usque ad annum MDCLXXIII. Rector quoque Regii Collegii Ordinis Equestris S. Georgii de Montesa, & Prior formatus Ecclesiæ D. Georgii Pro-Cancellarius item seu Judex Regni Valentini, tandemque Consiliarius Regius & Bajulivatus Generalis Regni Valentini Assessor, ut & honorarius Caroli II. p. m. Regis Capellanus ac Procurator generalis Ordinis Equestris Montesani, Vir uno omnium coævorum civium ore celebratissimus ob insignem Juris, historiæ, antiquitatumque peritiam. Scripsit jussu Ordinis Equestris Montesani, & inprimis Vicarii ejusdem Generalis Don Joannis Crespi & Brizuela, ut injurias Ordini huicce à Cisterciensibus, inprimis vero ab Abbate Regii Monasterii de Escaro, Vicario eorum per Aragoniæ Navarræque Regna Generali, ut & Michaele Ramone zapatero (inferius laudando) illatas retunderet, amplum opus, quo non modo originem antiquitatemque dicti Montesani Ordinis defendit, sed & tum vitas & stemmata Ordinis Magistrorum commendatariorumque adjecit, plures Aragonicas, Valentinasque nobiles familias adprime illustravit. Titulus est

MONTESA ilustrada, origen, fundacion, principios, institutos, casos, progressos, jurisdiccion, derechos, privilegios, preeminencias, dignidades, oficios, beneficios, heroes, y varones ilustres de la Real, inclita y nobilissima religion militar de nostra Sennora Santa Maria de Montesa y San George de Alfama. Valentiæ apud Hieronymum Vilagrasa 1669. in folio 2. voll. 16. Alphabetorum mole. Insignibus opus hoc elogiis condecorant Josephus Pellicerius (μ) & Ludovicus de Salazar & Castro. (ν) Debetur etiam Samperii (665.)

(λ) In MSC. cit. num. 211.
(μ) Bibliotheca de sus escritos fol. 119. b. num. 150.
(ν) In MSCto cit. num. 59.

perii nostri indefesso studio & labori integrum à Don Galcerano Mercader (supra CCCV. 521. laudato) editum, atque

(666.) *MEMORIAL de la Casa del Conde de Bunnol* inscriptum opus; quin & de celebri Lansolorum de Romani Valentinas inter gentes, quæ hodie Borgianum ascivit cognomentum, peculiariter commentatus est in libello adhuc, ni fallor, ἀνεκδότῳ hujus lemmatis

(667.) *GENEALOGIA de la Casa Lansol de Romani.* Communicavit illud Auctor cum Ludov. de Salazar & Castro, qui debita Auctorem librumque laude concelebrat. (ξ) Promisit etiam Samperius ipse, (ο) se propediem typis publicaturum

(668.) *CHRONICON Sacræ Religionis Cistercio-Calatravensis, Valentinæ sub-Congregationis*, quod tamen an lucem jamdum viderit, merito dubitamus. Id certo affirmare post Salazarium (ϖ) possumus, maximam Nobilium Valentini Regni prosapiarum partem a Samperio in schedas relatam esse, nihil tamen eorum hucusque prælo subjectum prodiisse. Singulare Viri hujus elogium Syncello suo infra laudando præfixit Josephus Pellicerius, amicorum (ut ipsi audit) maximus, ubi & de stemmate Samperiano plura admiscuit. Conf. Did. Jos. Dormerus. (ρ) HISPALIS quære SEVILLA.

CCCLXXV. HYACINTHUS FREIRE de ANDRADA, Lusitanus Abbas, Lingua Portugallica conscripsit:

(669.) *VIDA de Dom Joano de Castro Virrey da India* seu de origine, vita & rebus præclare gestis famosi Indiæ Orientalis Pro-Regis Joannis de Castro, ex Castrorum Lusitanicorum inclyto stemmate oriundi. Laudat opus, qui vidit, Nicolaus Antonius. (σ)

J.

CCCLXXVI JACOBUS (vernacule JAIME) BLEDA ex oppido Algemesi Regni Valentiæ oriundus, Dominicanus, Ordinis sui Prædicator Generalis, & Officii Inquisitionis Fidei Censor ac calidissimus Maurorum persecutor, eorumque ex Hispania expulsionis fax & tuba, nobis heic recensendus venit, ob grande illud

CO-

(ξ) In lib. Advertencias Historicas num. 31. pag. 29.
(ο) Montesa ilustrada Tom. I. pag. 2. pr. lit. F.
(ϖ) In MSCto cit. num. 59.
(ρ) Progressos de la Historia de Aragon pag. 350. num. 68.
(σ) Biblioth. Hisp. Tom. I. pag. 465. f.

CORONICA de los Moros de Espanna nuncupatum opus, in quo fortia Nobilium Hispanorum contra Mauros gesta passim recenset, præfixo operi peculiari eorundem Catalogo, inprimis Sandovalio ex stemmate Heroes pag. 1063. seqq. concelebrans, unde & sæpius Genealogis Hispanis Bledæ hoc opus citandum venit. Prodiit illud Valentiæ apud Philippum Mey 1618. in folio 12½ Alphabetorum mole. Elogia Auctoris vide apud Fr. Antonium Senensem (τ) & Fr. Alphonsum Fernandez. (υ) Censuram vero ejusdem apud Jo. Francisc. Andres de Uztarroz; (φ) & notandus est Nicol. Antonius, qui (χ) opus istud Chronologiæ Maurorum titulo recenset. (670.)

JACOBUS GUILIELMUS IMHOF Nobili, & ut vulgo audit Patritia ortus familia Norimbergæ; Senatorio ibidem Ordini primario adscriptus, & Thesauro ærarioque publico præfectus, Vir in studiis Historico Politicoque & inprimis Genealogico versatissimus, cujus laudes (ne viro nos quis amico adulatos suspicetur) aliis condigne relinquimus concelebrandas; Præter Germaniæ, Galliæ, Angliæ Italiæque illustria stemmata etiam Hispanica sibi illustranda sumsit, edita eum in finem. CCCLXXVII.

HISTORIA Italiæ & Hispaniæ Genealogica, quæ instar Prodromi exhibet stemma Desiderianum ab ima radice cum suis stirpibus ac ramis nempe Berengariorum Regum Italiæ & Imperatorum Romanorum, Comitum Burgundiæ, unde rami Comitum Viennensium, Cabilonensium & Palatinorum Burgundiæ, Principumque Arausionensium; Regum Castellæ & Legionis nec non Aragoniæ omnisque denique Hispaniæ, Noroniana in Lusitania, unde Comites de Villaverde, Marchiones & Duces de Villareal & Caminna, Comites & Duces de Linnares, Comites de Monsanto & Marchiones de Cascaes; Henriqueziana, unde Comites de Melgar, Duces de Medina del Rioseco, Almirantes Castellæ, Marchiones Tarifæ, Duces Alcalæ, Comites Albæ de Liste &c. Emanuelensis, unde Domini de Belmonte & Comites de Villaflor, Cerdana Ducum Medinæ Celi Marchionumque de Cogolludo, San Martiniana in Pedemontio, & Viscontia Vice-Comitum Mediolanensium, una cum Sfortianæ familiæ Genealogia, quis exegesi historica perpetua illustratum & in- (671.)

(τ) In Bibliotheca scriptorum Ordinis Dominicani.
(υ) In notitia scriptorum Ordinis Dominicani lit. J. fol. 375. b.
(φ) In defensa de la patria de San Lorenzo pag. 20.
(χ) Biblioth. Hisp. Tom. I. pag. 468. b.

& insignium iconibus exornatum. Norimbergæ apud viduam Jo. Hofmanni & Engelbertum Streckium 1701. in folio. Successit ei

(672.) *CORPUS Historiæ Genealogicæ Italiæ & Hispaniæ*, in quo stirpium utriusque Regni primanarum Genealogiæ exegesi historica perpetua illustratæ Ordine Alphabetico exhibentur cum insignium iconibus, continet vero sequentes stirpes: Regiam Aragonicam, Atestinam Aquinensem, Aquavivianam, Acunianam, Archinteam, Avalensem, Barbianam, Barberinam, Benavidensem, Boncompagnanam, Borromeanam, Burgesiam, Cajetanam, Cantelmensem, Capuensem, Camuiolensem, Caraffensem, Cerdanam & Chisiam. Ibidem 1702. in folio. Eximii hujus operis ulteriori intentus telæ interim Belgicis nitidissime excusa typis in lucem prodire fecit alia bina opuscula, nempe

(673.) *STEMMA Regium Lusitanicum, sive Historiam Genealogicam Familiæ Regiæ Portugallicæ* a prima origine usque ad præsens ævum deductæ, & narratione rerum in Portugallia a condito Regno gestarum ac factorum memorabiliorum illustratæ, insigniumque iconibus exornatæ; continet præter Regium Bragantinamque, unde Marchiones de Flechilla, Comites Oropesæ, Lemos, Marchiones Sarriæ Duces Taurisani, Marchiones Ferreiræ & de Villescas, Duces de Cadaval, Comites de Gelves, Duces Veraguæ, Comites de Faro Odemiræ, ac Vimiosi, Alencastrensem, unde Duces de Aveino & Abrantes, Commendatores Ordinis Acisiani & de Coruche, Dominos de Eza, Cascaes, Soallaris & Penelæ Comites, item de Torres, & Comites de Villardompardo, Sosanam, unde Comites de Prado & Mirandæ, Marchiones de las Minas & de Anonches. Amstelodami apud Zachariam Chatelain 1708. in folio, tandemque Gallica Lingua

(674.) *RECHERCHES Historiques & Genealogiques des Grands d'Espagne, avec un etat de ceuxqui vivent aujourdhui, contenant leur Extraction, leurs noms, qualités, alliances, posterité, armes & blazons*, præmisso discursu de origine Grandium Hispaniæ eorundemque prærogativis & discriminibus. Amsterdam chez Zacharie Chastelain 1707. in 12mo.

CCCLXXVIII. JACOBUS MAINOLDUS GALERATUS, (non, ut Nicolao Antonio (ψ) audit, GALECATUS) Cremonensis Juris-Consultus edidit librum:

(675.) *DE TITULIS Philippi Austrii Regis Catholici, atque in ipsas titulorum successiones tabulas*, Bononiæ typis Peregrini Bonardii 1573. in 4to, 30. pla-

(ψ) Biblioth. Hisp. Tom. II. pag. 367. a. f.

30. plagul. Regii Hiſpanici ſtemmatis notitiam, Regnorumque ac ditionum inſignia brevibus, quamvis minus accurate, ob oculos ponentem.

JACOBUS ſeu JAIME MARQUILLES, Barcinonenſis Catalanus JCtus Clariſſimus olim in Themide Hiſpana nobis prolixius laudatus præter juridica etiam Genealogicum quoddam CCCLXXIX.

DE LAS Caſas Solariegas de Catalunna, ſeu de nobilibus Cataloniæ familiis opus ex Tabulariis publicis atque authenticis documentis circa annum MCDL. conflaſſe dicitur Nicolao Antonio. (ω) (676.)

JACOBUS MAXVELLUS de KYRCONEL Eques Scotus doctiſſimus præter alia etiam quædam edidit CCCLXXX.

DE ANTIQUITATIBUS & Genealogiis Regiis, nobis equidem non viſa, ſed quæ tamen Hiſpanos Auſtriacosque Principes continere, & ob id ex latino in Hiſpanum ſermonem a polygrapho illo Chryſoſtomo Henriquez (ſupra CXL. recenſito) translata fuiſſe a Nicolao Antonio (α) edocemur. (677.)

JACOBUS RAYMUNDUS VILLA Nobilis Catalanus, presbyter ac Hiſtoriæ antiquitatumque patriæ ſedulus rimator, & Codicum variorum manu exaratorum penu dives conſcripſit CCCLXXXI.

DE LAS Genealogias e inſignias, ò armas de la Nobleza del principado de Catalunna, ſeu opus Genealogico-Heraldicum de nobilibus Catalonia familiis. Multa id laude proſequuntur Stephanus Corbera (β) & Nicolaus Antonius (γ) qui illud ab Auctore una cum libraria ſua ſuppellectile Monaſterio Divi Hieronymi de la Murta cognominato prope Barcinonem legatum fuiſſe aſſerit. (676.)

IBNULC HATIB Celeberrimus inter Arabes Theologus, Philoſophus, Poeta & Hiſtoricus ad rem noſtram pertinere quoque jure videtur; ita enim de eo verba facit Nicolaus Antonius: (δ) Natus eſt in Ray civitate, ut Joannes Leo elogio ejus docet. (ε) Hæc Parthiæ urbs eademque phaſis Medici famigeratiſſimi patria. Hic inter alia multa ſcripſit CCCLXXXII.

CHRONICA Granatæ omniumque hominum notabilium doctiſſimorum, & Do- (679.)

(ω) Bibl. vet. Hiſp. Lib. X. cap. 5. §. 302. fol. 161. b.
(α) Bibl. Hiſp. Tom. I. pag. 195. b. m.
(β) Catalunna iluſtrada Lib. I. cap. 2. pag. 6. pr.
(γ) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 675. b. pr.
(δ) Bibl. vet. Hiſp. Tom. 2. pag. 253. a. f.
(ε) Vid. Jo. Henr. Hottingeri Bibliothecarium pag. 280.

& Dominorum, qui impreſſi fuerant in Granatam XII. voluminibus; quam quidem diſtinguit idem Joannes Leo ab

(680.) HISTORIA Regum ac Dominorum Granatæ, quam deinde laudat. Aliquando enim in hac urbe Granatenſi fuiſſe dicitur, indeque expilato Regis Abu Habdillæ theſauro in Fezam diſceſſiſſe, quo in loco ob hæreſin & furtum hocce anno Hegiræ DCCLXXVII. id eſt Chriſti MCCCXCIX. ſuffocatus fuit ejusdem Joannis Leonis teſtimonio,

CCCLXXXIII. IDIAQUEZ nobilis & pervetuſta ex Azcoitia Guipuſcoæ oppido derivata familia in tantum crevit, ut in Hiſpania Marchionatum Sancti Damiani, Comitatum Aramyonæ in provincia Alabenſi, & Majoratus domuum Batron & Moxica in Biſcaja ſitos; in Italia vero Principatum Squilacienſem & Comitatum Simarinum in Regno Neapolitano ex connubiis cum Borgiana gente contractis obtinuerit; Ducum etiam de Ciudad-Real in Mediolanenſi Ducatu honore ac titulo à Philippo IV. Rege mactata; Comitum itidem de Mayalde in Caſtella veteri, & de Ficallo in Luſitania titulis, quanquam absque uſufructu, ſuperbiens. Hac de illuſtri familia ab Anonymo quodam nobili ex eademmet oriundo circa finem præterlapſi jam Sæculi XVII. conſcripta eſt

(681.) *GENEALOGIA de la Caſa de Idiaguez en Azcoitia villa de Guipuſcoa*, quam laudat, qui manu exaratam poſſidet, Ludovicus de Salazar & Caſtro. (ζ)

CCCLXXXIV. DON INNICUS ANTONIUS de ARGUELLO & CARVAJAL, Nobilis Badajozenſis (quæ Extremaduræ Provinciæ urbs eſt) Dominus Turris de Cannos, quod Dominium per connubium cum Donna Mencia Maria de Vargas, octava nepte Garſiæ de Vargas Domini Turris de Cannos & Præfecti (vulgo Alcayde) Metellinenſis contractu obtinuit, ut pluribus ipſe Innicus nos edocuit in eleganti libello Genealogico,

(682.) *MEMORIAL de la Caſa de los Vargas, Sennores de la Higuera de Vargas en Eſtremadura*, inſcripto; Apographa ἀνεκδότου hujusce operis poſſedere, qui laudant, Joſephus Pellicerius (η) & Ludovicus de Salazar & Caſtro, (θ) qui & alibi (ι) nos edocet, Arguellum huncce plurimas nobilium Extremaduræ ſtemmatum Genealogias elaboraſſe, quibus & Pellicerius in laudata modo Martelenſis domus Genealogia & Didacus Ortiz de Zun-

(ζ) In MSCto cit. num. 236.
(η) Memorial de la Caſa de Martel fol. 47.
(θ) Hiſt. Geneal. de la Caſa de Silva lib. V. cap. 4. & 7. pag. 595.
(ι) In MSCto cit. num. 118.

Zunniga in illa Ceſpedenſis domus feliciſſime fuerint uſi; nihil autem eorum typis hactenus impreſſum prodiiſſe, & ſchedas illas autographas in ſcriniis Don Alexandri de Silva Civis Badajozenſis hodienum deliteſcere.

DON INNICUS FERNANDEZ de VELASCO, ſecundogenitus Petri Fernandez de Velaſco, Caſtellæ Condeſtabilis ex Menica de Mendoza filius, ſecundus Dux de Ferias, tertius Caſtellæ Condeſtabilis & quartus Comes de Haro, Ordinis aurei Velleris Eques, ſupremus Cubicularius Regius & Regnorum Caſtellæ pro Carolo V. Imperatore Gubernator, Vir rebus præclare geſtis inclytus, dum rebelles Burgenſes ad obſequium redegit, Communitatum Caſtellæ turbas in prælio ad Villalar oppidum oppreſſit, Gallos prope Lucronium acie vicit, Fontarrabiam expugnavit, obſides Franciſci I. Galliæ Regis filios cuſtodiit, & magna ſemper apud Carolum Cæſarem exiſtimatione viguit; nobis heic laudandus venit ob ſuccinctam, quam collegit, CCCLXXXV.

DE illuſtribus Hiſpaniæ familiis, earumque inſignibus, enarrationem. (683.) Laudat eandem Gundiſalvus Argote Molina, (κ) quamvis ob nimiam brevitatem eadem parum modo ſe in iſto opere ſuo adjutum agnoſcat.

DON INNICUS LOPEZ de MENDOZA primus Sanctæ Julianæ (Santillana vulgo audit) Marchio & Comes del Real de Manzanares creatus à Joanne II. Caſtellæ Rege, Didaci Hurtado, Dynaſtæ in Hita & Putrago, XXII. Caſtellæ Almirantis & Eleonoræ Laſo de la Vega filius, Vir toga ſagoque illuſtris, cujus vitam poſterosque fuſius exhibent Genealogi Hiſpani & ſpeciatim Alphonſus Lopez de Haro. (λ) Præter moralia politicaque varia ſcripta, quæ exacte recenſet Nicol. Antonius (μ) etiam CCCLXXXVI.

DE LOS linages nobles de Caſtilla opus conſcripſit Genealogicum, (684.) quo uſum ſe in ſuo nobiliario fatetur prædictus Haro. (ν)

JOANNES AGUIARE Hiſpalenſis urbis Civis & (Jurium ni fallor) Licentiatus Sæculo XVI. floruit, atque in volumen redegit. CCCLXXXVII.

ESCUDOS de armas ſeu inſignia nobilium Hiſpanorum, brevius (685.) quidem, ſed & accurate magis ac curioſe, quam Garibayus, Barahona, Lezana aliique plures, cenſente ſic, qui manuſcriptum exemplar ejusdem (quip-

(κ) In Indice de los Autores & Præf. operis ſui nobleza del Andaluſia.
(λ) Nobiliario de Eſpanna Lib. IV. cap. 13.
(μ) Bibl. vet. Hiſp. Lib. X. cap. 9. §. 463. ſeq.
(ν) In Præf. Nobiliarii Hiſpanici.

(quippe quod nec dum lucem prælo vidit) possedit, Gundisalvo Argote Molina. (ξ)

CCCLXXXVIII DON JOANNES ALPHONSUS MARTINEZ CALDERON natus in oppido Nombela prope Escalonam Diœceseos Toletanæ urbem, Juris Doctor, & Regiæ Curiæ Advocatus, qui ob ingens, (quod perfectum quidem ante obitum habuit, hactenus tamen quod sciam prælum non subiit) septem voluminum opus

(686.) *IMPERIO de la Monarquia de Espanna en las quatro partes del Mundo, defensa de sus derechos, titulos, precedencia y Soberania entre las demas del orbe* inscriptum, quo Regum Hispaniæ universa contra Gallos prolixe defendit jura, magni nominis apud suos est, & ob tam magnos exantlatos labores à Rege Philippo IV. Curiæ Granatensis Senator creatus fuit, ut prolixius nos edocet Nicol. Antonius, (ο) qui & addit, compendium operis istius haberi in libello supplici ab Auctore olim ad Regem Philippum IV. directo de hoc & aliis suis monumentis, Matritique edito apud Didacum Diaz de la Carrera 1651. unde patet, ipsum quoque editioni tunc paratum habuisse

(687.) *DE LAS excelencias de los nombres de Filipo y Maria Ana, y del numero quarto* opus quatuor librorum, occasione Regalium nuptiarum exaratum, & Hispanico Austriacoque stemmate instructum. Quin & in instructissima Inquisitoris Generalis Didaci de Arce y Reinoso Bibliotheca olim extitit, Catalogo ejusdem teste (π) editum à nostro Calderone, quamvis omisso loci, Typographi, annique nomine

(688.) *MEMORIAL Historico-Juridico-Politico de la Santa Iglesia Cathedral de los Puebla de los Angeles en la nueva Espanna sobre restituirla las armas reales de Castilla, Leon, Aragon y Navarra, que puso en la capida maior de su Iglesia, de que ha sido desposada injustamente* in folio, 3. Alphab. mole. Opus, ut Nicol. Antonii (ϱ) verbis utar, in quo plura de insignium compositione, & de Suprarbiensi Aragonensium Regum antiquo, ut ajunt, stemmate continentur; suffragante quoque Didaci Jos. Dormeri (σ) testimonio. Præterea & Rodericus Mendez Silva, qui insigni ipsum condeco-

(ξ) In Præf. Nobleza del Andalusia.

(ο) Bibl. Hisp. Tom. I. pag. 478. a. & Tom. II. pag. 308. pr.

(π) Tit. Libros Historicos in folio num. 309. ubi 24. Realibus æstimatur.

(ϱ) Tom. II. Bibl. Hisp. pag. 305. m.

(σ) In nott. ad Blancæ Inscriptiones Regum Aragoniæ pag. 115.

decoravit elogio (τ) prælo paratum habuiſſe Calderonem noſtrum teſtatur inſigne

DE quatrocientos Titulos y Grandes de Europa, con ciento y treinta y tres Principes Soberanos Hiſtorico-Genealogicum opus, quod tamen hactenus, quod ſciam, lucem fugit; idem credo opus indigitare voluiſſe Ferdinandum de Saavedra, (υ) qui eum nativitate Eſcalonenſem, ſed minus recte, ut vidimus, afferit. (689.)

JOANNES de AMETO, latine DAMETUS, Majoricenſis, Juris utriusque Doctor & Balearidum Regni Chronographus, ei ſe parem muneri oſtendit ſcripto eleganti Hiſtoriæ patriæ opere, ſub hoc titulo evulgato CCCLXXXIX

HISTORIA general del Reino Balearico. Majoricæ apud Caſparem Guaſp 1633. in folio, quod continuatum dein ivit Vincentius aut infra ſuo loco laudandus; non enim niſi ad mortem usque Jacobi II. Regis, annumque Chriſti 1311. Dameti hic labor pertingit; meretur autem adprime inter Genealogos noſtros locum ob plura de ſtemmatibus omnium Aragonicæ Coronæ Regnorum nobilibus notatu digniſſima documenta; unde & ſæpius Genealogis citandum venit inprimis Joſ. Tornero. (φ) Conf. Nic. Antonius. (χ) (690.)

JOANNES ANTICHIUS de BAGES, Joannis Filius, Cæſarauguſtanus, Aragoniæ Regni Legum Gloſſator celeberrimus, quo nomine nobis jam prolixe laudatus fuit in Themide Hiſpana (ψ) Didaco Joſepho Dormero teſte etiam compoſuit CCCXC.

ARBOREM Genealogicam Regum Aragoniæ, idque juſſu Alphonſi V. Regis, Aſſervatur autem illa hodie dum in publicis Ordinum Deputatorum ſcriniis Cæſarauguſtæ. (691.)

JOANNES ANTOLINEZ de BURGOS, Nobilis Valliſoletanus ortu, exaravit Sæculo ſuperiori XVIto. CCCXCI.

HISTORIA de la Ciudad de Burgos, con eſpecial memoria de ſus hiios, y Genealogias de algunos de los fundadores de ſus Monaſterios; Exemplar operis iſtius rariſſimi & ἀνεκδότυ poſſidet Ludovicus de Salazar & Caſtro, qui (ω) ſimplici ſtylo eſt ſincero & nudæ veritatis amore ſcriptum cenſet, (692.)

 tan-

(τ) Boblacion General de Eſpanna pag. m. 33. pr.
(υ) Memorial de la Caſa de Saavedra fol. 9. in fine.
(φ) Grandezas de la Caſa de los Vizcondes de Rocaberti paſſim.
(χ) Bibl. Hiſp. Tom. I. pag. 519. b. pr.
(ψ) Sect. VIII. §. 3. pag. 87.
(ω) In MSCto cit. num. 169.

tantoque majoris habendum pretii asserit, cum vix aliud quippiam de familiis istius urbis nobilibus litteris mandatum reperire liceat.

CCCXCII. DON JOANNES ANTONIUS de TAPIA & ROBLES, natus Augustæ Taurinorum, cum parens illic inter domesticos viveret Serenissimæ Principis Catharinæ Austriacæ, scripsit:

(693.) *ILUSTRACION del nombre de Grande, principio, grandeza, y etymologia; Pontifices, Santos, Emperadores, Reies, y varones ilustres, que le merecieron en la voz publica de los hombres.* Matriti 1638. in quarto. Recensentur autem inibi plurium, inprimis Hispanorum, magnatum encomia & fortia facta. Obiit Tapia noster teste Nicolao Antonio (α) mense Majo anni MDCLVIII.

CCCXCIII. DON JOANNES ANTONIUS de VERA & ZUNNIGA, Ferdinandi de Vera & Vargas, Prætoris urbium Murciæ, Lorcæ & Carthagenæ ac Capitanei supremi Regni Murciani, ex Donna Maria de Zunniga & Avila filius, Emeritæ natus, Dominus oppidorum Sierra bravi, Turris Majoris, Don-Tello, & San Lorenzo, Commendatarius de la Barca & Eques Ordinis D. Jacobi, Philippi IV. Regis ad Sabaudiæ Principem & Rempublicam Venetam aliquando Legatus, à quo & oppidi de la Roca in Extremadura siti Comes creatus fuit; admodum juvenis uxorem duxit Isabellam de Mendoza, ex qua circa annum MDCXX. denata nati duo filii S. Augustini ordinem ingressi sunt, unde Comitatus iste, postquam noster Matriti die 20. Octobr. MDCLVIII. septuagenario major decessit, ad fratrem ipsius Don Ferdinandum de Azevedo & Vera delabsus est, in cujus posteris etiamnum hæret. Fuit Comes hic noster literarum studiis addictissimus, id quod varia ab eo promulgata testantur opuscula, quorum seriem exhibet Nicolaus Antonius, (β) quæque inter huc spectant

(694.) *EPITOME de la vida y hechos del Emperador Carlos V.* Matriti sæpius ut & Antverpiæ, imo & Gallice versum editum Parisiis, uti fusius apud Antonium edoceri Lector potest

(695.) *VIDA de santa Isabel de Portugal.* Romæ 1625. in 8vo.

(696.) *RESULTAS de la vida de Don Fernando Alvarez de Toledo Duque de Alba* 1643, in 4. quæ tamen omnia historiam magis quam Genealogicam rem sapiunt. Verum de proprio stemmate plures in publicam prodiere lucem libelli Genealogici sub Alphonsi Lopez de Haro, Petri Francisci de la Puente, Joannis Martinez à Bahamonde &c. nominibus in hoc libello

(α) Bibl. Hisp. Tom. I. pag. 481. a.

(β) Ibid. pag. 482. a.

bello a nobis recensiti, quos tamen vel integros vel maximam partem ab ipso Comite de la Roca elaboratos asserunt Josephus Pellicerius, Nicolaus Antonius & Ludovicus de Salazar & Castro. (γ)

JOANNES de ARCE & OTALORA nobili stirpe prognatus Vallisoleti, postquam Juri operam dedisset Salmanticæ, in Collegio Divi Iacobi ibidem Legum scientiam professus est; unde Procurator Fisci Curiæ Granatensis, & mox anno MDLIII. ejusdem Senator creatus, unde in patriam revocatus Pincianæ Curiæ Senatorem egit. Scripsit egregium de Hispana nobilitate ejusque juribus opus, quod CCCXCIV.

SUMMAM Nobilitatis Hispanicæ & Immunitatis Regiorum Tributorum causas, jus, Ordinem, judicium & excusationem breviter complectentem (697.) inscripsit, & Granatæ primum 1553. in fol. mox locupletatum Salmanticæ typis Andreæ de portonariis 1559. & iterum 1570. apud Jo. Baptistam a Terranova in folio edi curavit. Non autem solum plura illic immiscuit de nonnullis stemmatibus inter Hispanos nobilibus monumenta, sed & proprii stemmatis majores ad calcem libri adjecit. Insignibus Otaloram encomiis passim & JCti mactant & Genealogi; videatur ex illis Didacus de Covarruvias (δ) ex his Ambrosius Morales (ε) Pellicerius, Tornerus, Salazarius, aliique plurimi.

FR. JOANNES de AREVALO, Monachus Benedictinus & Coenobii Sancti Petri de Cardenna, Burgensis Dioeceseos Prior scripsit: CCCXCV.

LA HISTORIA del Monasterio de San Pedro de Cardenna; (698.)

VIDA de los dos Castellanos Martes, el Cid Rui Diaz y el Conde Fernan Gonsalez de Castilla; tandemque etiam prolixum opus (699.)

LA HISTORIA de los Condes antiquos de Castilla, quæ omnia adhuc ἀνέκδοτα in scriniis curiosorum delitescunt. Posterioris operis apographa possederant Excellentissimus Marchio de Mondejar, Don Gaspar Ibannez de Segovia (ζ) & illustrissimus Comes de Gondomar. (η) Apprime autem singula illa opera ad rem Genealogicam Hispanam faciunt illustrandam, præsertim quoad remotiorum Sæculorum Historiam, unde sæpissime nec absque debitis encomiis Arevalus noster stemmatographis Hispanis citandus venit. Obiit ipse in prædicto Coenobio A. C. MDCXL.

(γ) In MSCto cit. num. 117.

(δ) Tract. de veteri collatione numismatum §. 1. n. 1. & c. 5.

(ε) Chron. General de Espanna Lib. XIII. cap. 37.

(ζ) Vid. noticias Genealog. de la Casa de Segovia pag. 22.

(η) Vid. Chifletius operum Historicor. part. I. pag. 380. fin.

MDCXL. Si Nicolao Antonio credimus. (θ) Citat præterea quoque ipſius

(700.) *TABULAM Genealogicam Regum Hiſpaniæ* laudatus modo Jac. Chifletius (ι) quam tamen a Comitum Caſtellæ Genealogia diverſam eſſe vix eſt quod mihi perſuadeam.

CCCXCVI. JOANNES ARTE non alio nobis nomine notus, quam quod de inſignibus nobilium Hiſpanorum opus collegit, quod manu exaratum inter *κειμήλια* ſua litteraria olim aſſervavit Gundiſaluus Argote Molina, qui illud ſub tali lemmate

(701.) *DE ESCUDOS de armas* citat. (κ) Hunc noſtrum Joannem Arſe cum cognomine Joanne Arſe & Villaſanne, miræ artis Aurifabro, qui & nonnulla circa artem ſuam commentatus eſt, eundem eſſe nos æque ac Nic. Antonius (λ) merito dubitamus.

CCCXCVII P. JOANNES AUGUSTINUS de la LENGUELLA, Ordinis ni fallor Sancti Auguſtini in Italiæ quodam Cœnobio Monachus, & ipſe Italus, de Moncadenſi nobiliſſima ſtirpe optime meritus eſt, ſcripto patrio ſermone, ac elegantibus æri inciſis iconibus exornato opere, hujus lemmatis

(702. *RITRATTI de gli Eroi della Caſa de Moncada*, quod Valentiæ duobus Tomis in 4to excuſum prodiit anno 1657. Laudant egregium hocce opus Hieronymus Soſa (μ) ut & Stephanus Corbera. (ν)

CCCXCVIII. JOANNES de BAENA PARADA, Matritenſis, Presbyter ſcripſit:

(703.) *EPITOME de la vida y hechos de Don Sebaſtian, decimo ſexto Rey de Portugal, unico deſte nombre, ſornadas en Africa y ſu muerte des graciada.* Matriti typis Antonii Gonſales de Reyes 1692. in 4to 30. plagul. opuſculum hocce, licet perpauca ad dignoſcendam Regis iſtius proſapiam contineat, tamen heic a nobis citatum venit, ut Antonianæ ſupplementum Bibliothecæ dare poſſet.

CCCXCIX. DON JOANNES BANNOS de VELASCO ex Caſtellæ Regno, ni fallor, oriundus, & Joſepho Pellicerio Viro clariſſimo ſucceſſor datus Gene-

(θ) Bibl. Hiſpan. Tom. I. pag. 483. m.
(ι) Oper. Hiſtor. P. I. pag. 380.
(κ) Præf. lib. nobleza del Andaluſia.
(λ) Bibl. Hiſp. T. I. pag. 483. b.
(μ) Genealogia de los Marqueſes de Villafranca pag. 127.
(ν) Catalunna iluſtrada pag. 434. b. m.

Generalis Castellæ regnorum Historiographus, post nonnulla politici & Historici argumenti in vulgus edita opuscula tandem in ætate provecta studio etiam Genealogico animum appulit, & elegans edidit opus

MEMORIAL de la Grandeza para el Marques de Estepa, Don Cecilio Francisco Bonaventura Centurion Cordova Mendoza, Carrillo y Albornoz inscriptum, Matritensibusque typis anno 1697. in folio excusum, in quo Stemmata centurionum Cordubarum &c. fusius perlustravit. Laudant illud Ludov. de Salazar & Castro (ξ) & Ferdinandus de Saavedra (ο) qui insigni nostrum elogio exornatum dimittit utpote operis sui censorem. Præterea & alia plura minoris molis momentique Genealogica opuscula Bannos exvulgavit, ex quibus sequentia tantum a Salazario quoque citata (ϖ) recensemus: (704.)

MEMORIAL de Don Diego de Peralta. (705.)

MEMORIAL de la Casa de Vizondede Santa Clara. Situs est iste Vice-Comitatus in Navarræ Regno, & ad familiam illustrem Beaumontiam pertinet, ac a Carolo II. p. m. Rege in Marchionatum circa annum MDCLXXX. fuit erectus. (706.)

ARBOL Genealogia de las Casas de los Serenissimos Reeis de Francia y de Ingalaterra, quod opusculum auctor in honorem celebrati a Carolo II. Rege cum Maria Ludovica Aurelianensi principe Connubii exaraverat. Obiit Bannos circa A. C. MDCLXXXVII. (707).

DON JOANNES BAPTISTA JUDICI FIESCO (quem Catalanum, fratremque Don Nicolai Juelici & Fiesco, ordinis Sancti Jacobi Equitis ac ex inclyta Fiescorum Genuensium prosapia oriundum autumat Nic. Antonius (ρ)) Theologiæ ac Jurium Doctor, edidit, dum apud Siculos in familiam Don Ferdinandi Afan de Ribera Henriquez Ducis de Alcala ac Siciliæ pro-Regis domesticus viveret, ut Patrono gratum testaretur affectum, unici ejus filii panegyrin, cum is juvenis decessisset, tali titulo exornatam CD.

EPITOME de la virtuosa y exemplar vida de Don Fernando Afan de Ribera Henriquez, Sexto Marques de Tarifa; & Panormi apud Decium Cerilla impressum anno 1633. in quarto. Continetur in eo series majorum Herois (708.)

(ξ) Advertencias Historicas pag. 32. m.
(ο) Memorial de la Casa de Saavedra fol. 280. pr.
(π) in MSC. cit. num 105.
(ρ) Bibl. Hisp. Tom. I. pag. 489. 6. m.

Herois iſtius, ex liberarum Henriqueziorumque Hiſpanorum ſtemmate deducta.

CCCCI. JOANNES BAPTISTA LABANNA, Olyſſiponenſis Luſitanus, Ordinis D. Chriſti Eques, a Sebaſtiano infauſto illo Portugalliæ Rege, qui in juvene indolem ſtudiis aptam cognoverat, Romam miſſus eſt, ubi artibus liberalibus, & ſpeciatim Mathematicis animum excoluit, unde reverſus eodem in ſtudio Philippum principem, quartum poſtea ejus nominis Hiſpaniarum regem erudivit, ab eodem Archi-Cosmographus & Archichronographus Luſitaniæ regius conſtitutus. Utrique muneri parem ſe oſtendit, editis pluribus Geographicis Hiſtoricis Genealogicisque libris, quorum ſeriem exhibet Nicolaus Antonius. (σ) Nos illa poſtremi argumenti heic recenſebimus. Primus recenſuit notisque egregiis illuſtravit Labanna noſter

(709.) *PETRI de Portugal Comitis de Bracelos* eximium, & inferius ſuo loco laudandum *opus Genealogicum,* cujus tamen editioni præmortuus eſt, unde Manuſcriptum ipſius exemplar (quod in regia Eſcurialenſi aſſervabatur Bibliotheca) poſthumum typis ſubjecit Emanuel de Moura, Caſtelli Roderici Marchio, in qua tamen editione plurima in notis Labannæ mutata conqueritur, qui Codicem hunc cum editis exemplaribus contulit idque diligenter animadvertit, Antonius Suarez Alarcon. (τ) Porro & juſſu regum, Philippi II. III. & IV. plurium annorum indefeſſo labore congeſſit inſigne, & Antonio (υ) ac Salazario (φ) ſummis elatum laudibus opus hiſtorico-Genealogicum de regio Hiſpaniæ ſtemmate

(710.) *LIBRO Hiſtorico y Genealogico de la Monarquia de Eſpanna nuncupatum;* in quo curioſiſſime Arbores ſtemmatum regiorum & inſignia eorundem expreſſit. Authenticum Labannæ exemplar (quamvis imperfectum) exſtare Salazarius aſſerit in ſcriniis Don Ferdinandi de Tovar Henriquez de Caſtilla, Equitis ordinis Calatravenſis, & a Carolo II. rege creati primi Marchionis de Valverde in Regionenſi regno, viri hiſtoriarum reique Genealogicæ amantiſſimi æque ac gnariſſimi. (χ) Ulterius & æri inſculpi curavit Labanna

LA

(σ) Bibl. Hiſp. Tom. I. pag. 489. & 490.
(τ) Relaciones Genealogicas de la Caſa de Alacron pag. 82. a fin.
(υ) Bibl. Hiſp. Tom. I. pag. 490. a.
(φ) in MSCto cit. num. 22.
(χ) conf. de hoc opere præf. Typographi, editioni Romanæ Nobiliarii Comitis D. Petri præfixam.

LA SELVA Real, ſive plurimorum Europæ regum magnatumque tabulas Genealogicas. Poſſedere laminas æneas iſtius operis in Archivo ſuo reges Philippus IV. & Carolus II. qui poſterior illas Ludovico de Salazar & Caſtro, cum Bibliothecarii apud eum munere fungeretur, clementiſſime donavit. Præterea nonnulla ſingulatim illuſtratum ivit ſtemmata nobilium familiarum; quæ inter (711.)

DE LA Caſa de Mendoza commentarium citat Antonius Suarez de Alarcon, (ψ) item, peculiarem libellum (712.)

DE LA Caſa de Moura in gratiam laudati ſuperioris Marchionis de Corte real conſcripſit, typisque evulgavit. Citat illum (nobis non viſum) ex Georgio Cardoſo (ω) Nicol. Antonius. (713.)

DE LA Caſa de Lerma, Sandovalioque Stemmate librum Labannæ laudat etiam Ludov. de Salazar (α), ut & librum (714.)

DE LA Caſa de Silva quo ſe, inprimis, quod ad illum Romana in urbe reſidentem ſtemmatis Silvani ramum attinet, valde in Hiſtoria Genealogica Silvanæ domus adjutum ingenue fatetur, (β) illumque pro virili laudat, quin & omnia, quæcunque in Genealogicis Labanna exaravit, oppido magnifacit. (715.)

JOANNES BAPTISTA LAMBERTINUS, Antverpienſis Dominus de Cruzhoven, & prætor Halenſis in Brabantia ſcripſit CDII.

THEATRUM Regium, ſeu Regum Hiſpaniæ ſeriem & compendioſam narrationem, varias illius Regni Hiſtorias complectentem. Bruxellis apud Joannem Meerbek 1628. in folio, continetque regia Hiſpaniæ, Aragoniæ, Navarræ, Luſitaniæque ſtemmata. (716.)

JOANNES BAPTISTA PEREZ, Valentinus patria educatus a juventute ſua in Domo Caſparis Quirogæ, Epiſcopi Conchenſis, Canonicus dein Eccleſiæ Toletanæ, operarumque ejus præfectus, Vir, (ut illuſtriſſimi Cardinalis, Joſephi Saenz de Aguirre (γ) verbis utar) acerrimo judicio præditus, & rerum antiquarum Hiſpaniæ indefeſſus indagator, præter varia Critica & Hiſtorica (quæ lucem tamen non adſpexere publicam) etiam hiſtoriam inclytæ Borgianæ familiæ, quam ſub titulo CCCCIII.

EL ARBOL de la Caſa de los Borjas laudat Nicol. Antonius (δ) qui & addit (717.)

(ψ) Relat. Genealog. de la Caſa de Alarcon pag. 311. b. med.
(ω) in Hagiologio Luſitano.
(α) Salazar Hiſt. Geneal. de la Caſa de Silva Lib. 2. cap. 6, pag. 78. pr.
(β) ibid. Lib. 1. cap. 7. pag. 26.
(γ) in præf. notitiæ generalis Conciliorum Hiſpaniæ pag. 22. pr.
(δ) Bibl. Hiſp. Tom. I. pag. 494. a. m.

addit ſe itidem manuſcriptam ipſius habere

(718.) *SERIEM Regum Gothorum*, brevem quidem illam, ſed accuratiſſime elaboratam. Obiit tandem Perezius noſter Segobienſis Eccleſiæ Epiſcopus die 8. May MDXCVII. Elogia ejus apud Joannem Marianam (ε) Gundiſalvum Argote Molinam (ζ) Petrum item de Valencia(η)& Franciſcum Portocarrero (θ) ſi placet, evolvi poſſunt

CDIV. Fr. JOANNES BAPTISTA SANCHEZ, Franciscanorum Sodalis, ordinisque ſui Generalis miniſtri in curia Romana Secretarius, ac cuſtos provinciæ Carthaginenſis, ejusque dein Miniſter, Romæ typis Alphonſi Ciacconii anno 1625.

(719.) *PATRONATUM Marchionum de Cannete ex tot beneficiis & ſumtibus in ordinem Minorum collatis & in futurum certo conferendis pro celebratione Comitiorum generalium in Cis-montanis edi curavit*, quem libellum plurium familiæ Mendozinæ illuſtrium pia acta fundationesque continere haud dubitamus. Recenſemus eundem fide Nicol. Antonii (ι).

CDV. Fr. JOANNES DE BELORADO, Benedictini ordinis Monachus, & Abbas præclari Monaſterii D. Petri de Cardenna, edidit

(720.) *RODERICI Diaz de Bivar* vulgo *el Cid* cognominati, Herois inclyti de Stemmate, vita rebusque geſtis ab Anonymo auctore compoſitum opus, quam de plura jam ſupra CXLI. 229. diximus.

CDVI. Fr. JOANNES BENEDICTUS DE GUARDIOLA, itidem Benedictinus Monachus cœnobii Sancti Facundi vulgo Sahagun, edidit

(721.) *TRATADO de Nobleza y de los Titulos y Ditados, que oi dia tienen los Varones claros y Grandes de Eſpanna.* Matriti, apud viduam Alphonſi Gomez 1591. in 4to. 30. plagul. Pertractat autem generalia tantum capita de Hiſpana nobilitate, & magnatum inibi claſſibus, juribus, præeminentiis, reditibus, inſignibus &c. Præterea quoque magno cum ſtudio elaboravit opus hoc inſigne lemmate.

(722.) *HISTORIA del Monaſterio Real de ſan Benito de Sahagun* quod ἀνέκδοτον manſit, & inprimis Hieronymo Roman de la Higuera Jeſuitæ in Hiſtoria urbis Toletanæ laudatur (κ) nec dubitamus, quin illud ad illuſtrandam

(ε) Hiſt. Hiſp. General Lib. V. cap. 14.
(ζ) Nobleza del Andaluſia Lib. I. cap. 3.
(η) in opuſc. MSC. de ſacris Granatenſibus cimeliis.
(θ) lib. de deſcenſione Mariæ virginis ad Eccleſiam Toletanam.
(ι) Bibl. Hiſp. Tom. I. pag. 495. a. m.
(κ) Lib. 15. cap. 22.

dam veterum Castellæ nobilium historiam apprime conducat. Conf. Nic. Antonius (λ).

JOANNES BRIZ MARTINEZ Cæsaraugustanus, ibidemque Ecclesiæ Sancti Salvatoris portionarius, Ordinis dein Benedictini Canonicus Regularis, præfectusque primum Monasterii Sanctæ Mariæ de Alao, tandemque Abbas celebris Sancti Joannis de la Penna in Pyrenæis montibus Conventus Regii, scripsit accurate, ut verbis utar Nic. Antonii (μ) Aragonensis regni origines, & stemma regium Soprarbicum, unde Aragoniæ Navarræque reges ortum trahunt in eximio illo opere, quod inscripsit CCCCVII

HISTORIA de la fundacion y antiquedades de San Juan de la Penna, y de los Reies de Sobrarbe Aragon y Navarra con la union de Catalunna libris S. Cæsaraugustæ apud Joannem de Lanaja y Quartanet 1620, in folio, 10. circiter alphab. mole. (723.)

Fr. JOANNES CARAMUEL LOBKOWITZ, Laurentii Caramuelis Nobilis Lucemburgici & D. Catharinæ Fissææ ex Lobkowiziorum nobili in Germania stirpe (Ducali posthac dignitate mactata) prosatæ filius Matriti natus die 23. Maji anni CIↃ IↃC VI. Cisterciensis Ordinis sodalis, variisque muneribus Ecclesiasticis in Belgio, Germania, Bohemia tandemque Italia defunctus, quin & bellici ducis munia aliquandiu Pragam contra Suecorum Frankenthaliumque in Palatinatu contra Gallorum obsidionem defendit, & plusquam triginta millia Hæreticorum in Germania ad castra Ecclesiæ Romanæ strenuus reduxit miles; sed fusius hæc omnia diduxit Nicol. Antonius, qui, cui volupe, evolvatur (ν). Scripsit plurima Theologici, Juridici, Philosophici, Mathematici & Historici argumenti opuscula, ex quorum serie, quæ ad nostrum, quod tractamus, forum attinent, heic sequentia damus: CCCCVIII

PHILIPPUS prudens, Lusitaniæ, Algarbiæ, Indiæ, Brasiliæ &c. Legitimus Rex demonstratus. Antverpiæ apud Balthas. Moretum, typis Plantinianis 1638. in folio. Opus Genealogicis stemmatum regiorum tabulis, regumque iconibus ære nitide expressis refertissimum. Valde adjutus hoc in opere cudendo fuit Caramuel Schedis omnis generis manu exaratis ab Excellentissimo principe Don Emanuele a Portugallia partim curioso studio, collectis partim ab Antonio ejus parente hæreditario jure ac- (724.)

 quisitis,

(λ) Bibl. Hisp. Tom. I. pag. 500. a.
(μ) Bibl. Hisp. Tom. I. pag. 504. b.
(ν)

quisitis, quas omnes moriens cum alia chartacea suppellectile Caramueli nostro sibi adprime caro legaverat; ut ipse alicubi gratus agnoscit.

(725.) *EXCELLENTISSIMA Domus de Mello, quæ inter Lusitanas principes floret, Genealogice deducta*; cum imaginibus Heroum ejusdem stemmatis æri nitide incisis. Lovanii apud Everardum de Wite 1643. vel 1653. in folio regali.

(726.) *DECLARACION Mystica de las armas de Espanna*, seu insignium regiorum Hispanicorum expositio. Bruxellis apud Hadrianum Meerbeck anno 1639. in folio.

(727.) *REPUESTA al Manifiesto del Reino de Portugal*; quo in libro Joannem Brigantinum Ducem illegitimum Lusitaniæ regem demonstravit, & jura Philippi IV. contra eum tuitus est; Antverpiæ apud Balthasar Moretum 1642. in 4to & iterum Sanctangelii in Typographia Episcopali 1664. in 4to Latinam hujus libri versionem a Leandro Bandtio adornatam vid. inf. sub ejus nomine lit. L.

(728.) *HISPANO-STEMMA*, quod opus nil aliud est, quam mox numero 726. recensita declaratio Mystica insignium Hispaniæ latino habitu induta, pluribus, quæ in Hispanico illo desiderabantur, noviter adjectis; Hic autem libellus adhuc manuscriptus latet, nec quod sciam, typis hactenus in publicam lucem est excissus.

(729.) *LA EXCELLENTISSIMA Casa de Ligne*, inter Belgicas illustrissima, & præcipuis Hispaniæ sanguine juncta; item

(730.) *LAMORALDO*; sive de Lamoraldi principis de Ligne vita rebus gestis & Legationibus Commentarius. Utrumque opus ineditum ab ipso Auctore in operum Catalogo memoratur.

CCCCIX JOANNES CARDOSO Lusitanus, & Lusitaniæ regni supremus Historiographus, (quem fere suspicor eundem esse, quem Nic. Antonius (ξ). Portalegrensem Fratrum minorum in Algarbiensi provincia sodalem Olyssiponensis Fidei Inquisitionis censorem, & trium militarium Portugalliæ ordinum regium uti vocant Examinatorem, tandemque relicto Monachali habitu Clericum Sæcularem plurimorumque sacri licet argumenti librorum auctorem recenset) vastum opus congessit

(731.) *NOBILIARIO de Espanna* inscriptum, in quo universæ fere Hispanæ stemmatum nobilium Genealogias, dispositis secundum eorundem cognomina alphabetico ordine digesta titulis illustravit. Num typis editum illud

(ξ) Biblioth. Hispan. Tom. I. pag. 510. fin.

illud ſit hactenus merito dubitamus; apographum ejus tamen poſſedit Philippus de Gandara, qui ſæpius illud citat (o) & de Cardoſo noſtro aſſerit, plurimum ipſi univerſæ Hiſpaniæ debere nobilitatem ob origines ſtemmatum multo labore erutos.

Fr. JOANNES CARRILLO Cæſarauguſtanus, Martini CLmi Ab- CCCCX.
batis Mont-Aragonenſis germanus frater, ordinis Minorum ſodalis & provinciæ Aragonenſis bis præfectus, Monialium Ordinis Carmelitici Diſcalceatarum Matritenſium, inque his ſereniſſimæ Reginæ Margaretæ Auſtriacæ Confeſſionarius, præter ordinis Sancti Franciſci Hiſtoriam duobus voluminibus in 4to Cæſarauguſtæ 1610. & 1613. editam etiam in lucem publicam emiſit

LA HISTORIA de ſanta Jſabel Infante de Aragon y Reina de Portugal. (732.)
Cæſarauguſtæ typis Joannis la Naja 1615. in quarto, item

RELACION Hiſtoria de la Real fundacion del Monaſterio de las Deſcal- (733.)
zas de Santa Clara de Madrid, de las vidas de la Princeſa de Portugal Donna Juana de Auſtria ſu fundadora, y de la Emperadriz Maria ſu hermana, con un breve tratado de CXV. Santos de la Caſa de Auſtria y ſus elogios. Matriti 1616. in quarto. In utroque opere plurima continetur Regiæ Aragoniæ Caſtellæ, Auſtriacumque Archi-Ducale ſtemmata concernentia, conf. de eo Nic. Antonium (π)

JOANNES CASTELLANOS nobis non alia quam Nic. Antonii (ρ) CCCCXI
ex relatione notus, Tunxenſis in America ſacerdos, opus plurimum voluminum metricum conſcripſit, hoc lemmate inſigne

VARONES iluſtres de Indias; quatuor ejus memorantur Tomi, quo- (734.)
rum primus unius lucem hactenus adſpexit publicam editus anno 1589. in 4to. Secundum poſſedit MSCtum Ludovicus Tribaldus Toletus Chronographus Indiarum Regius, unde Apographum ipſius Tribaldi manu deſcriptum fuit penes Laurentium Cœcum, Campegii Nuntii Apoſtolici in aula Hiſpanica ſecretarium; tertii autem, quartique Tomi manuſcriptorum meminit Thomas Tamajus (σ). Continere autem iſtud opus origines & fortia Hiſpanorum nobilium in utraque India geſta creditu perquam eſt facile.

JOANNES DE CHAVES, Toparcha oppidi de los Tozos (non, ut CCCCXII
Ludov.

(o) Nobiliario de Galicia Lib. 2. cap. 12. pag. 173. fin.
(π) Bibl. Hiſp. Tom. I. pag. 511. a. f.
(ρ) Bibl. Hiſp. Tom I. pag. 512. b. f.
(σ) in collectione maxima libror. Hiſpanor.

Ludov. de Salazar in MSCto de Toro) & familiæ Chavesiorum Truxillensium Caput anno MDLXVII. composuit

(735.) *GENEALOGIA de la Casa de Chaves*, seu de proprio stemmate Commentarium Genealogicum, quem patruo suo Ferdinando de Chaves, Jurium Licentiato & Senatus Regii Philippi II. Consiliario nuncupavit. Manuscriptum asservat, qui laudatur, Ludovicus de Salazar & Castro (τ).

CCCCXIII JOANNES DEL Coral, Notarius, & supremus, ut vocant, Alguazilius universitatis Cæsaraugustanæ congessit insigne de insigniis nobilium Aragoniæ opus; quod sub titulo

(736.) *LIBRO de Blasones* citare solent Genealogi Hispani, videatur Ferdinandus de Saavedra (υ), Aliud diversumque ab hoc, itidemque adhuc manuscriptum latens autumo opus, cujus exemplar ex Hispania in hasce oras secum attulit illustris quondam Legatus Danicus, Hansen ab Ehrencron, tredecim Imperialium pretio ex Joannis Lucæ Cortesii Bibliotheca Matriti coemtum, quod tali notatum est frontispicio:

(737.) *NOBILIARIO y linages nobles del Reino de Aragon, Navarra, Valencia y Catalunna, Sacados de los Archivos del Reino por Micer Juan del Coral el anno de* MDCL. in folio. Laudat & idem opus Rodericus Mendez de Silva (φ).

CCCCXIV Fr. JOANNES DE COSCOJALES Cantaber, ordinis Eremitarum sancti Augustini sodalis, magnæ molis multorumque annorum operæ construxit opus

(738.) *HISTORIA de Viscaya, Alava y Guipiuscoa*, inscriptum & non minus mille quadringentis chartæ foliis constans, non solum geographicam historicamque Dominorum istorum enarrationem absolvens, sed & nobilium illic degentium familiarum origines seriemque deducens; Authenticum ejus exemplar asservatur in Monasterio ordinis Eremitarum Augustiniani Bilboæ urbis, ubi illud vidit, qui ejus notitiam Nicolao suppeditavit Antonio (χ) Josephus Pellicerius Vir clarissimus.

CCCCXV. Fr. JOANNES DE LA CRUZ, latine A CRUCE, Ordinis sancti Dominici prædicatorum sodalis in monasterio Matritensi, Ordinique sui aliquoties per Lusitaniam præfectus egregium condidit Annalium ordinis

(τ) in MSto num. 196.
(υ) Memorial de su Casa y servicios fol. 85. f.
(φ) Memorial de la Casa de Sotomajor.
(χ) Bibl. Hisp. Tom. I. pag. 516. b. m.

nis ſui opus duobus voluminibus comprehenſum, quorum tamen non niſi prius lucem vidit publicam, ſub titulo:

CORONICA de la Orden de predicadores Olyſſipone editum in folio anno 1567. In eo autem, dum Sancti Dominici Patriarchæ Ordinis vitam recenſet, ejus ſtemma, Guzmannicum puta, immiſcuit, ejusque inprimis origines altius repetiit, prolixiusque deduxit, quanquam non, ut P. Franciſcus Sota (ᛘ) aſſerit, ex rei veritate illos adſtruxerit. Poſterius Chronici iſtius volumen Salmanticenſes in ſuis ſcriniis ἀνέκδοτον poſſidere Dominicanos ex Antonio Senenſi hos educet Nicol. Antonius (ω) qui reliqua Crucei noſtra opera diligentius recenſet. (739.)

DON JOANNES de CUERO & TAPIA, Gregorii Cuero & Tapia, Secretarii Regii Ordinum Equeſtrium Senatus, & Ordinis Sancti Jacobi Equitis ex Donna Anna de Solis & Medrano Filius, & ipſe Ordinis S. Jacobi Eques, Nobiliumque Domus Regiæ Caroli II. Senior, Senator abhinc Matritenſis, & Capitularium ſuæ congregationis Decanus, procuratorque Curiarum, cujus ex Donna Franciſca de Collantes & Guerra, Franciſci Ordinis Monteſani Equitis Filia nata unica Donna Mariana Cuero & Tapia nubſit Don Ferdinando Antonio Salzedo Tapia & Sozo; Obtulit Carolo II. Regi anno 1679. CDXVI.

MEMORIAL de ſus grandes ſervicios y de los de ſu Caſa y lineas, typis Matritenſibus impreſſum eodem anno in folio. Fuſius in eo Tapianum & Cueranum ſtemmata exacte percenſuit, unde & laudari meruit Ferdinando de Saavedra. (α) (740.)

JOANNES DAMETO. vid. ſup. JOANNES DE AMETO.

JOANNES DIDACI ſeu DIEZ de AUX & MARCILLA, Darocæ Aragoniæ urbe natus parentibus Don Ludovico Diez de Aux & Donna Iſabella Garces de Marcilla, clariſſimique Aragonum Juſtitiæ Don Martini Diez de Aux Abnepos; Claruit circa annum MDLXIV. Vir Hiſtoriæ antiquitatumque patriæ gnariſſimus, ut patet ex variis ipſius operibus, quæ lucem non videre, ideoque nec in Hiſpana Nicolai Antonii Bibliotheca occurrunt; quare eorundem, prout à Didaco Joſepho Dormero (β) prolixius recenſentur, aliquam heic dabimus ſeriem: CDXVII.

CORO-

(ᛘ) Coronica de Aſturias fol. 597. a. med.
(ω) Bibl. Hiſp. Tom. I. pag. 517. b.
(α) Memorial de ſu Caſa fol. 340. b.
(β) Progreſſos de Hiſtoria de Aragon pag. 156. pr. & pag. 586. a. m.

(741.) *CORONICA General de Eſpanna*, ſat amplum volumen, quod debitis proſequuntur encomiis Doctor Petrus Hieronymus Cenedo Sanctæ Eccleſiæ del Pilar Cæſarauguſtanæ Canonicus (γ) Hieronymus de Mondragon (δ) & Franciſcus Didacus de Ainſa (ε) ut & Fr. Didacus Murillo (ζ) qui noſtrum Dieziuın ſalutat *raron, grave, diligente y curioſo enaveriguar antiguedades.*

(742.) *GENEALOGIA de los Diaz de Aux, aora Diez*, ſeu de proprio Diaziorum ſtemmate commentarius.

(743.) *RELACION del Santiſſimo myſterio de los Corporales de Daroca*

(744.) *MEMORIAL de la Caſa de los Heredias y Funes.* Tria hæcce opuscula Auctor cum Hieronymo Zurita (cujus, ut fuſius Dormerus edocet, Annales Aragonicos Diezius noſter perſtrinxit) communicaverat.

(745.) *HISTORIA de las Ciudades de Teruel & Albarazin de ſus comunidades y de la villa de Mosqueruela.*

CDXVIII. DON JOANNES DIAZ de FUENMAYOR, Agreda, in Caſtellæ Aragoniæque finibus ſita urbe oriundus, Jurium Licentiatus, ſeu ut aliis placet, Doctor Ordinis Calatravenſis Eques & Commendatarius oppidi Havanilla, Regiorum Caſtellæ atque Cameræ Senatuum ſub Philippo II. Rege Conſiliarius, diuque in Pinciana Curia Senator, Vir Juris æque ac veterum patriæ hiſtoriarum notitia inſtructiſſimus non ſolum Gundiſalvo Argote Molinæ Auctor ſcribendi Andaluſiæ Nobiliarii extitit, eundemque in illo componendo opere ſubminiſtratis adminiculis plurimum adjuvit, ut is gratus (η) agnovit, ſed Stephano quoque Garibayo ſuppetias quandoque tulit, ceu ipſe fatetur (θ) inſigni Diazium encomio condecorans; Quin & proprio confecit marte librum Genealogicum de claris Hiſpaniæ nobilibus familiis, tali lemmate inſignitum

(746.) *APUNTAMIENTOS varios de linages de Eſpanna.* Poſſedit olim exemplar ejus clariſſimus Segovienſium Antiſtes, Don Hieronymus de Maſarennas, teſtibus Antonio Suarez de Alarcon (ι) & Joanne Roman de Car-

(γ) In lib. alegacion por la S. Igleſia de nueſtra Sennora del pilar ſobre preceder en Cortes à las Cathedrales fol. 5. c. 3.

(δ) In Epiſt. dedicat. de los ratos de recreacion de Luis Guicciardino,

(ε) Hiſtoria de Hueſca Lib. I. cap. 12. fol. 45. c. 2.

(ζ) Excelencias de Zaragocia Trat. 2. cap. 2. fol. 13. a,

(η) In Epiſt. dedicat. libri nobleza del Andaluſia,

(θ) Compendio hiſtorial de Eſpanna Lib. 9. cap. 9. fol. 349.

(ι) Relatt. Geneal. de la Caſa de Alarcon pag. 203. b. pr.

Cardenas (κ) ex cujus ſcriniis illud ſibi ſoluto pretio comparavit Celeberrimus Joſephus Pellicerius, qui illo ſtrenue adjutus maximam Genealogici ſui de familia Cabeza de Vaca operis partem inde conflavit; poſt Pellicerii obitum nactus illud eſt Don Joannes de Bannos, Chronographus Regius, (λ) ex cujus demortui ſuppellectile libraria eundem Codicem coemit Excellentiſſimus Marchio de Mondejar Don Gaſpar Ibannez de Segovia, qui id uſui Ludovici de Salazar & Caſtro aliquandiu conceſſit, ceu hicce fuſius enarrat (μ) maxime dolens, in curia poſſeſſionem amiſſa quædam deſiderari folia. Encomium Diazii, cui libet legere, evolvat Joannem Florez Ocarizium. (ν)

JOANNES de ESPANNA Haraldus Regius ſæculi ſuperioris (vulgo Rey de Armas vocant) collegit CDXIX.

NOBILIARIO de Eſpanna ſeu Genealogicum de nobilibus Hiſpanis opus, quod citat aliquoties D. Joannes Florez Ocariz. (ξ) Quin & Nicol. Antonius (ο) nos edocet, cognominem an eundem? (747.)

ORDENANZAS del Tuſon de oro, ſeu ſtatuta Ordinis Equeſtris aurei Velleris collegiſſe in unum volumen, cujus exemplar manu exaratum poſſedit Don Garcias de Salzedo Coronel. (748.)

P. JOANNES EUSEBIUS NIEREMBERGIUS, Matritenſis, patre Tirolenſi matre Bavara natus anno 1695. puer Joſephi Pellicerii condiſcipulus præceptore uſus eſt Joanne Gonſalez Martinez, Jurisprudentiæ primum Salmaticenſi in Academia vacavit ſtudio, quo dein neglecto Societatem Jeſu intravit, in Collegio Imperiali Jeſuitarum Matritenſi primus Phyſices Profeſſor, Ordiniſque ſui ob egregiorum quæ edidit ſcriptorum ſat amplum numerum decus haud vulgare; Ea inter ad noſtrum collinare ſcopum videntur ſeqq. CDXX.

CLAROS Varones de la Compannia de Jeſus, opus vaſtum quinque voluminum, Matriti 1645. ſeqq. annis editum in folio, (749.)

VIDA de San Ignacio. Matriti 1631. in 8vo. (750.)

GLORIA de San Ignacio de San Franciſco Xavier. Matriti 1645. in folio; in quibus omnibus de Lojolano, Xaveriano, Borgiano, aliisque (751.)

(κ) Noticias Genealog. de la Caſa de Segovia pag. 454. m.
(λ) Teſte Lud. de Salazar & Caſtro in lib. Advertencias Hiſtoricas pag. 8. num. 7.
(μ) In lib. cit. Advert Hiſtor. & in MSCto ſæpe cit. num. 14.
(ν) Nobiliario del nuevo Reino de Granada Tom. I. pag. 354.
(ξ) Nobil. cit Tom. I. pag. 352. in margine.
(ο) Bibl. Hiſp. Tom. I. pag. 521. b. m.

Hispaniæ illustribus familiis plura reperies notatu digna. Obiit Nierembergius, Nic. Antonio (ϖ) teste Matriti die 7. Aprilis MDCLVIII. ætatis suæ LXIII.

CDXXI. JOANNES FERDINANDUS post exacta literarum humaniorum in Complutensi, Salmantina Conimbricensique Academiis studia dignus habitus, qui à Theodosio Bragantiæ Duce filii ejus unici Joannis studiis præficeretur, in cujus Patroni gratiam

(752.) *HISTORIAM Comitis Nonii Alvari Pereiræ* Brigantinæ Domus conditoris inferius nobis sub tit. PEREIRA laudandum Romano eoque eleganti sermone in scenam produxit; quæ tamen, ut credo, lucem publicam non adspexit. Meminit ejus Joannes Vasæus (ρ) ex eoque Nicolaus Antonius. (σ)

CDXXII. DON JOANNES FERNANDEZ BOAN Haraldus (Rey de armas) Regius Hispanicus nobis haud alius quam laudandi mox Joannis Florez de Ocariz (τ) ut & Ferdinandi de Saavedra (υ) testimonio notus, quibus collegisse sat amplo volumine asseritur

(753.) *NOBILIARIO de los Linages de Espanna*, in folio, opus quod ἀνέκδοτον in curiosorum scriniis adhuc dum delitescit.

CDXXIII. JOANNES FLOREZ de OCARIZ (quem Josephus Pellicerius (φ) labsu forsitan calami Gabrielem Florez nuncupat) Dominici Garciæ Florez & D. Michaelæ Ochoa Olariaga Ocariziæ filius, natus in urbe San Lucar de Barrameda Regni Andalusiæ; adultior factus anno MDCXXVI. Indiam occidentalem petiit, ubi in Camera supputationum Redituum Regni Novæ Granatæ serviit, & alia deinceps publica in urbe Sanctæ Fidei vulgo Santa Fé (ubi sedem domiciliumque, ducta uxore Donna Joanna Paula de Acunna & Angulo Francisci Fernandez de Acunna & D. Annæ Hieronymæ de Angulo & Bustamante filia) obiit munia. Congessit inibi Ocarizius sat amplum duobus constans voluminibus opus Genealogicum

(754.) *GENEALOGIAS del nuevo Reino de Granada* inscriptum typisque Matritensibus Josephi Fernandez de Buendia impressum anno 1674. in folio

(ϖ) Bibl. Hisp. Tom. I. pag. 523. b.
(ρ) Rerum Hispanicarum Chronici cap. 4.
(σ) Bibl. Hisp. Tom. I. pag. 524. b. f.
(τ) Nobiliario del Reino de nueva Granada Tom. I. pag. 351. & pag. 364.
(υ) Memorial de sa Caa pag. 116. pr.
(φ) Bibliotheca de sus escritos pag. 184. b.

folio. Explicavit in eo ſtemmata XLVII, celebriorum iſtius Regni conqueſtorum, civiumque, adjecto prolixo præludio, Catalogos Gubernatorum, Præſidum, Archi- & Epiſcoporum, Judicum, aliorumque minorum officialium in omnibus iſtius Regni tribunalibus continente. Eſt autem, quod rem Genealogicam attinet, confuſum quoddam chaos & familiarum ſtemmatumque commixta & inordinata recenſio, magno nihilo tamen minus in pretio habendum ob plurimorum ex præcipuis quibusque Hiſpanis nobilibus ſtirpibus per Americam ſparſorum ea morum notitiam, ex omnis generis documentis ſchedisque congeſtam, ut recte meo calculo cenſet Ludovicus de Salazar & Caſtro. (χ)

JOANNES FRANCES, Barcinonenſis natu floruit in Catalonia circa Annum Chriſti MCDXXX. & vernaculo ſermone, quod Lemoſinum vocant, congeſſit CDXXIV.

HISTORIAM Regum Aragoniæ atque Comitum Barcinonis, quæ in ſchedis adhuc latet paucis viſa. Laudatur ab Uſtarrozio jam laudando (ψ) his verbis: *Juan Frances Autor antiguo y no de menor autoridadque Montaner eſcrive copioſamante y con mucha elegancia en idioma le moſin la coronacion del Rey Don Alonſo el IV.* Conſtat illa capitibus 310. & in dicta coronatione Cæſarauguſtæ Anno 1323. peracta ſubſiſtit. Eundem credo una cum Nicol. Antonio (ω) Codicem cum memorata Hiſtoria eſſe illum, qui in inſtructiſſima Marchionis Mondejarenſis Don Gaſparis Ibannez de Segovia Bibliotheca Matriti extitit, hoc titulo: *En nom de noſtro Senyor Jeſu Chriſt Salvador è Redentor &c. Com ſia coſa natural que tota perſona deſige ſaber e hoir nobles fets, por raho daſio Joan Franceſe natural de Brtha comes à dictar e ordenar gueſta obra. La tal es appellada* (755.)

LIBRE de les nobleſes dels Reys, ſo es dels nobles fets è valenties, e Cavalleries que foren en fets d'armes &c. Repetitque originem Regum Aragoniæ ab Ambroto Trojæ Rege, pertingitque ad prædictam Alphonſi IV. coronationem. (756.)

JOANNES FRANCISCUS ANDREAS de UZTARROZ, Cæſarauguſtanus, Balthaſaris Andreæ (XCVI. 152.) laudati filius, Philippi IV. Hiſpaniarum Regis Regnique Aragoniæ Hiſtoriographus, in quo munere Anno MDCXLVI. Franciſco de Urrea ſucceſſor datus eſt. Pluri- DCXXV.

 ma

(χ) In MSCto ſæpe cit. num. 109.

(ψ) In not. ad Coronatt. Regum Aragoniæ Hier. Balneas pag. 26. & pag. 40.

(ω) Bibl. Vet Hiſp. Tom. II. pag. 15

ma elucubravit opuſcula, quæ partim vivo Auctore, partim poſthuma prodiere. Ex iis ad nos faciunt

(757.) *MAUSOLEO à la memoria del Dotor Baltaſar Andres, ſu padre*, ubi nonnulla de proprio ſtemmate eſt commentatus. Prodiit hicce libellus, Cæſarauguſtæ anno 1636.

(758.) *ELOGIO à la memoria de Don Geronimo Ximenez de Urrea.* Cæſarauguſtæ 1642. in quo Urreanum & Ximeneſium nobilia inter Aragonios ſtemmata explicuit

(759.) *PANEGYRICO ſepulcrāl à la memoria poſthuma del Dotor Don Tomas Tamaio de Vargas Coroniſta maior de las Indias.* Ibidem eodemque anno.

(760.) *OBELISCO hiſtorico y honorario del Principe Don Baltaſar Carlos que eregio la Ciudad de Zaragoza.* ibid. anno 1646.

(761.) *CORONACIONES de los Sereniſſimos Reies de Aragon por Geronimo Blancas.* Ibid. apud Did. Dormer 1644. in 4to, cui Auctor Genealogiam Blancarum nobilium Aragonenſium præfixit, cum eorundem inſignibus.

(762.) *MODO de proceder en Cortes de Aragon por Geronimo Martel*, cui Uſtarrozius noſter de Martelorum Aragonenſium nobilium ortu & inſignibus nonnulla præmiſit.

(763.) *LA VIDA de Don Geronimo Zurita*, ubi ſtemma Zuritarum explicuit. Hoc opus prolixius ſupra recenſuimus ſub Didaci Joſephi Dormeri nomine (CLXVIII. 268.)

(764.) *ANALES del Reino de Aragon*; opus hoc Uſtarrozius Zuritæ & Argenſolæ labores continuaturus ab Anno MDXXI. usque MDXXVIII. perduxit, & poſthumum edidit Fr. Michael Ramon Zapater infra laudandus Cæſarauguſtæ apud Petrum Lanaja 1663. in folio. Inſerta ei ſunt plurima circa nobiles Aragoniæ familias obſervatu digna. Obiit Uſtarrozius noſter die 18. Auguſti MDCLIII. in flore ætatis. Debitis eum proſequuntur laudibus Nicolaus Antonius (α) Joſephus Pellicerius (β) & Did. Joſ. Dormerus (γ) aliique.

CDXXVI. DON JOANNES FRANCISCUS de MONTEMAYOR de CUENCA Aragonenſis, militarium olim Cataloniæ Copiarum Juridicus, dein Curiæ Inſulæ Sancti Dominici apud Occidentales Indos Senator, Regius poſtmodum Conſiliarius & præſes Audientiæ Regiæ urbis Sancti Dominici, ac Curiæ ſupremæ Americanæ Senator, Gubernator item & Ca-

(α) Bibl. Hiſp. Tom. I. pag. 527. a.
(β) In Bibliotheca de ſus eſcritos pag. 56.
(γ) Progreſſos de la Hiſt. de Arago. [illegible]l. 349. ſeq.

& Capitaneus Generalis Insularum Hispaniolæ & Tortugæ, scripsit hujus tituli libellum:

SUMARIA Investigacion del origen y privilegios de los Ricoshombres ô nobles Cavalleros Infanzones o Hijos dalgo y Sennores de Vasallos de Aragon, y del absoluto poder que en ellos tienen. Prima pars hujus operis (reliquis absque dubio morte Auctoris præpeditis) prodiit cum prolixo ad Philippum IV. Regem præfamine Mexici 1664. in 4to ultra 5. Alphab. Immiscuit autem juridico isti operi Auctor nonnulla Historica nobilitatis Aragonicæ monumenta, inprimis capitibus quarto & quinto (δ) *las Cavallerias, que teniari los Ricos hombres en Aragon y algunos Mesnaderos y Cavalleros en tiempo del Rey D. Alonso IV.* qui Catalogus idem est cum eo, quem in Zuritæ supra (CCCLXXI. 659.) laudato opere *de las Casas antiguas de Aragon* contineri diximus. (765.)

JOANNES de GARAY Oscensis (Aragoniæ urbis vulgo Huesca) civis, & in Academia patria bonarum Artium Professor præter alia inedita etiam reliquisse dicitur sat amplum volumen inscriptum: CDXXVII.

HISTORIA de la fundacion y antiguedades de Huesca; in quo non urbis solum, sed & nobilium ejus civium origines & seriem fortiaque facta deduxit. Manuscriptum ejus Codicem possedit, qui nos hæc edocuit, Martinus Carrillo, Abbas Montis Aragonis doctissimus (ε) reliqua ejus opuscula vide in Nic. Antonii Bibliotheca. (766.)

JOANNES GARCIAS de SAAVEDRA GALLEGO, patre cognomini, &, ut ipse fatetur (ζ) paupere in Tudensi vulgo Tuy Gallæciæ urbe natus, Juri Civili Salmanticæ sub clarissimis Juris Antistitibus Emanuele Costa & Aria Pinelo Lusitanis, Antonioque Padilla Menesio operam strenue locavit; in prætorio dein patrio, Regni puta Gallæciæ, & mox in Regia Matritensi Curia supremoque Castellæ senatu Causarum egit Relatorem, Fisci tandem in Pinciana Curia constitutus Patronus. Præter alia, quæ edidit, juridici argumenti opuscula etiam CDXXVIII.

DE HISPANORUM nobilitate & exemptione tractatum, sive ad Legem pragmaticam Cordubensem, quæ est Lex VIII. Tit. XI. Lib. II. novæ compilationis Commentarium haud exiguæ molis composuit, qui tametsi jam ab anno inde MDLXXXVII. (ut ex prævio operi Diplomate Regio patet) ab Auctore ad umbilicum perductus esset, variis tamen adversantium calumniis (767.)

(δ) Fol. 87-92. & fol. 152. & 153.
(ε) In principio Catalogi Episcoporum Aragoniæ.
(ζ) De Nobilitate Hispana Gloss. I. §. I. fol. 27. & Glossa 7. num. 18.

lumniis præpeditus lucem non nisi integro demum post decennio, mortuo jam Auctore, vidit, publicam a filio Joanne prætore Guadalajarensi auctior foras emissus typis Complutensibus anno MDXCVII. in folio. Continet autem præclarum hoc opus plura circa illustria Hispana stemmata notatu dignissima, unde & sæpius, nec sine debitis elogiis, Genealogis Hispanis citandum venit. vid. Philippus de Gandara (η) & Ferdinandus de Saavedra. (θ) Quin & ex ipsius Garsiæ nostro alio de Expensis opere (ι) discimus, eum

(768.) *APOLOGIAM de successione Regni Portugalliæ*, Regioque stemmate elucubrasse, quæ tamen, quod ego quidem sciam, lucem publicam adhuc dum fugit.

CDXXIX. JOANNES GARRIDO, non alio nobis innotuit nomine, quam quod circa initium sæculi XVti peculiarem libellum

(769.) *DE LOS trecientos Ganadores de Baza*, seu de CCC. urbis Beaciæ expugnatoribus, eorumque stemmatibus compilaverit, quo se usum, sed eodem fere deceptum queritur Gundisalvus Argote Molina in quadam ad Hieronymum Zuritam Hispali die 27. Octobris MDLXXV. scripta Epistola, quæ integra legitur apud Didacum Josephum Dormerum. (κ)

CDXXX. FR. JOANNES GASPAR ROIG & JALPI Catalanus, ni fallor, & Ordinis Franciscanorum Sodalis, ac Minimorum Sancti Francisci de Paula per Cataloniam Rector Provincialis, Coronæque Aragonicæ Regius Historiographus, præter editum Historici argumenti opusculum

(770.) *CARTA Apologetica por la entrada de Carlos el Grande el Catalunna*, sive de Caroli M. contra Sarracenos ducentis in Cataloniam ingressu & rebus ibi gestis, regiminisque mutata forma, quam omni virium ambitu assertum ivit, ob id vapulans Claudio Clementi (λ), cui & alibi (μ) majoris moliminis opus, nempe

(771.) *RESUMEN Historial de las Grandezas y antiquedades de la Ciudad de Gerona* condidisse memoratur. In eo non solum Gerundensis urbis Historiam, sed & nobilium ibidem familiarium sat amplam suppeditavit notitiam, quo nomine etiam laudatur Joanni de Roman & Cardenas, seu potius

(η) Nobiliario de Galicia Lib. III. cap. 16 §. 3. fol. 397. b.
(θ) Memorial de su Casa fol. 112. a. f. & alibi passim.
(ι) Cap. XVI. num. 29.
(κ) Progressos de la Historia de Aragon fol. 525.
(λ) Tablas Cronologicas de Espanna pag. 274. fin.
(μ) In Prologo lib. Tablas Chronologicas.

tius Mondejarensi Marchioni (ν), qui illud opus, adhuc ni fallor ineditum, possedit.

JOANNES GENESIUS SEPULVEDA Cordubensis Vir in omni literatura exercitatissimus, cujus vitam & scripta præter alios luculenter recensuit Nicolaus Antonius (ξ) a nobis in hanc quoque scenam producitur, ob eleganti exaratos stylo CDXXXI.

DE VITA & rebus gestis Stegidii Cardinalis Albornozii Libros III. ex veteribus schedis Joannis Garzonis Bononiensis cujusdam, (qui eas olim collegerat nullo temporum ordine servato) editos Romæ 1521. in fol. Bononiæque 1522. & iterum apud Antonium Giaccarellum 1559. adjecta descriptione Collegii Hispanorum Bononiensis ab eodem Cardinale fundati; cujus majores illustremque Albornoziorum stirpem ibidem paucis elucidavit. Obiit summus hic Vir, ut ex Epitaphio ipsius in Sacello Putalbanæ Ecclesiæ primario patet, anno MCLXXI. ætatis LXXXI. (772.)

JOANNES DE GOYENECHE, ex valle Bastami in montium Gyrenæorum jugis Navarræque Regno sita oriundus de tractu illo patriæque bene mereri cupiens libellum edidit hujus epigraphes: CDXXXII.

EXECUTORIA de la nobleza, antiquedad y blasones del Valle de Baztan entre los montes pipeneos, quem, etsi non tam seriem atque stemmata, quam jura, privilegia, libertatesque nobilitatis illius tractus exponit, tamen ob argumenti singularitatem huc referri nobis æquum est visum. Editus ille libellus est Matriti apud Antonium Roman anno 1685. in 4to unius alphab. mole. (773.)

JOANNES HARRIS Anglus, Scotusne, incertum? scripsit CDXXXIII.

ARBORETUM Genealogicum omnium Principum a Rudolpho I. Imperatore descendentium; in quo & Hispanicorum ex Austriaca gente Regum stemma exhibetur. Prodiit opus istud Coloniæ Agrippinæ anno 1638. in folio. (774.)

DON JOANNES DE HEREDIA ex nobili Aragonici Regni prosapia oriundus, Ordinis Alcantarensis Eques, & in suprema Coronæ Aragonensis Curia Senator, ut fratris sui natu majoris justam in Alandæ Comitatum tueretur causam, conscripsit CDXXXIV.

MEMORIAL de la ascendentia del Conde de Aranda por las Casas de Diez, de Aux, y de Urrea. Typis editus est libellus iste Matritensibus in folio, (775.)

(ν) Noticias Genealog. de la Casa de Segovia pag. 32.
(ξ) Bibl. Hisp. Tom. I. pag. 533. seqq.

folio, brevis quidem, ut ſupplices ad Regem fieri conſveverunt, aſt, cenſore Ludovico de Salazar & Caſtro (o) exactis refertus notitiis ſtemmatographicis Dieziæ, Auxiæ Urreanæque ſtirpium nobilium. Eſt autem Arandæ iſte Comitatus in Aragoniæ Regno ſitus, & ex oppidis Arandæ Epila, Alcalaten, aliiſque conflatus, ſuperbitque hodie Grandatus dignitate, ut pluribus videre eſt in amiciſſimi Imhofii curioſo libello *Recherches des Grands d'Eſpagne* inſcripto (ϖ) in cujus tamen Tabula Geographica mendum irrepſit, dum Comitatus hicce Arandæ ad Durium fluv. vulgo Aranda de Duero Caſtellæ veteris oppido affigitur.

CDXXXV JOANNES JACOBUS CHIFLETIUS Veſontio-Burgundus, patre natus Joanne, patritio conſulari & Archiatro Neſontino ao. MDLXXXVIII. poſt exacta in juventute ſtudiorum, inprimis Medici, curricula per orbis cultioris præcipuas partes peregrinationes inſtituit, celebrioribusque per Europam innotuit viris; redux in patriam anno MDCXIV. Archiater Veſontinus patri ſuffectus eſt, omnibusque reipublicæ honoribus auctus, ipſo etiam gubernatoris munere per plures defunctus annos, tandem pro patria Legatus ad Iſabellam Claram Eugeniam Hiſpaniæ Infantem Belgiique Gubernatricem miſſus, cui doctrinæ morumque præſtantia adeo ſe commendatum dedit, ut ipſum Cubicularium ſibi Medicum conſtitueret, quin & brevi poſt a Philippo IV. rege Eques & Archiatrorum Comes creatus eſt. Præter Medicam artem & Hiſtoriæ antiquitatumque ſtudio ſtrenue invigilavit, quod plurima teſtantur ævum duratura ingenii monumenta, quæ inter ad noſtrum pertinent forum, & ob id hoc recenſenda veniunt loca Opera Politico-Hiſtorica, in quibus Genealogiam Regum Hiſpaniæ inprimis autem Auſtriaca ex gente egregie contra Gallos & Blondellum maxime, quem præfractum nactus eſt adverſarium aſſeruit, prius operum illorum tali inſignitur epigraphe:

(776.) *VINDICIÆ Hiſpanicæ, in quibus Regia arcana publico pacis bono luce donantur*; poſterius vero ſic inſcribitur:

(777.) *LUMINA nova Genealogica Salicis prærogativa, ſeu reſponſa ad Francorum objectiones.* Utrumque opus prodiit Antverpiæ apud Plantinos & Balthaſarem Moretum anno 1650. in folio, 2. vol. Porro & de Hiſpanis magnatibus apprime meritus eſt eleganti & nitide æri inciſo opere

(778.) *DE INSIGNIBUS gentilitiis Equitum aurei velleris*, quod ibidem prodiit

(o) in MSto ſæpe cit. num. 155.

(π) pag. 179. in MSto cit. num. 179.

diit anno 1632. in quarto. Ejus etiam *STEMMA Auſtriacam* prodiit Antverpiæ 1650. in folio.

DON JOANNES IGNATIUS DE OLARIAGA ET ZAVALETA Cantaber ortu, & ædis Sanctæ Mariæ de Ogiranda in urbe Vergarenſi Quipuſcoanæ Provinciæ Parochus, Vir Stemmatum Cantabricorum notitia valde imbutus, & Seculo hoc ineunte adhuc in vivis ſuperſtes. Non ſolum exacte elaboravit plurimas CDXXXVI.

GENEALOGIAS de Caſas iluſtres y ſolariegas de Vizaya, Guipuſcoa y Alava, quæ junctim in Schedis aſſervantur ineditæ, & magnam partem deſcriptæ a Ludovico de Salazar & Caſtro (ρ) poſſidentur, ſed & eodem teſte anno 1673. peculiare opus (779.)

DE LA Caſa de Jauregui in eadem Vergarenſi urbe reſidente compoſuit, quod ſummis idem laudibus extollit. (780.)

DON JOANNES LUCAS CORTESIUS ſeu CORTES, Hiſpalenſis, JCtorum æque ac Hiſtoricorum inter ſui ævi Hiſpanos facile Coryphæus, natus ex Belgis parentibus, Matriti patronum nactus eſt doctiſſimum Villæumbroſæ Comitem, Don Petrum de Guzman, ſupremi Caſtellæ Senatus Præſidem, a quo poſt inferiora togæ munerum ſubſellia ad Locumtenentis Gubernatoris ſeu Correctoris (Corregidor vulgo) Curiæ Matritenſis munus promotus fuit, exinde Cameræ, Indiarum tandemque Caſtellæ ſupremæ curiæ Senator allectus. Vir inprimis Genealogicis Hiſpaniæ rebus verſatiſſimus, &, ut verbis utar Ludovici de Salazar & Caſtro (σ) *el Varon de mas profunda y general erudicion, que en el Siglo paſado Conocio Eſpanna, turo tal modeſtia, que nunca ſe atrevio a publicar eſcrito alguno con ſu nombre, y ni aun ſe atrevio a hazerle. Socorrio con ſus grandes noticias a todos los que quiſieron des frutarlas, y aſi tiene mucha parte en todo lo bueno que ſe eſtampo en ſu tiempo. Entendio admirablemente la Hiſtoria, y en la parte Genealogica era rigurosamente Critico, amando en gran manera la verdad.* Certe haud exiguam lucem attulit coævis quibusvis, qui in eo quidquam edidere argumenti, prout grati præ reliquis agnovere Joſephus Pellicerius (σ) & prædictus Salazarius (τ) Exſtant tamen quamvis nihil præfixo nomine ſuo prodire paſſus ſit Vir modeſtiſſimus, varia ejus ingenii monumenta, maximam partem adhuc inedita. Spem quidem fecerat CDXXXVII.

(ρ) ibid. num. 108.
(σ) Bibliotheca de ſus eſcritos pag. 35. b. m.
(τ) Hiſt. de la Caſa de Silva in præf. & Hiſt. de la Caſa de Lara Tom. I. pag. 34. fin.

cerat amicus ejus integerrimus Nicolaus Antonius (υ) ipſum propediem editurum inſigne opus

(781.) *LA VIDA y acciones del Santo Rey Don Fernando el III. de Caſtilla y Leon*, quod ex mandato Cameræ Caſtellæ Senatus ex antiquorum monumentorum ſchedis attente obſervatis ac fideliter productis conflaverat; verum nil hactenus ejus, quod ſciam, publicis innotuit typis. Congeſſerat itidem ſummo & indefeſſo ſtudio nec minoribus ſumtibus

(782.) *PRIVILEGIORUM & Diplomatum Regiorum Hiſpanicorum authenticorum* inſignem theſaurum, animo eadem juxta annorum ſeriem duobus ſat vaſtis voluminibus edendi, ſed nec hoc opus hactenus lucem vidit. Porro &

(783.) *GENEALOGIAS Marchionum de Montealegre & de Quintana* ex Guzmannico Stemmate oriundorum exacte & cum ſtudio conſcripſit, ſed & has adhuc ἀνέκδοτα. Unicum, dum viveret, edidit libellum.

(784.) *MEMORIAL Genealogico y Juridico Sobre la continuacion del titulo de Conde de la Gomera en los Sennores de aquella caſa*, Matritenſibus typis impreſſum, cui tamen non ſuum, ſed D. Didaci de Ayala Herrera & Rojas, Comitis de la Gomera, qui Regi ſupplicem illum libellum obtulit, modeſte præfixit. Sed & bene memini, me olim in Themidis Hiſpanæ præfatione affectum a Corteſio noſtro

(785.) *DE LEGIBUS Hiſpaniæ* libellum, Veteri Bibliothecæ Hiſpanæ Nicolai Antonii adjungendum, hujus fide tradidiſſe, verum CLmus Salazarius me in humaniſſimis ſuis literis Matrito menſe Julio M DCCIII. Hafniam miſſis edocuit, nil tale poſt obitum Auctoris ullibi in ejus Schedis apparuiſſe, nec unquam auctorem èa de re ſerio cogitaſſe. Obiit ſummus hicce Vir fama dives, vitæ ſatur, opibus inops Matriti die XXXI. Auguſti M DCCI. ætatis circiter LXXX. annorum, nil hæredibus præter inſtructiſſimam æque ac ſelectiſſimam Bibliothecam relinquens, ex qua, cum ſub haſta veniret anno M DCCII. illuſtris Ehrencronius, eoque proxenata & nos non paucos eosque rariores obtinuimus Hiſtoricos Genealogicosque Codices Elogium Corteſii præter Antonium adornarunt quoque Didaçus Ortiz Lunniga Civis & amicus ejus (φ) & Didacus Joſephus Dormerus (χ).

CDXXXVIII. DON JOANNES LUDOVICUS DE MONCADA Ludovici Mon-

(υ) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 676. a. f.

(φ) Anales de la Ciudad de Sevilla Lib. XV. fol. 589. fin.

(χ) Progreſſos de la Hiſtoria de Aragon. fol. 118. a. & fol. 203. b.

Moncadæ Castellani, ut vocant, de Amposta Ordinis Hierosolymitani filius Barcinnone natus, Vir in re historica præcipue patria versatissimus Decanus & Canonicus Ecclesiæ Vicensis, latino sermone (786.)

ANNALIUM Cataloniæ quatuor volumina condidit, ut & (787.)

EPISCOPOLOGIUM Ecclesiæ Vicensis sive Ausonensis; quæ duo opera in Scriniis suis asservavit illustrissimus vir Raphael de Vilosa, Ducatus Mediolanensis magnus Cancellarius, ubi eadem vidit, qui refert(ψ) Nicol. Antonius; utrumque autem ad eruendas nobilium Catalanorum prosapias & res notabiles conferre citra omnem dubitationem habemus.

JOANNES MADEIRA Lusitanus, Ordinis sancti Dominici seu CDXXXIX. prædicatorum Sodalis Francisco Macedo (ω) Lingua vernacula conscripsisse memoratur Lusitaniæ Regum vitas seu

DAS VIDAS dos Reies de Portugal, cætera nobis æque ac Nic. Antonio (α) plane ignotus. (788.)

JOANNES MALO DE BRIONES, natus in oppido Val de olivas CDXL. dicto Conchensis Diœcesis, in Collegio Sancti Clementis Hispanorum Bononiensi sodalis togatus, cujus etiam descriptionem una cum sodalium vitis libro

Descripcion del Colegio de san Clemente de los Espannoles de Bolonia inscripto, ibidemque anno 1630. in 4to edito in lucem protulit, insimulque peculiari libello, hujus tituli: (789.)

VIDA del Beato Nunno Osorio, qui ejusdem Collegii sodalis, exque nobilissima Asturicæ Marchionum familia prognatus, Canonicus dein & Cantor Conchensis Ecclesiæ claruerat, de Osoriorum stemmate commentatus est. Prodiit ille Bononiæ eodem anno 1630. in quarto. Exinde in Bononiensi Academia Pontificii Juris Professor publicus constitutus est. Malus noster, & Finarii quoque, tandemque Mediolani Magistratum gessit, ubi & obiit, quanquam aliis Finarii decessisse dicatur anno MDCLVI, teste Nicol. Antonio (β). (790.)

JOANNES MARTINEZ DE BAHAMONDE Compostellanus, CDXLI. & Ecclesiæ Parochialis D. Joanni sacræ ejusdem urbis rector nobis cætera ignotus, nisi quod Nicolao Antonio (γ) scripsisse dicitur.

(ψ) Bibl. Hisp. Tom. II. pag. 676. b.
(ω) in Lusitanica liberata pag 739.
(α) Bibl. Hisp. Tom. I. pag. 557. b.
(β) Bibl. Hisp. Tom. I. pag. 550. b. & Tom. II. pag. 306. a.
(γ) ibid. Tom. I. pag. 482. a.

(791.) *ELOGIOS de algunos Santos y Santas canonizados y beatificados, y de algunos Varones excelentes en virtud, con algunas descendencias suyas.* Moguntiæ illud opus excuſum perhibetur apud Joannem Theobaldum 1624 in folio, & plurium nobilium Hiſpanorum ſtemmatum notitiam ferre. Idem Antonius auctor quoque nobis eſt (δ) Bahamondis noſtri nomen titulumque præ ſe ferre libellum Genealogicum

(792.) *ELOGIOS de los aſcendientes de Don Juan Antonio de Vera, Conde de la Roca* (quem ſupra jam CCCXCIII. 694. ſeqq. laudavimus) cujus tamen *γνήσιον* auctorem ipſum Roccæ Comitem nobiſcum Antonius æque ac Ludov. de Salazar & Caſtro ſuſpicantur.

CDXLII. Fr. JOANNES DE MARIETA Victorienſis, Dominicanus in Conventu patriæ urbis Monachus, Hiſtoriam Hiſpaniæ Eccleſiaſticam variis ingenii monumentis egregie illuſtravit, inſimul & haud levem ſtemmatum Hiſpaniæ nobilium notitiam orbi literario ſuppeditavit, editis inter alia opera.

(793.) *HISTORIA Eccleſiaſtica de los Santos de Eſpanna.* Cuencæ apud Petrum del Valle anno 1596. in folio; item

(794.) *CATALOGO de todos los Arzobiſpos que ha avido en la Santa Igleſia de Toledo desde ſan Eugenio haſta los tiempos de agora.* Matriti 1600. in quarto.

(795.) *CATALOGO de los Obiſpos de la Orden de Santo Domingo*, qui an typis editus ſit, me æque ac Nic. Antonium (ε) fugit. Obiit Marieta ſpectatæ pietatis Vir Matriti in Sancti Thomæ Collegio, menſe Decembri anni MDCXI.

CDXLIII. DON JOANNES MATTHÆUS HURTADO DE MENDOZA ET VELASCO, tertius Lodoſæ Comes, Dominus de Moron, Soto & Caſtilnovo, filius natu maximus Joannis de Mendoza, ſecundi Lodoſæ Comitis ex Donna Maria Venegus de Eſpinoſa, Neposque Don Joannis de Mendoza & Arellano, ſeptimi Domini de Moron & Soto, ac Maria de Navarra & Mendoza, Gothofredi, primi Lodoſæ Comitis ac hæredis, typis publicis edidit Matriti

(796.) *MEMORIAL al Rey Don Phelipe IV. &c. de ſu Caſa y ſervicios y los de ſus aſcendientes con la corona*, in folio, in quo ſupplici ad Regem libello originem & merita illuſtris ſuæ domus fuſius explicavit. Obiit Joannes noſter

(δ) ibid. Tom. I. pag. 482. a.
(ε) Biblioth. Hiſp. Tom. I. pag. 561. b.

noſter Matthæus absque legitima prole, relicto tantum Spurio ex Donna Petronella de Montes, Joanne Antonio Hurtado de Mendoza, qui Dominium Soto a Comite Aquilaris ſibi controverſum ſententia a ſupremo Caſtellæ Senatu lata obtinuit; neque Joannis Matthæi frater Don Franciſcus Antonius de Mendoza, quartus Lodoſæ Comes liberos reliquit, unde hodienum (anno puta M DCCII.) ſuper Lodoſæ hoc Comitatu inter Altamiræ & Aquilaris Comites controvertitur.

JOANNES MATTHIAS STEPHANUS Aragonenſis, Vir Hiſtoriarum antiquitatumque patriarum, imo & omnium Hiſpanicarum ſcientiſſimus, ceu laudatur a Joanne Franciſco Andrea Uztarrozio (ζ) præter alia, quæ ἀνέκδοτα adhuc in ſcriniis curioſorum latent (nihil enim hujus Viri operum publico prælo innotuit) etiam congeſſit C DXLIV

NOBILIARIO de las familias del Reino de Aragon, quod multis idem Uztarrozius laudibus extollit; Quin & ſupplere conatus eſt Hieronymi Blancos ſupra laudatum opus, colligendo (797.)

Addiciones a Blanca modo proceder en Cortes eodem teſte. (798.)

JOANNES DE MENA Cordubenſis, Poeta & Hiſtoricus ſui ævi inſignis; Floruit ſub Joanne II. Caſtellæ Rege, cujus & Hiſtoriographi munus geſſit, obiitque anno M CDLVI. Vitam ejus atque opera prolixius enarravit Nicolaus Antonius (η). Præter elegans poema CDXLV.

EL LABERINTO ò las trecientas inſcriptum (quod clariſſimus Philologus Ferdinandus Nonius de Guzman Pincianus adhuc juvenis ſibi commentandum ſumſit, quod ſpeciatim plurima Hiſpanorum fata resque memorabiles complectitur) etiam peculiare exſtat Menæ noſtri Genealogicum opus hoc titulo inſignitum; (799.)

MEMORIAS de algunos linages antiquos e nobles de Caſtilla, que va eſcriviendo Juan de Mena Coroniſta de ſu Alteza el muy Sereniſſimo y Muy eſclarecido prencepe Don Juan el ſegundo de Caſtilla y Leon por mandado del mui iluſtre Sennor Don Alvaro de Luna Condeſtable de Caſtilla. Ἀνέκδοτον hactenus hocce eſt opus, & elegans ejus exemplar, in quo ſingularum familiarum inſignia cernuntur depicta, hodie poſſidet laudatus ſupra Marchio Mondejarenſis Don Gaſpar Ibannez de Segovia in inſtructiſſima ſua Bibliotheca, prout ipſe ſeu potius Joannes Roman de Cardenas (θ) teſtatur. (800.)

(ζ) Defenſa de la patria de San Corenzo fol. 23. pr. & fol. 135

(η) Bibl Hiſp. vet. Lib X. cap. 8. §. 412. ſeq.

(θ) Noticias Genealog. de la Caſa de Segovia cap. 3. pag. 17.

ſtatur. Conf. & Nic. Antonius (ι). Quin & Clariſſimus Emeritenſium Hiſtoricus Barnabas Moreno de Vargas laudat Genealogicum peculiare Menæ noſtri opus

(801.) *HISTORIA de los Veras*, ſeu de Verano nobili Stemmate Commentarium (κ), qui tamen annon fortaſſis quædam citati modo Nobiliarii pars ſit, merito dubitamus.

CDXLVI. JOANNES DE MENDOZA Haraldus Regius Philippi IV. vulgo Rey de armas dictus, circa annum MDCLXVIII. ſcripſit

(802.) *GENEALOGIA de lo noble Caſa de Eſtenega*, quæ in oppidulo Idiazabal Guipuscoanæ provinciæ reſidet; Manuſcriptum id opuſculum vidit P. Gabriel de Henao (λ) qui & dubitat, num unquam illud prælo fuerit commiſſum; Laudat & idem opus Joannes Florez de Ocariz (μ). Præterea & edidit *BLASON iluſtre Genealogico de la Caſa y Familia de Pineda* in folio.

CDXLVII. JOANNES MOGROVEJO obſcurum alias nomen, nec alio ex capite memoratum, quam quod præfixum ſit libro cuidam

(803.) *ARBOL de los Veras* inſcripto & Mediolani anno 1636. typis impreſſo. Comprehendit ille Veranam Comitis de la Roca Genealogiam, nec immerito ſuſpicamur laudatum ſupra Roccæ Comitem Joannem Antonium de Vera & Zunniga, uti aliorum hujus farinæ ſic & hujusce fœtus literarii genuinum eſſe parentem, eumque forſan ſub tali prædii cujusdam ſui vel domeſtici miniſtri nomine latere voluiſſe.

CDXLVIII JOANNES DE MOLINA natus in Ciudad-Real, Caſtellæ novæ oppido, Civis urbis Valentiæ & Theologiæ credo Baccalaureus, eo nobis ſolum nomine heic commemorandus venit, quod ex latino ſermone in Hiſpanam traduxit Lucii Marinei Siculi duplex illud opus

(804.) *CHRONICA los Reies de Aragon*. Valentiæ apud Joannem Jofre 1524. in fol. nuncupavitque hoc Don Alphonſo de Aragon Comiti de Ampurias & Segorbiæ Duci; ut &

(805.) *DE LAS Coſas memorables de Eſpanna* Compluti 1539. in fol. de utroque plura inferius ſub LUCIO MARINEO.

CDXLIX. JOANNES DE OCAMPO SEU DOCAMPO, Floriani ſuperius ſuo loco laudati aut conſobrinus aut ex fratre nepos, Hiſtoriographus itidem Regius Luſitanicus continuandum ſibi ſumſit

JOAN-

(ι) Bibl. Vet. l. c. §. 426.

(κ) Hiſtoria de la Ciudad de Merida pag. 255. b. in marg.

(λ) Antiquedades de Cantabria Tom. II. p. 400. fin.

(μ) Nobiliario del Nuevo Reino de Granada Tom. I. pag. 352.

JOANNIS Rodriguesii del Padron opus Genealogicum mox sub ipsius Auctoris nomine laudandum. Usus est continuatione illa (adhuc dum inedita) qui eandem laudat, Philippus de Gandara. (ν) (806.)

CDL. DON JOANNES OSSORIUS DASEYXAS, alias JOANNES VASQUEZ cognominatus, secundogenitus Don Didaci Perezii Daseyxas, præfecti (vulgo Alcayde) Estepensis ex secunda uxore Donna Maria Ossorio filius, Estepæ primum, dein Antequeræ sedem fixit, & in variis muneribus bellicis Regibus Philippo II. atque III. inserviit. Scripsit is, ut heic locum inveniret aliquem

MEMORIAL Genealogico de su Linage y servicios de los de su Casa; in quo Daseyxanum, eique consanguinitate innexa Maraberanum, Varganum, Mexianum, Ossorianum, & plura alia explicavit; Citat illud sæpius Joannis nostri filii Didaci gener Ferdinandus de Saavedra. (ξ) (807.)

CDLI. DON JOANNES de PALAFOX & MENDOZA, Jacobi Arizæ Marchionis filius, Arizæ natus educatusque, qui primo Jurium incubuit studio, & à Philippo IV. Rege Senatus Bellici post & Indici constitutus est Fiscalis; sed mutato dein consilio Ordinem sacrum ingressus Serenissimæ Imperatricis Mariæ Archi-Eleemosynarius & successu temporis Angelopolitanæ (vulgo Puebla de los Angeles) in nova Hispania Ecclesiæ Episcopus die 3. Octobris MDCXXXIX. est creatus; sed illinc, (ut Nic. Antonii (ο) utar verbis) ob perticaciter defensas Ordinis sui & officii rationes in magnas incidit, difficultates, ut nonnunquam ad evitandum vitæ discrimen latebris se committere necesse habuerit; quare in Hispaniam revocatus, & gesti tum Archi-Episcopalis tum Pro-Regalis Mexicani Regiminis (quod post Didacum Paciecum Escalonæ Ducem ei injunctum fuerat) rationibus redditis Regique probatis mox Senator Curiæ supremæ Aragonicæ, tandemque Osmensis Episcopus evasit die 24. Novembr. MDCLIII. ibique diem supremum clausit anno ætatis LIX. vid. Petrus Tutor & Malo (ϖ) Præter plurima, quæ in lucem emisit, argumenti Theologici opuscula, etiam typis edi curavit

MEMORIAL sobre la restitucion de los Escudos, en que estaran las armas de Sobrarbe, que se pusieron en la Capilla mayor de la Santa Iglesia Catedral de la (808.)

(ν) Nobiliario de Galicia lib. 3. cap. 19. pag. 429 a. m.
(ξ) Memorial de su Casa y servicios fol. 282. fin. seqq.
(ο) Bibl. Hisp. Tom I. fol. 576. a.
(ϖ) Compendio de las dos Numancias cap. 17. pag. 207.

la Puebla de los Angeles en la nueva Espanna, que se quito por estar quarteado con la insignia de la Cruz sobre el arbol; quo libello supplici ad Regem directo Auctor Suprarbici Regni antiquissima insignia omnibus modis adstruere conatus est, nactus illo in argumento adversarium Josephum Moretum (ρ) atque hyperaspisten Fr. Dominicum de la Ripa. (σ) Meminit & ulterius Nicolaus Antonius (τ) operis cujusdam Palafoxii nostri, tali titulo insigniti

(809.) *RELACION y descripcion del Templo Real de la Puebla de los Angeles en la nueva Espanna acabado por Don Juan de palafox el anno de DCXLIX. con dos Cartas pastorales del mismo sobre la materia* quod manu exaratum vidit in instructissima Marchionis Mondejarensis Bibliotheca, diversumque quid ab illo prius memorato censet, adjicitque tandem, Palafaxium sub nomine Confessionum ad Augustini exemplum vitæ suæ acta consignasse in schedas, ex quibus aliisque monumentis Historiam vitæ ejusdem edidit Antonius Rosende Clericus regularis Ordinis Minorum, quæ an typis excusa prodierit, ignoramus.

CDLII. JOANNES PARDO Gallæcus, Genealogicum quoddam opus

(810.) *DE LOS linages de Espanna* scripsisse perhibetur Nicolao Antonio (υ) sed cum nulla alibi nec Auctoris nec operis apud ullum Genealogum appareat mentio, valde vereor, ne seductus Antonius alium hunc faciat Joannem Pardo à superius laudato Hieronymo Pardo, qui de Gallæca nobilitate optime meritus fuit.

CDLIII. JOANNES PAULUS MARTIR RIZO, Conchensis, Petri Martyris Anglerienfis, qui sub Ferdinando Catholico fama Latini eloquii claruit, nepos, Vir peritia itidem Linguarum Exoticarum pollens, & Historiarum gnarissimus, unde Legatis Regiis aliquandiu ab Epistolis fuit. Scripsit præter alia, quæ diversis ex Exoticis linguis Hispanica reddidit, proprio marte conflatum opus Historico-Genealogicum

(811.) *HISTORIA de la mui noble y Real Ciudad de Cuenca.* Matriti apud viduæ Petri de Madrigal hæredes anno 1629. in folio. Explicuit in eo præter Mendozinum Marchionum de Cannete stemma, familias Cabrera, Albornoz, Carrillo, Alarcon & Zevallos, Ybarra, Aguilera, Xarava, Cannizares, Valdes, Valenzuela, Anaya, Tamayo, Yepes, Lorençana, Erriega,

(ρ) Investigaciones de las antiguedades de Navarra Lib. 3. cap. 9. pag. 698. seq.
(σ) Defensa del Reino de Suprarbe Tit. 3. cap. 2 §. 6. pag 134. seq.
(τ) Loc. cit. pag. 577. a.
(υ) Bibl. Hisp. Tom. I. pag. 578. a. m.

ga, Ravage, Carrera, Chirino, Teruel, Oribes & Montemayor; adjectis etiam prædictorum Marchionum de Cannete, & plurium aliorum nobilium insignibus æri nitide satis incisis. Quin & ipse in Conchensi hac Historia (φ) nos edocet, se prælo paratum habere aliud adhuc

DE LOS Casas Solariegas del Espanna opus Genealogicum, sed id lucem publicam nondum adspexit. Antonius etiam Leon (χ) æque ac Nicol. Antonius (ψ) commemorant, Martirrizam nostrum ex latino in Hispanum idioma proavi sui Petri Martyris Decades Oceani transtulisse, verum si docto cuipiam viro fides, versio hæc æque ac Martirrizi nostro cum Petro illo Martyre consanguinitas extra dubitationis aleam posita non est. (812.)

JOANNES PEREZIUS de MOYA, Bæticus, ex oppido Sancti Stephani Marianorum montium Dioeceseos Giennensis oriundus, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Granatensis, Mathematicus insignis, præter plura, quæ hujus argumenti in lucem emisit, opuscula, etiam CDLIV.

VARIA historia de santas y ilustres mugeres en todo genero de virtudes, seu nobilium sanctarumque Hispanarum historiam peculiari libro, Matriti apud Franciscum Sanchez 1583. in 8vo edito prosecutus est; cui, Nic. Antonio teste (ω) plurima inseruit Genealogica ex deperditis Gundisalvi Argote Molinæ de Beaciensi & Ubetana nobilitate libris depromta; qui & alibi (α) reliqua ejus opera exacte percenset. (813.)

JOANNES PEREZ de VARGAS, Aragonensis, ni fallor, ortu, & Don Alphonsi de Aragon, Villæhermosæ olim Ducis, qui circa initium Sæculi XVI. claruit, domesticus minister, CDLV.

DE LOS linages de Espanna librum composuit Genealogicum, in quo plurima quidem Regnorum Castellæ, Legionis Asturiarum, Aragoniæ, Navarræ, Gallæciæque stemmata collegit, sed tanta brevitate, ut vix alicui usui esse queant, de quo conqueruntur Gundisalvus Argote Molina (β) & Hieronymus Gudiel, (γ) qui librum autographum Auctoris à Philippo II. Rege Escorialensi Bibliothecæ insertum asserit; fuit & ejus exemplar manu exaratum (typis enim excussum nunquam quod sciam (814.)

 pro-

(φ) Lib. 3. cap. 16.
(χ) In Bibliotheca Oriental y Occidental Indica.
(ψ) Bibl. Hisp. Tom. I. pag. 579. a. m.
(ω) Ibid. pag. 422. a. m.
(α) Ibid. pag. 580. b m.
(β) In Præf. lib. nobleza del Andalusia.
(γ) Compendio de los Girones in Dedic. pag. 7. & in præf. fol. 3. b.

prodiit) in Bibliotheca Comitis Ducis Olivarienſis, ceu nobis refert Nicolaus Antonius. (δ)

CDLVI. DON JOANNES PICON de LECA Nobilis Hiſpalenſis, illuſtriſſimo Cardinali Sandovalio Duci Lermenſi, dum is in aula Regia in urbe Valliſoletana moraretur, inſerviens, inde

(815.) *BINAS Epiſtolas ad Don Franciſcum Morbeles de Pueblo* ſupra ſuo loco laudatum Hiſpalim anno MDCXXII. perſcripſit, in quibus erudite ac ſolide plures eosque craſſiores ab Alphonſo Lopez de Haro Nobiliarii Genealogici Hiſpanici Auctore commiſſos errores perſtrinxit. Poſſidet earum exemplar manuſcriptum (nunquam enim typis exaratæ prodiere) Ludovicus de Salazar & Caſtro, qui earundem nobis olim copiam proxeneta illuſtri Ehrencronio per benevole fecit.

CDLVII. JOANNES PINTO RIBEIRA, Luſitanus, JCtus & Conſilii Cameræ Luſitanicæ Senator heic nobis commemorandus venit ob ſcriptum Lingua Italica opus, cui de Regio Luſitaniæ ſtemmate, ejusque controverſa inter Hiſpanos Reges & Bragantiæ Duces ſucceſſione, poſteriorum, & inprimis Joannis Brigantini Ducis Cauſæ Patrocinaturus permulta inſeruit, idque præcipuum ſibi argumentum ſumpſit. Titulus, quem libello illi in frontiſpicio præfixit, talis eſt:

(816.) *ANATOMIA delli Regni di Spagna, nella quale ſi dimoſtra l'origine del dominio, la dilatatione delli ſtati, la ſucceſſione delle linee Dei ſuoi Re*; adjecto inſuper *Diſcorſo delli uſurpatione retentione e riſtoratione del Regno di Portogallo.* Olyſſipone apud Sancium Beltrandi anno 1648. in 4to.

CDLVIII. JOANNES PISTORIUS Niddanus, Theologiæ Doctor, & Præpoſitus Templi Cathedralis Vratislavienſis, ut & Conſiliarius Rudolphi II. Imperatoris, etiam inter Genealogos noſtros Hiſpanos locum meretur, ob plures, quas Andreæ Schotti Jeſuitæ doctiſſimi Hiſpaniæ illuſtratæ Tomo III. Francofurti anno 1606. in folio edito innexuit. (ε)

(817.) *REGUM Magnatumque Hiſpaniæ Tabulas Genealogicas*, utut easdem plurima ex parte mutuatus fuerit ex Hieronymi Gudielis Compendio de los Girones, & Hieronymi Blancæ Commentariis Rerum Aragonenſium, uti & ipſe in earundem præfatione agnoſcit.

CDLIX. DON JOANNES RAMIREZ de GUZMAN, ex inclyto & perantiquo Guzmannico ſtemmate oriundus Nobilis Hiſpalenſis, Civitatis patriæ ſupremus Vexillifer, Judex Primarius & in Comitiis Provincialibus Pro-

(δ) Bibl. Hiſp. T. I. pag. 381. b. m.
(ε) Pag. 840.

Procurator(vernaculo idiomate Alferez mayor, Alcalde mayor y Procurador de Cortes) ſtrenue inter primos allaboravit, ut Ferdinandi III. Caſtellæ Regis nomen in Faſtos referretur Sanctorum, eumque in finem anno MDCXXI. formavit de ejus proſapia librum Genealogicum, tali inſignitum titulo: (ζ)

DESCENDENCIAS del Santo Rey Don Fernando, y de los Conquiſtadores de Sevilla; qui tamen morte Auctoris intercedente imperfectus manſit. Autographum Auctoris poſſidet filius ejusdem Don Ferdinandus Ramirez de Guzman, (η) ex quo apographa deſumta in manibus curioſorum verſantur, qui Ludovico de Salazar & Caſtro (θ) teſte illum magni faciunt. Sepultus jacet Joannes noſter Rameſius in ſacello hæreditario ædis Cathedralis Hiſpalenſis, magnis exornatus elogiis à Didaco Ortiz de Zunniga. (ι) (818.)

JOANNES RAYMUNDUS de TRASMIERA, non alio nobis notus, neque in hunc referendus cenſum nomine, quam quod librum congeſſerit, nobilium Salmanticenſium quorundam ſtemmate explanantem, talique in frontiſpicio notatum lemmate: CDLX.

TRIUNFO Raymundino, o Coronacion, en que ſe celebran las antiguedades y linages de la Ciudad de Salamanca. Liber adhuc iſte ineditus eſt, ejusque apographa tum alibi tum in inſtructiſſima Comitiſſæ de Villa umbroſa teſte Nicolao Antonio (κ) exſtitere. (819.)

DON JOANNES RESENDIUS PEREIRA Nobilis Luſitanus Philippo IV. Regi obtulit ſupplicem typis exaratum libellum: CDLXI.

MEMORIAL de la Genealogia de la Caſa de Reſende, ſeu de proprii ſtemmatis ortu & ſerie Commentarium, quem haud illaudatum dimittit Ludovicus de Salazar & Caſtro. (λ) (820.)

JOANNES de ROBLES ROCHA, Nobilis Caſtellenſis, & honorarius Sacellanus Regius, atque Prior Alcantarenſis, Ordinis Ciſtercienſis, Varon, ut verbis utar Michaelis Ramonis Zapateri (μ) *que en el retiro grande de ſu Convento afianzo memorable ſu religion pura*, ſcripſit in ſeceſſu illo peculiarem CDLXII.

Gg 3 DE

(ζ) Did. Ortiz Zunniga Anales de Sevilla in præfat.
(η) Idem ibid. ad A. C. 1647. Lib. XVII. num. 3. pag. 707. a. pr.
(θ) In MSCto cit. num. 49.
(ι) Anales de Sevilla pag. 447. pr.
(κ) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 268. b.
(λ) In MSCto cit. num. 90.
(μ) De las Ordenes Militares pag. 419. in fin.

(821.) *DE LA Vida de Donna Maria de Perero Abadesa de los Remedios de Alcantara, muger de ilustraciones mui singulares*, quem prælo paratum Zapater vidit, num autem typis excusus prodierit, nos fateri ignoramus, certi de ejusdem stemmate Pererio nimium haud proletariam eodem notitiam contineri.

CDLXIII. JOANNES RODRIGUEZIUS DEL PADRON, Gallæcus ex oppido cognomine forsan oriundus, in Joannis II. Castellæ Regis aula bonam (ut Nicol. Antonius (ν) loquitur) vitæ partem vanis amoribus colendis carmineque concelebrandis, poetica enim arte plurimum valuit, contrivisse dicitur; perterritus tandem violenta intimi amici sui, Maziæ violenta ex obstinato quodam amore orta morte (qua de re legi meretur Ferdinandus Nonnius Pincianus in Glossematis ad Joannis de Mena Labyrinthum (ξ)) ad saniorem mentem rediit, relictaque vita aulica & lubricis amoribus Franciscanum induit cucullum in patria, & austeram æque ac piam vitam egit, (uti fusius nos edocent Gundisalvus Argote Molina (ο) & Lucas Waddingus (π)) sub nomine Joannis de Herbon, quo noster forsan familiæ cognomine usus fuerat. Præter carmina quædam, ut Infierno del amor, & alia, quæ in Doctoris Didaci Ramirez Pagan Floresta de varia poesia Valentiæ apud Joannem Navarro 1562. impressa exstant, etiam conscripsit:

(822.) *CADIRA de Honor, tratado de nobleza o Fidalguia*, seu Theatrum Honoris; est enim *Cadira* vox Catalonica & denotat Thronum seu Cathedram) Ineditum hoc opus hodienum latet, ejusque exemplaria possederunt Ferdinandus Mexia, qui illud laudat (ρ) & Hieronymus Zurita, qui suum ex alio Don Joannis de Aguilon Præfecti sive Ballivi generalis Regni Valentini exscripsit; hoc Zuritæ apographum hodie possidere dicitur Comes de Sancto Clemente, ut Ustarrozius nos edocuit. (σ) An aliud ab illo opus sit

(823.) *COMPENDIO de los linages de Galicia*; quod citant Nicolaus Antonius (τ) & sæpissime Philippus de Gandara, (υ) à quo idem opus expresse nostro

(ν) Bibl. vet. Hisp. Lib. X. cap. 6. §. 315.
(ξ) Ordine 3. Veneris octava 105.
(ο) Nobleza del Andalusia Lib. 2. fol. 272.
(π) De scriptoribus Ordinis Minorum.
(ρ) Nobiliario de Espanna Lib. I. cap. 45.
(σ) Ustarroz Progressos de la Historia de Aragon fol. 267. §. 51.
(τ) Bibl. vet. Hisp. l. c.
(υ) Nobiliario de Galicia Lib. III. cap. 3. pag. 311. a. & pag. 429. a.

noſtro Joanni, Ordinis Sancti Franciſci in Monaſterio oppidi del Padron ſodali aſſeritur, & à Chronographo Joanne de Ocampo ſuperius (CDXLIX. 806.) laudato continuatum dicitur, dubius hæreo.

JOANNES RODRIGUEZIUS ſeu RUIZ de SAA-MENESES, Nobilis Luſitanus, quem, ut ſupra monuimus, Gundiſalvus Argote Molina (φ) Franciſcum indigitat, ſcripſit arte ligata CDLXIV.

BLASONES das armas da alguas familhas da Portugal, quem librum manuſcriptum poſſedit citatus modo Argote Molina; memineruntque ejusdem Joannes Baptiſta Labana (χ) & Antonius Suarez de Alarcon (ψ) qui ſæpius eundem citat. Scripſit itidem (824.)

ANNOTACIONES al Nobiliario del Conde Don Pedro; ſive ad inferius laudandum Petri de Bracelos Comitis Nobiliarium, Hiſpanicorum omnium primum & primarium. Uſus iisdem eſt quoque prædictus Argote, ut ex ejus præfatione (ω) conſtat; itemque Philippus de Gandara (α) qui easdem cum elogio citat. (825.)

JOANNES RODRIGUEZ de VILLAFUERTE, nobili genere ex urbe Salmanticenſi oriundus, ſcripſit librum ſic notatum CDLXV.

TRANSLACION de la Genealogia de Don Alfonſo de Cartagena con notas; opus manuſcriptum, quod merito cum Nicolao Antonio (β) judicamus, eſſe verſionem in Linguam vernaculam Anacephalæoſeos de Regibus Hiſpaniæ ab Alphonſo Garſia de Sancta Maria de Carthageno Epiſcopo Burgenſi ſupra (XVII. 22. & XXVIII. 50.) laudato conſcriptæ, præſertim cum aſſentiri videatur Ambroſius Morales (γ) qui opus hoc ita indigitat (826.)

ADICIONES ſobre el Arzobispo Don Alonſo de Cartagena.

DON JOANNES ROMAN & CARDENAS, nobilis Caſtellæ ex Regno oriundus, & Marchionis Mondejarenſis Don Gaſparis Ibannez de Segovia domeſticus, ni fallor, miniſter auctor præfigitur libro CDLXVI.

NOTICIAS Genealogicas del linage de Segovia, continuadas por eſpacio de 600. annos; eſtque præfatio ſcripta Mondejari die 20, Julii 1690. liber vero eodem anno impreſſus Matriti in 4to. Omnem autem operis partem ipſi (827.)

(φ) In præf. lib. nobleza del Andaluſia.
(χ) In nott. ad Nobiliarium Comitis Petri Tit. 58. lit. A. pag. 325.
(ψ) Relatt. Genealog. de Alarcon Lib. I. §. 1. pag. 18. b. & pag. 38. a. fin.
(ω) Conf. Indicem Auct. Argotio præfixum.
(α) Nobil. de Galicia Parte 2. Lib. IV. cap. 13. pag. 612. a.
(β) Bibl. Hiſp. Tom. I. pag. 590. b. m.
(γ) Chron. General de Eſpanna Lib. XIII. cap. 1.

ipſi eruditiſſimo Mondejaris Marchioni, utpote ſtudii Genealogici, ceu ſupra (CCCXVIII. 540. ſeq.) vidimus amantiſſimo æque ac peritiſſimo viro jure deberi, nos Ludovicus de Salazar & Caſtro (δ) æque ac alii amici jam olim Matriti certiores reddiderunt.

CDLXVII. JOANNES SALGADO de ARAUXO Luſitanus ex oppido Moncon Braccharenſis Diœceſeos oriundus, SS. Theologiæ Doctor, & primum D. Laurentii de Souropirez, ac dein Peræ Monaſteriorum Abbas, Protonotariusque Apoſtolicus, præter editam typis partem primam operis

(828.) *LEY Regia de Portugal*, ſive ideam juſti Principis exemplis Regum Luſitaniæ formatam, quæ Matriti 1627. in 4to prodiit, etiam de inclyto Vaſconcelliorum ſtemmate Luſitano commentatus eſt libro

(829.) *SUMARIO de la familia de Vaſconcellos* inſcripto, & anno 1638. in folio typis evulgato. Exiguus quidem ille eſt mole, ſed cum veritatis & judicii laude conſcriptus, uti cenſet Ludovicus de Salazar & Caſtro. (ε) Laudant eundem quoque Antonius Suarez de Alarcon (ζ) atque Philippus de Gandara (η) qui plures aliarum Nobilium ſtirpium

(830.) *GENEALOGIAS à Salgado* noſtro ſummo ſtudio elaboratas ſe poſſidere ineditas haud obſcure alibi (θ) innuit; præterea quoque

(831.) *NOBILIARIO de Galicia* integrum ejusdem opus ſe vidiſſe atque conſuluiſſe idem Gandara (ι) expreſſe teſtatur, ubi familiam Salgado recenſet, noſtrique utitur teſtimonio. Num ad idem noſtrum argumentum faciat alius ipſius libellus, hoc lemmate notatus

(832.) *MARTE Luſitano*, cujus meminit Nicolaus Antonius (κ) quemque ineditum adhuc ſuſpicamur, nos ignorare profitemur.

CDLXVIII. JOANNES SANCTII ſeu SANCHEZ de MENDOZA, Vir Nobilis, & aulicus Joannis II. Caſtellæ Regis miniſter, floruit circa medium Sæculi XV. & opus Heraldico-Genealogicum compoſuit hujus tituli:

(833.) *DISCURSO de armas y linages;* Manuſcriptum id hodienum in ſcriniis latet curioſorum, nobisque haud aliter, quam ex Nicolai Antonii ſuffragio innotuit, quibus illud idem recenſuit. (λ)

JOAN-

(δ) In MSCto Genealog. libror. cit. num. 125.
(ε) Ibid. num. 92.
(ζ) Relaciones Genealog. de la Caſa de Alarcon pag. 80. fin.
(η) Nobiliario de Galicia fol. 221. b. m. & fol. 308. a. & 489. b.
(θ) Loc. cit. fol. 308. a.
(ι) Loc. cit. fol. 489. b.
(κ) Bibl. Hiſp. Tom. I. pag. 594. a. f.
(λ) Bibl. vet. Hiſp. Lib. X. cap. 6. §. 330. fol. 165. b. & §. 342. fol. 166. a. fin.

JOANNES SEDENNO, Arevalensis Hispanus, miles manu strenuus quique merito suo arci Alexandrinæ in Mediolanensi Ducatu urbis tuendæ a Carolo V. & Philippo II. Regibus præfectus fuit, scripsit horis subsecivis CDLXIX.

SUMMA de Varones illustres, en que se contienen muchas sentencias y grandes hazannas y cosas memorables de 224. famosos Emperadores Reies y Capitanes de todas naciones, por el orden del A.B.C. Arevali 1551. itemque Toleti 1590. in folio. Opus hoc, cum vitas & fortia facta sapienterque dicta Heroum inprimis Hispanorum plurium contineat, facile ejus heic mentionem fieri permisimus. Conferatur de Sedenno nostro Hieronymus Ghilini (μ), qui tamen non Arevali, sed in Xadraque Regni Toletani oppido eundem natum, & Alexandriæ denatum scribit. (834.)

DON JOANNES SOLANO DE FIGUEROA ALTAMIRANO Truxiliensis, SS. Theologiæ Doctor, Concionator celebris, Metellensis Ecclesiæ Archi-Presbyter, Cathedralis ædis Badajozensis Canonicus, & officii inquisitionis Fidei Ellerenensis Commissarius, edidit elegans opus CDLXX

HISTORIA y Santos de Medellin, culto y veneracion a San Eusebio a San Palatino y nueve companneros Martires, a San Theodoro Anacoreta, y San Raimundo Confessor, hiio desta noble Colonia, inscriptum, & Matriti typis Francisci Garziæ Arroyo anno 1650. in 4to 30. plagul. impressum, nuncupatumque Don Petro Lugardo de Meneses Portocarrero, quinto Caminiæ Duci, nono Villærealis Marchioni, Metellinique Comiti, cujus stemmata paternum Portocarrerorum æque ac Menesiorum maternum exacte & cum laude ibidem explicuit, uti nobiscum sentit Ludovicus de Salazar & Castro (ν). (835.)

DON JOANNES SUAREZ DE ALARCON ET MELO, Comes de Torresvedras & Marchio de Trocifal in Lusitania, Oeconomicus (vulgo Mayordomo) Elisabethæ Borboniæ, & Mariæ Annæ Austriacæ Hispaniæ Reginarum, Philippi item IV. Regis Consiliarius bellicus, & Septensis munitæ in Africæ ora urbis olim præfectus Ordinis D. Christi Eques, & Antonii Suaresii supra (XXCV. 135. seq.) laudati parens verus & genuinus Auctor habetur sub Antonii filii nomine hoc titulo CDLXXI.

RELACIONES Genealogicas de la Casa de los Marqueses de Trocifal &c. (836.)

(μ) Theatro de gli huomini litterati

(ν) in MSCto cit. num. 89.

&c. editi libri, qua in re consentientem habemus Nicol. Antonium (ξ). Obiit Joannes noster Suarezius, si Pellicerio (ο) credimus, die 6. Octobris anni MDCLXIX.

CDLXXII. DON JOANNES SUAREZ DE TOLEDO ET OBREJON, Dominus del Marchal, Nobilis aulicus (vulgo Gentilhombre de la Boca vocant) Caroli II. Hispaniæ Regis, a quo etiam Vice-Comes de Rias (quo Vice-Comitatus in Granatensi situs est Regno) creatus est; Decurio item (Veintiquatro vocant) Urbis Granatensis, Vir in studio præsertim Genealogico apprime versatus, compilavit plurima

(837) *DE FAMILIIS Urbis Regnique Granatensis nobilibus documenta*, quorum haud exiguam partem in relationes suas Genealogicas transcripsit laudatus modo Joannes Suaresius de Alarcon; Præterea & memorato Regi Carolo II. circa annum 1670. obtulit

(838.) *MEMORIAL de su Genealogia*, sive supplicem de suis majorumque meritis & successione stirpis suæ genealogica libellum, qui etsi auctorem præ se ferat Don Alphonsum Nunnesium de Castro supra (XXIV. 34. seq.) laudatum, totus tamen ipsi nostro Joanni Suarezio debetur. Latent & adhuc in scriniis curiosorum inedita varia ab eodem elucubrata opuscula Genealogica, quæ inter memorantur

(839.) *GENEALOGIA de la Casa de Bazan*; item aliud inscriptum

(840.) *GENEALOGIA de la Casa de Obrejon*, e qua maternam Auctor originem derivavit; ut &

(841.) *GENEALOGIA de la Casa de Gumiel*, etiam eidem sanguine juncta; quæ omnia solide & erudite conscripta censet, qui eadem perlustravit, Ludovicus de Salazar & Castro (π) qui & addit, peculiari opere Joannem nostrum Suaresium deduxisse

(842.) *GENEALOGIA de la gran Casa de Cueva*, magno studio compositum opus, idque ut justam suam ad successionem illius familiæ causam, ob matrimonium cum Donna Joanna de la Cueva Granada & Benavides Marchionissæ de Campotejar filia, & Don Didaci de la Cuera & Benavides Domini de Almunnan & de las Vleilas sorore contractum tueretur. Ex illa uxore sua genuit Don Ludovicum Suarez de Toledo & Granada, Ordinis Calatravæ Equitem, qui obiit unica ex uxore Donna - - - - Teruel, Comitis de Villarmena filia relicta filiola, avi, Joannis nostri Suaresii, herede.

DON

(ξ) Bibl. Hisp. Tom. I. pag. 601. a. m.
(ο) Bibliotheca de sus escritos pag. 34. b. pr.
(π) in MSCto cit. num. 184.

DON JOANNES TAMAJUS DE SALAZAR, natus in Extremaduræ provinciæ oppido Zalamea de la Serena dicto, & Equitum ordinis Alcantaræ ditioni subjecto, ætatem in Didaci de Arce Episcopi Placentini & dein Generalis per Hispaniam fideï Inquisitoris familia exegit, ejus Secretarius, & in Abulensi Episcopatu Vicarius; Vir haud proletariæ eruditionis, verum lubleſtæ in rebus Historicis quandoque fidei ob nimiam Pseudo-Dextro aliisque similis farinæ suppositis Scriptoribus habitam propugnatamque fidem & auctoritatem. Præter alia quæ edidit, opera Ecclesiasticam Hispaniam historiam ut plurimum concernentia, etiam CDLXXIII.

DISERTACION, que prueba, que la Reina Donna Berenguela madre del Santo Rey Don Fernando fuela hiia primogenita ò major del Rey Don Alonſo el Bueno de Castilla, y no Blanca Reina de Francia, opusculum Regium Castellæ stemma illustrans elaboravit; Id adhuc ineditum latet, ejusque exemplar habuit Jo. Jacobus Chifletius supra suo loco laudatus, qui quædam in suis ad Vindicias Hispanicas additionibus inde suppresso auctoris nomine, uti hic ipse conqueritur (ϱ) mutuatus est. conf. Nicol. Antonius (σ). (843.)

DON JOANNES THOMAS FERNANDEZ DE HINESTROSA AGUILAR ET MONTEMAJOR, Dominus de Turullote & Gayape, Ordinis Calatravensis Eques, & a Philippo IV. Rege creatus Marchio de Pennaflor, quod oppidum est in regno Cordubensi situm; Vir fuit studio Genealogico vehementer addictus, quod testantur varia ejus opuscula inedita quidem, sed summis concelebrata laudibus a Ludovico de Salazar & Castro (τ) in suis operibus; sunt vero præcipua CDLXXIV

GENEALOGIA de la Casa de Hinestrosa; seu de proprio stemmate Commentarius Genealogicus; item (844.)

GENEALOGIA de los Montemayores de Eciia que oy son Condes de Torres; & plures aliæ adhuc (845.)

GENEALOGIÆ nobilium regni Andalusiæ familiarum; quæ omnia asservantur in scriniis nepotis sui; filium enim habuit Antonium, secundum Marchionem de Pennaflor, qui studio Genealogico haud minus gnaviter, ac ipse parens, incubuit; Gaudebat is titulo supremi urbis E- (846.)

Hh 2 ciien-

(ϱ) Martyrologii Hispanici Tom. I. ad d. 23. Februar. pag. 238.

(σ) Bibl. Hisp. Tom. I. pag. 602. a. m.

(τ) advertencias Historicas pag. 17. f. pag. 165. Hist. Geneal. de la Casa de Lara Tom. III. pag. 110. m. & in MSCto cit. num. 119.

ciienſis Vexilliferi, ac ex Uxore Donna Elvira de Aquilar, Domina del Pilar ſuſcepit Joannem Ferdinandez tertium ineunte hoc ſeculo Marchionem de Pennaflor, qui anno MDCIC. uxorem duxit Mariam Paſchaliam Barradas, Marchionis de Cortes filiam.

CDLXXV. DON JOANNES DE TRILLO ET FIGUEROA, Franciſci ſupra (CCXXCIIX. 491. ſeq.) laudati germanus frater, ortu Gallæcus, Urbisque Granatenſis Decurio ſeu, ut vulgo audit, Veintiquatro, Vir eruditus, & in re Genealogica, præſertim quod Bæticam ſpectat nobilitatem, verſatiſſimus, ceu plurima ejus tum edita typis tum ἀνέκδοτα affatim teſtantur ingenii monumenta. Inter illa proſtant

(847.) *NOTITIA de la ſucceſſion de Donna Maria Nunnez de Cabeça de Vaca,* ex quo deſcenduntDomini proſapiæ de Balarote & plures aliæ nobiles regni Granatenſis familiæ; impreſſum fuit hocce opus Granatæ anno 1658. ceu Ludovicus de Salazar & Caſtro (υ) & anno 1664. prout Joſephus Pellicerius (φ) perhibent. Item

(848.) *ORIGEN de la Caſa de Tovar y arbol Genealogico de Don Franciſco de Cannaveral y Horrozeo, Cavallero de la orden de Alcantara, Sennor del mayorazgo y lugar de Benalva, desde que por derecha Varonia ſe dividio la rama de ſus mayores del tronco de la ſangre de Tovar.* Opus hocce inſcripſit Auctor Don Joſepho Pellicerio de Tovar & Oſſau mox laudando, & Granatæ imprimi curavit in Typographia regia anno 1662. in folio, unde ſuam eidem gratitudinem teſtatum fecit ipſe Pellicerius (χ) inſigni Trillum noſtrum elogio condecorans. Laudant idem opus ob ſummam ἀκρίβειαν & ſat amplam argumenti deductionem Ludovicus de Salazar& Caſtro (ψ) Joſephus Pellicerius (ω) ex eoque Nicol. Antonius (α). Eundem Trillum agnoſcit Auctorem liber

(849.) *MEMORIAL por Don Martin de la Cueva y Benavides, Sennor de Almunnan y las Vleilas*, qui typis quidem imprimi cœptus erat, ſed abſolutis quatuordecim plagulis auctoris morte præpeditus eſt, quæ eum vivorum numero exemit Granatæ anno MDCXXCVI. In hoc opere, uti cenſet Ludovicus de Salazar & Caſtro (β) omnium optime veriſſimeque

(υ) in MSCto. cit. num. 60.
(φ) Bibliotheca de ſus Eſcritos fol. 51. num. 96.
(χ) ibidem fol. 151. a. fin.
(ψ) in MSCto cit. num. 60.
(ω) Memorial por Don Fernando de los Rios fol. 38. num. 19.
(α) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 330. a. fin.
(β) Advertencias Hiſtoricas pag. 25.

que detectæ ſunt origines clariſſimæ Cuevanæ domus. Inter ea, quæ lucem adhuc fugiunt publicam, Trilli opera recenſentur

MEMORIAL de la Caſa de Mexia, noble en la Andaluſia. Citat illud cum Auctoris elogio Antonius Suarez de Alarcon (γ); item (850.)

ARBOL de la Caſa de Cueva, dvierſum protinus ab illo typis imprimi cœpto opere, quod Ludovico de Salazar & Caſtro olim communicaverat laudatus ſupra Joannes Suarezius de Toledo & Obrejon, ceu jus gratus agnoſcit (δ) Porro & abſolvit Trillus noſter (851.)

GENEALOGIA de la Caſa de Ceron, opuſculum, quod, ut Don Lupo de los Rios & Guzman, Senatus redituum regii præſidi, qui maternum ex Ceronia gente ſtemma derivabat, complaceret, elaboravit. Contineri autem eodem exactam de nobilibus quibusdam regni Giennenſis familiis notitiam, aſſerit Don Ludovicus de Salazar & Caſtro (ε). Commentatus itidem eſt nonnihil (852.)

DE LA Origen de la Caſa de Aſturias, quod cum Don Sanctio Doriga & Valdes communicavit, ceu hic cum inſigni Trilli noſtri encomio gratus fatetur (ζ). Ut taceamus plura alia inedita ipſius opuſcula, quæ ut in lucem aliquando publicam emittantur, merito optamus. (853.)

CDLXXVI. DON JOANNES DE VALDES, ex nobili Gijonia familia oriundus, filius Didaci de Valdes, qui ſub Regibus Philippo II. III. que ſtrenue militavit, Jurium Licentiatus, Ordinis Sancti Stephani Eques, & in Regio Redituum Senatu Fiſci Patronus, conſcripſit Juridico-Hiſtorico-Genealogicum librum.

INFORMACION por el Principado de Aſturias y villa de Gyon, por ſi, por ſu patria, por eſta eſclarecida familia, y por el derecho de los primogenitos deſta Corona, Principes de Aſturias, contra Don Miguel de Noronna Conde de Linnares. Agitatam a Linarenſi Comite pertractat Controverſiam, qui Comitis Gijonenſis titulo uti prætendebat, quem tamen primogenitis regum filiis, nobilique familiæ Aſturicenſi ſolum deberi ex Hiſtoricis. Genealogicisque documentis erudite Valdeſius hoc libro in folio edito aſſertum ivit, laudatus ob id Don Sanctio Doriga & Valdes (η) & Roderico Mendez Silva (θ) qui & nos edocet, Joannem noſtrum filium habuiſ- (854.)

 ſe

(γ) Relaciones Genealog. pag. 244.a.
(δ) Advertencias Hiſtoricas pag. 25.
(ε) in MSCto cit. num. 60.
(ζ) Memorial de la Caſa de Aſturias fol. 2. b. in notis lit. A.
(η) in cit. jam memorial de Aſturias fol. 69. b. pr.

ſe Don Thomam de Valdes, Criminalium Tribunalis prætorem (vernacule Alcalde del Crimen) in Curia Granatenſi.

CDLXXVII DON JOANNES DE VALENCIA EL DEL INFANTE, Ordinis primum Sancti Jacobi, & dein Calatravenſis Eques, Dominus de Condeſugo, quod oppidum eſt regni Peruviani, & *Eſpia mayor de Caſtilla* (qui obſoletus hodie eſt honos militaris, latino ſermone exprimi a me neſcius) typis edidit

(855.) *MEMORIAL de ſu calidad y ſervicios*, ſive ſupplicem ad Regem Philippum IV. libellum de Stemmatis ſui nobili ſplendore, majorumque meritis toga ſagoque illuſtrium; Quin & aliud compoſuit majoris moliminis opus

(856.) *GENEALOGIA de la Caſa de Valencia nuncupatum*, in quo integrum ſtemma Valentianum ab Infante Don Joanne, Alphonſi X. Caſtellæ Regis filio ad ſua usque tempora prolixe deduxit. Laudant, prius illud Joſephus Pellicer (ι) utrumque vero Ludovicus de Salazar & Caſtro (κ).

CDLXXVIII. DON JOANNES DE VEINTIMILLIA ET ARAGON, Vir Eccleſiaſtica in Italia dignitate conſpicuus, edidit typis impreſſum anno 1660.

(857.) *MEMORIAL Genealogico de la Caſa de los Marqueſes de Girache*, ſive ſupplicem ad Philippum IV. regem, in quo Marchionum ni fallor de Geraci in Italia ex regio ſanguine Aragoniæ per Ferdinandi I. Regis nothum ortum & ſucceſſiones deduxit. Meminit ejus Joſephus Pellicerius (λ).

CDLXXIX DON JOANNES VENTURA DE BEAUMONT ET ARIZCAN, octavus Baro de Beortegui, Vice-Comes de Arberca, & Dominus de Arizcan, Navarrus ortu, circa finem ſæculi XVII. Carolo II. Regi

(858.) *MEMORIAL de la Calididad y ſervicios de ſu Caſa* typis impreſſum obtulit, quem vero illud genuinum auctorem agnoſcat, nos æque ac Ludovicus de Salazar & Caſtro (μ) ignoramus.

CDLXXX JOANNES VILCHIUS, vulgo VILCHES, ſeu, ut aliis placet, BILCHES, Antequerienſis Bæticus, & in urbis patriæ Gymnaſio humaniorum literarum Profeſſor, poetica inprimis arte excelluit, ut teſtantur ejus Hiſpali anno 1544. in 8vo. edita opera Poetica, quæ inter ad noſtrum facere argumentum videntur

BERNAR-

(θ) Origen de la Caſa de Valdes fol. 36 b. pr.
(ι) Bibliotheca de ſus eſcritos fol. 157. b. pr.
(κ) in MSCto cit. num. 154.
(λ) Bibliotheca de ſus eſcritos pag. 161. a. m.
(μ) in MSCto cit. num. 235.

BERNARDINÆ uti audiunt, *Libri III.* ſive de victoria, quam Don Bernardinus Mendoza ſummus Triremium Hiſpanarum præfectus ad Arbolanum Inſulam a Turcis reportavit, carmen heroicum. (859.)

DE MENDOZINÆ domus origine. (860.)

ECLOGA ad Don Bernardinum Manrique, Epiſcopum Malacitanum. (861.)

PANEGYRICUS ad Joannem Gironium, Ureniæ Comitem; quæ tamen ſingula non tam hiſtorice quam poetice res pertractant, adeoque vix locum inter noſtri argumenti Scriptores tuerentur. (862.)

JOANNES DE URBINA, Philippi II. Regis Hiſpanæ Fecialis ſeu Haraldus (vulgo Rey de armas) compilavit librum, inſcriptum CDLXXXI

DE LOS Blaſones ſeu de inſignibus nobilium Hiſpaniæ familiarum, quem Manuſcriptum inſtructiſſima poſſidet Marchionis Mondejarenſis Bibliotheca, ceu nobis refert Joannes Roman de Cardenas. (*ν*) (863.)

Fr. JODOCUS SCAILLETE Belga, ordinis Sancti Franciſci Monachus, CDLXXXII

COMPENDIUM Genealogicum domus Gandavenſis latino ſermone Bruxellis ni fallor anno 1669. edidit, cui plurima Hiſpaniæ ſtemmata Gandavenſi ſanguinis nexu juncta immiſcuit vid. Pellicerius (*ξ*) (864.)

DON JOSEPHUS BOLANNO DE RIBADENEIRA ET MARINNAS, Petri de Bolanno & Ribadeneria filius, Nobilis Gallæcus, Dominus Caſtri Tores, & Parga, Junqueras & Caraminnal, quæ loca 4000. fere vaſallos continent, domuum item Parga, Junqueras, Marinnas, Saavedra, Balboa & Ribadeneira, obtulit Carolo II. Regi CDLXXXIII

MEMORIAL de la Calidad y ſervicios de la Caſa de Bolannos y Ribadeneira, Matritenſibus typis impreſſum anno 1679. quo & a rege obtinuit Marchionis de Parga titulum. Uxorem duxit Donna Agneſam de Miranda & Saavedra, Don Hyacinthi, Domini de Guiteriz Filiam, ex qua unicam ſuſcepit natam, Uxorem Don Thomæ de los Cobos & Mendoza, fratris Marchionis Camaraſa, cui Pargæ Marchionatum attulit. vid. Ferdinandus de Saavedra. (*ο*) (865.)

Fr. JOSEPHUS DROMENDARI, ordinis Sancti Domini Monachus, ortu Catalanus, & neſcio an Barcinonenſis, edidit ſat amplum opus CDLXXXIV

ARBOL Genealogico de los Vizcondes de Rocaberti Condes de Peralada en Catalunna, inſcriptum, & typis impreſſum Genuæ anno 1676. in folio (866.)

(*ν*) Genealogia de Segovia cap. 3. pag. 17.
(*ξ*) Bibliotheca de ſus eſcritos fol. 75. a. m.
(*ο*) in Memorial de ſu Caſa, circa fin.

lio, ſed, quod merito taxat Ludovicus de Salazar & Caſtro (ϖ) dum altius ac par eſt origines illuſtris hujus gentis repetit, fabulis figmentisque plane anilibus poëticisque, Hiſtoricum minime decentibus ſe immergit, nec tale quid ſplendore Rocabertiorum, ſe ſua jam ſatis antiquitate commendantium, cum inter Catalanos nobiles etiam vetuſtiſſimos primas fere jure teneant, dignum eſt.

CDLXXXV DON JOSEPHUS DE FARIA, Nobilis Luſitanus, Conſiliarius Regius, Archivique regni Luſitaniæ Archi-Cuſtos, vernacule Guarda Mor do Torre do Tombo audit, Vir, ut aulicis in artibus, ſic & in ſtudiis Hiſtorico inprimis Genealogicoque verſatiſſimus. Prius dextre ſatis demonſtravit, dum Legatus Regius in aula Hiſpanica, & deinceps in Britannica (ubi quam prudenter ſe geſſerit atque circumſpecte, nos ex parte edocere poteſt Vir πολιτικώτατος Gregorius Leti (ρ)) claruit; Poſterius teſtantur tum Fariæ Cives ex eorumque ore Ludovicus de Salazar & Caſtro (σ) qui aſſerit, eum Luſitanis tantum non omnibus, quorum tamen permagna pars, & gnaviter quidem, ſtudio Genealogico incumbit, palmam reddere dubiam, tum & inſigne vaſtumque, quod compoſuit, opus Genealogicum

(867.) *NOBILIARIO General de las familias Portugueſes inſcriptum*, cujus partem, quam vidit notitiis exquiſitis exactiſſimisque refertam Ludovicus de Salazar & Caſtro deprædicat; num autem integrum id opus ad umbilicum ab Auctore perductum fuerit, ingenue nos neſcire profitemur; certe nihil illius adhuc dum lucem publicam vidit.

CDLXXXVI. DON JOSEPHUS MARTINEZ DE LA PUENTE, cujus patriam æque ac vitæ genus nullibi reperimus annotatum conſcripſit

(868.) *EPITOME de la Coronica del Rey Don Juan el II. de Caſtilla;* Inſigne illud Ferdinandi Pereſii de Guzman ſupra laudati opus in Compendium reduxit, notisque illuſtravit, atque Don Ambroſio de Onis, Domino oppidi de Olivares, Ordinis Sancti Jacobi equiti, & Regio in Senatu Rationum Conſiliario dedicavit; de cujus ſtemmate plura notatu digna Epiſtolæ iſti nuncupatoriæ inſeruit, adjecit etiam ejusdem

(869.) *DE CLARIS & illuſtribus ejus Viris* libellum ſupra itidem laudatum, variisque adauctum ſupplementis annotationibusque prodiit utrumque opus

(ϖ) in MSCto num. 124.
(ρ) in lib. Ceremonial Politico. Tract. 6. Lib. 6. pag. 605. ſeq.
(σ) in MSCto cit. num. 132.

opus junctim Matriti apud Gabrielem de Leon, typis Antonii Gonſalez de Reyes anno 1678. in folio. Porro etiam

COMPENDIO de las hiſtorias deſcubrimientos, conquiſtas y Guerras de la India Oriental y ſus Islas desde los tiempos del infante Don Henrique de Portugal ſu inventor haſta el del Rey Don Phelipe III. y la introduccion del Comercio Portugues en las Maluccas y ſus operaciones politicas y militares en ellos. (870.) Matriti prodire fecit apud viduam Joſephi Fernandez de Buendia anno 1681. in quarto, in quo & multorum nobilium clariſſimorumque heroum Hiſpanorum æque ac Luſitanorum vitas & fortia facta recenſet.

CDLXXXVII DON JOSEPHUS MIQUELI & MARQUEZ, Eques Siculus, & Pro-Cancellarius Ordinis Equeſtris Conſtantini M. Imperatoris, Jurium Doctor, & Regius Caſtellæ Regnorum Hiſtoriographus, edidit

(871.) *TEATRO de la Cavalleria militar*, ſive de ortu ſtatuque Ordinum Equeſtrium, inprimis Hiſpanicorum Commentarium, Matriti anno 1642. in folio excuſum; ſimiliter & aliud opus, inſcriptum:

(872.) *EL FENIX Catolico Don Pelago el reſtaurador*; ibidem impreſſum anno 1648. in 4to, utrumque opus ad nobilitatem Hiſpanam illuſtrandam conducere extra dubium eſt. Reliqua ejus opera percenſet Nicol. Antonius; (τ) & elogium peculiare Auctori ſuſpendit Auguſtinus Laurentius Padilla (υ) & Mich. Ramon Zapater (φ) qui & nos edocet, Andream Mendo Jeſuitam Hiſtorica ſua tantum non omnia in ſimilis argumenti libro nempe de Ordinibus Equeſtribus ex Miquelio noſtro hauſiſſe; Eundem hunc noſtrum Marquezium quoque laudat Gabriel de Henao. (χ)

CDLXXXVIII. DON JOSEPHUS PELLICER de OSSAU & TOVAR, (interdum & de SALAS & TOVAR ſe cognominans,) Eques Ordinis Sancti Jacobi, natus eſt Cæſarauguſtæ, Aragoniæ Regni Metropoli die 22. Aprilis anni MDCII. baptizatusque in æde Parochiali Sancti Ægidii ibidem. Patrem habuit Don Antonium Pellicer de Oſſau, Aragonenſem, Dominum domuum Pelliceriæ & Oſſavienſis, poetam & Hiſtoricum haud vulgarem, ac Emanuelis Philiberti Sabaudiæ Principis ſupremique Ordinis Equeſtris Sancti Joannis Prioris Adminiſtratorem Prioratus Rationum; qui menſe Octobri anni MDCXXIX. obiit, matrem vero D. An-

(τ) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 355.
(υ) Origen de la familia de Marquez §. 72. pag. 186.
(φ) De las Ordenes Militares in præf.
(χ) Antiguedades de Cantabria Tom. II. pag. 73. pr. num. 137.

Annam Mariam de Salas & Tovar, quæ menſe Aprili MDCLXII. poſt exactos XXXIII. viduitatis annos extincta eſt; fuitque inter ſeptem fratres, qui omnes liberis aut armis inclaruere, Joſephus natu maximus, atque à teneris Matriti in curia hæſit, Compluti Philoſophiæ, Artium Licentiatus ibidem creatus, Salmanticæ vero Jurium ſtudio navavit operam, ubi & anno MDCXXII. Univerſitatis pro Regno Toletano Conſiliarii, & Pro-Rectoris munere functus eſt, cum Apophaſin de Protectoribus & Præpoſitis ad Tit. 47. Lib. X. Cod. ederet; Inprimis autem ad Hiſtoriam Antiquitatesque patrias applicuit animum, unde & anno MDCXXIX. à Philippo IV. Rege Hiſtoriographus Caſtellæ Legionisque Regnorum Antonio & Herrera ſuffectus eſt, annoque MDCXXXVI. Don Franciſco de Urrea, Sancti Victoriani Abbati & Coronæ Aragonicæ Hiſtoriographo, in hoc munere datus ſucceſſor, tandemque anno MDCXL. die 20. Auguſti ſupremus Hiſtoriographus Regius in Bartholomæi Leonardi de Argenſola locum conſtitutus, ceu ex Diplomate Regio, Bibliothecæ operum ſuorum (ψ) inſerto videre eſt. Uxorem habuit D. Sebaſtianam de Ocariz Moxica & Navarra, ex qua plures vidit Filios æque ac nepotes. Tandem ſenio confectus, annos quippe natus LXXVII. exſpiravit Matriti die Sabbathi 16. Decembr. cIↄ Iↄc LXXIX. ipſo meridie, ſepultus ibidem in Sanctæ Annæ Carmelitarum nudipedum monaſterio. Ejus ſcripta, quæ ad ducentorum fere numerum excreſcunt, ipſe in Bibliotheca ſua Valentiæ apud Hieronymum Vilagraſa anno 1671. in quarto impreſſa juxta annorum ſeriem recenſuit, ex quibus, quæ Genealogici ſunt argumenti, in noſtrumque veniunt cenſum, propriis heic Auctoris verbis recenſebimus, & aliorum ſcriptorum de iisdem judicia, cenſuras æque ac elogia, ubicunque e re fuerit, prolixius annectemus.

(873.) *PANEGYRICO à la eſclarecida Caſa de Velaſco, donde recayo la de Tovar.* Poema eſt anno 1631. ſcriptum, ducentis rythmis octavis (Coplas vocant) conſtans, nuncupatumque magno Caſtellæ Condeſtabili Don Bernardino Fernandez de Velaſco & Tovar.

(874.) *EL PYRAMI de Baptiſmal en el Baptiſmo de la Reina de Francia Donna Mariana Tereſa de Auſtria;* ad ſtemmatis Regii hiſtoriam faciens editumque anno 1638.

(875.) *EL EMBAJADOR Chimerico, y contracifra de ſus deſignios* opus contra Cardinalem de Richelieu ſtatus Gallici moderatorem ſcriptum, & dedi-

(ψ) Pag. 24.

dedicatum Comiti de Oropeſa, cujus ſtemma (Toletanum nempe) in nuncupatoria illa Epiſtola explicuit; editum eodem anno 1638.

LA CONSTANCIA Chriſtiana de un Valido; opus inſcriptum Comiti Duci de Olivares Philippi IV. Regis intimo miniſtro; cujus proſapiam ex gente Guzmannica præfixit; Matriti anno 1639. in 8vo. (876.)

EL ANTI-CATOLICO de Eſtado y lagrimas de Europa, quem librum Auctor oppoſuit Jeremiæ Ferrerii Galli libello Catholicon d'Etat inſcripto; nuncupavit illud Aytonæ Marchioni, cujus ſtirpem Moncadanam ibidem recenſuit; prodiit ille Matriti eodem anno 1639. (877.)

RL SEYANO Germanico o Hiſtoria de la Conjuracion y muerte del Duque de Fridland; Wallenſteinii nempe Ducis Cæſarei in tricennali bello fata explicans, & Barcinone anno 1639. excuſum opus, dedicatumque Cardinali Borgiæ, Gandiæ Duci, cujus majores ex Borgiana gente Epiſtolæ nuncupatoriæ inſeruit, ejusque Genealogici laboris cum laude meminerunt Michael Ramon Zapater (ω) atque Fr. Hyppolitus Samper. (α) (878.)

FAMA Auſtriaca o Grandezas de la auguſtiſſima Caſa de Auſtria opus hocce Auctor anno 1641. Scipioni du Pleix Galliarum Regis ſupremo Hiſtoriographo, qui Auſtriacam gentem ex Pharamundo Francorum Rege originem ſuam derivare pernegavit, oppoſuit. Præfixit (879.)

GENEALOGIA de la Caſa de Atayde, unde ortum duxit Comes de Caſtanheira, cui Famam Auſtriacam Pellicerius inſcripſerat. (880.)

SUCCESSION de los Reinos de Portugal, quo Auctor anno 1640. juſtam Philippi II. Regis in Luſitaniæ Regnum ſucceſſionem ex fundamentis Genealogico-Hiſtoricis aſſertum ivit. Impugnavit hocce opus Lucronii anno 1641. editum Antonius de Souſa Macedo Luſitanus, ſuperius ſuo loco recenſitus, verum hyperaſpiſten egregium nactus eſt Pellicerius Joannem Caramuelem de Lobkowiz, etiam ſuo loco jam laudatum. (β) (881.)

MEMORIAL à Su Mageſtad el Rey Don Phelipe IV. de la juſtificacion del Tratamiento igual del Principe Duque de Montalto y de Bibono con los Virreyes de Sicilia y Naples, quem ſupplicem ad Regem libellum Auctor, ut Cardinalis Don Ludovici de Moncada & Aragon, olim Ducis de Montalto precibus obſecundaret, compoſuit, edita priore ejus parte Matriti 1644. in folio, poſteriore adhuc in ſcriniis latente manuſcripta. (882.)

MEMORIAL de la Calidad y Servicios de Don Ramon Dalmau Viz (883.)

Ii 2 *Con-*

(ω) In Continuatione Annalium Aragoniæ.

(α) Monteſa illuſtrada Parte III. fol. 587.

(β) Supra CDVIII. 724.

Conde de Rocaberti, Conde de Peralada, quod nonnullibi editum legi Matriti anno 1645. in folio; verum Ludovicus de Salazar & Castro ipsum adhuc latere ἀνέκδοτον asseveravit; (γ) Obtinuit supplici hoc Regi Philippo IV. oblato libello Don Ramon seu Raymundus Dalmau Marchionis de Anglesola, Regiique Sobrini (vernacule primo) titulum & honores.

(884.) *MODO y Ceremonias antiguas de armar Cavalleros, y sus differencias,* anno 1645. elaboratum à Pellicerio opus, quo ritus varios & antiquos Equites creandi per Hispaniam usurpari solitos exemplis commonstravit.

(885.) *IN FORME y deposicion por Don Miguel de Noronna, Condeque fue de Linares, sobre la pretension del titulo de Conde de Gijon;* opposuit eodem anno 1645. Pellicerius hunc librum illi Joannis Valdesii supra CCCCLXXVI. 854. recensito.

(886.) *GENEALOGIA de la Casa y linage de los Condes de Torresvedras de la pellido de Suarez de Alarcon;* quod opus anno 1646. precibus concedens Don Joannis Suaresii de Alarcon, primi Marchionis de Trocifal supra (CCCCLXXI. 836.) laudati conscripsit, quin & hocce æque ac aliis à Pellicerio sibi suppeditatis documentis strenue se adjutum ipse fatetur Don Antonius Suarez de Alarcon, Joannis Filius. (δ)

(887.) *MEMORIAL de la Calidad y servicios de Don Josef de Saavedra, Marques de Ribas;* opus anno 1647. Matriti impressum, & Genealogis fere omnibus hujus ævi summopere dilaudatum.

(888.) *MEMORIAL de la Calidad y servicios de los Sennores de la Isla de Fuerte Ventura.* Est hæc ex Canariensium numero insula cujus dominio tunc gaudebat Don Ferdinandus Arias de Saavedra; cujus precibus libellus iste scriptus est anno 1647. quem multis extollunt verbis Don Joannes Lucas Cortesius (ε) atque Ferdinandus de Saavedra. (ζ)

(889.) *MEMORIAL de la Calidad y servicios de Don Francisco Velasquez Minaya, Comendador de Lobon en la Orden de Sant-Jago, y Sennor de la villa de Lomenchar.* Obtinuit supplici hoc Philippo IV. Regi anno 1648. porrecto libello Don Franciscus Velasquez, qui tunc Serenissimæ Reginæ Isabellæ Borboniæ Senior Stabuli Præfectus (Cavallerizo Anciano) fuerat, ut eodem munere apud Reginam Marianam Austriacam, anno sequenti 1649. à Rege ductam fungeretur.

JU-

(γ) In MSC. cit. num. 107.
(δ) Relaciones Genealogicas pag. 47. a. & pag. 112. a.
(ε) Memorial de los Condes de la Gomera.
(ζ) Memorial de su Casa fol. 6. b.

JUSTIFICACION de la Grandeza y Cubertura de primera Classe en la persona de Don Luis Fernandez de Cordova y Figueroa, Marques de Priego, Duque de Feria, Sennor de la Casa y estado de Aguilar, Cabeza y pariente mayor de las de Cordova y Figueroa. Obtulit Regi Philippo IV. supplicem hunc dictus Marchio libellum, obtinuitque, ut Regio jussu præcipue ea de re deliberatum coirent status Ministri, qui cum pro Marchione decrevissent, Rex eum diplomate Regio Aranjuezi die 23. Aprilis 1655. dato primæ Classis Magnatem constituit. (890.)

MEMORIAL de la Calidad y servicios de Don Blasco de Alagon y Arborea, Marques de Villasor y Conde de Monte Santo en el Reino de Cerdenna; impressum Matriti 1649. supplicem hunc Marchio libellum Regi exhibuit, Grandatus pro gente sua honores expetens, & dubio procul obtenturus, nisi insecutus paulo post præmaturus illius obitus spem omnem decollasset. (891.)

HISTORIA Genealogica de la gran Casa de Alagon; ejusdem Marchionis Villasorensis instinctu à Pellicerio elaborata sat crasso volumine, origines Aragoniæ gentis ab anno inde DCXCI. repetente & insignia omnium connubiali vinculo eidem innexorum stemmatum repræsentante. Vix cœptum eodem anno 1649. erat illud typis exscribi, primusque liber, qutuordecim capitibus plagulisque 33. constans prælo egressus erat, qui historiam gentis ad annum usque MLXXXVI. percensebat, cum mors Marchionis telam præcidit operis Typographicis; reliquo integro opere manuscripto Auctori relicto, quem sumtus ad illud typis absolvi curandum deficiebant. (892.)

MEMORIAL de la Calidad y servicios de Don Andres Velasquez de Velasco, Conde de Esculante y de Tabalu, Sennor de Villavaquerin y Sinova, qui ἄπαις ex Maria de Guevarra Manrique tertia Escalantis Comitissa obiit. Impressum opusculum hocce est Matriti anno 1649. (893.)

MEMORIAL de la Calidad y servicios de las casas de Don Andres Felix de Fonseca Velaz de Medrano y Donna Maria Felipa de Fonseca su muger, Marqueses de la Lapilla Sennores de la Casa de Medrano y villas de Fuenmayor y Almarza. Prodiit Matriti anno 1649. sæpiusque laudatur laudando inferius Don Petro de Brito Coutinho. (η) (894.)

MEMORIAL de la Calidad y servicios de Don Alonso Martel y Vargas, Cavallero de la Orden de Sant-Jago, Sennor de Almonaster y Cavallerizo del Rey Don Phelipe IV. Editum Memoriale hoc est Matriti anno 1649. & lau- (895.)

(η) In lib. Genealogia de la Casa de Fonseca.

laudatur a Don Joanne Solano de Figueroa (θ) ut & Antonio Suarez de Alarcon. (ι)

(896.) *COPIAS de algunos instrumentos y escrituras autenticas, pertenecientes à los Sennores de Asta y Geteo, y Casa de Ossau, hasta que entro su Varonia en la de Pellicer;* Prodiit hic libellus anno 1649. una cum Tabula Genealogica familiæ Ossaviensis, seu, uti in antiquis audit Diplomatibus, de Ursi saltu.

(897.) *MEMORIAL de la Calidad y servicios de Garci Lopez de Chaves Sennor de la Casa de Chaves, y despues Marques de Cardennosa*, anno 1650. impressum, ex quo multa se hausisse fatetur Thomas de Herrera. (κ)

(898.) *MEMORIAS Genealogicas de la Casa y linage de Segovia*, quod opus Auctor congessit anno 1650. permotus precibus Don Gasparis Ibannez de Segovia doctissimi Acropolitani & deinceps Mondejarensis Marchionis, qui & illud ipsum in Dissertationibus suis Ecclesiasticis (λ) æque ac sub Joannis Roman y Cardenas nomine (μ) laudavit. Conf. Ant. Suarez Alarcon. (ν) Est tamen opus adhuc imperfectum.

(899.) *COPIAS de algunos Instrumentos Reales y Escrituras autenticas, pertenecientes à la Casa de Pellicer, desdell anno de 1486. que recayo en la Varonia de Ossau; anno 1651.* compilatus est hic liber in continuationem tendens illius, quem de domo Ossauiensi anno 1649. edidit, (n. 896.)

(900.) *ARBOL Genealogico de la Casa de Alagon y sus ramas*, continet integrum Alagonium Comitum de Sastago, Marchionum de Calanda, Comitum de Fuenclara in Aragonia, ut & Marchionum de Villasor & Comitum Montis Sancti in Sardinia stemma; conscriptumque ab Auctore fuit anno 1651. rogatu Dominæ Theresæ de Bazon, tunc Bayonæ, dein vero Santacruzensis Marchionissæ, ad informandum Judices super controversa Comitatus Sastagensis successione, ipsiusque ad illum juribus.

(901.) *ANTIGUEDAD de la possession y Sennorio de la Villa de Onnate y su Estado en la antiquissima Casa de Guevarra* scripsit hunc librum Auctor anno 1651. jussu Comitum Ognatensium, qui cum oppido cognomine ultra centum annos de ejusdem dominio contenderant; probatumque in hoc opere

(θ) Santos de Medellin cap. 5. §. 2.
(ι) Relaciones Genealogicas Lib. 2. cap. 11.
(κ) Historia del Convento de Salmanca cap. 17.
(λ) Differt. I. cap. 3. num. 21. & Differt. 2. cap. 3. num. 5.
(μ) Noticias Genealog. de Segovia pag. 473. m.
(ν) Relaciones Genealog. Lib. 2. cap. 8.

opere ivit Pellicerius ortum ſtemmatis Guevarrani a Caſtellæ veteribus Comitibus, hincque Ognatenſis oppidi iſtius dominium per ſexcentorum annorum decurſum continua ſerie poſſediſſe; unde & in eorum favorem in ſupremo Caſtellæ ſenatu lis iſta deciſa fuit.

MEMORIAL de la Calidad y ſervicios de Don Juan de Saavedra Alvarado, Cavallero de la Orden de Sant-Jago, Alguazil mayor del Santo oficio de la Inquiſicion de Sevilla y Sennor de las villas de Poveda y Moſcoſo; anno 1657. abſolutum opus, quod veluti altera pars eſt, ſeu continuatio ſcripti anno 1647. pro Marchione de Ribas Don Joſepho de Saavedra memorialis (ſup. num. 887.) citatur illud cum encomio Auctoris a Don Ferdinando de Saavedra. (ξ) (902.)

GENEALOGIA de la noble y antigua Caſa de Cabeza de Vaca; impreſſum opus anno 1652. atque maximam Hiſpanæ nobilitatis partem, ut quæ pervetuſto huic Capivacciorum ſtemmati ſanguine juncta fuit, comprehendens; unde ſæpius dilaudandum venit Genealogis recentioribus una omnibus. (903.)

MEMORIAL por Don Jaime Fernandez, Duque y Sennor de Hijar, Duque de Leçara, Duque de Aliaga, Conde de Belchite y de Caſtellos, Gentilhombre de la Camara del Rey Don Phelipe IV. Petiit in ſupplici hoc anno 1654. Regi oblato libello Dux Hijarienſis collationem dignitatis Magni Camerarii Coronæ Aragonicæ, quo officio ſemper gaviſi ſunt Magnates è Regio illic ſtemmate oriundis & quoniam Pellicerius hoc ſcripto comprobavit, Don Petrum Fernandez, primum Dominum de Hijar filium exſtitiſſe naturalem Jaimi I. vulgo el Conquiſtador dicti, Aragoniæ Regis, Rex Philippus IV. Duci noſtro Hijarienſi, prævio ſupremi Aragoniæ Senatus conſulto munus illud Diplomate Regio die 10. Januarii 1655. ſignato conceſſit. (904.)

MEMORIAL de la Calidad y ſervicios de Don Facundo Andrés Cabeza de Vaca, Cavallero de la Orden de Sant-Jogo y Sennor de Vallecillo. Deſumtus hic libellus eſt maximam partem ex ſupra num. 903. laudato opere Genealogico iſtius familiæ, eoque anno 1654. Regi Philippo IV. oblato obtinuit Don Facundus a Rege munus Generalis columnæ navalis (vernacule Eſquadra de navios,) quod per mortem Marchionis de Maſſebrudi vacabat. (905.)

MEMORIAL de la Calidad y ſervicios de Don Claudio Franciſco Baron de Grammont Conſejero de Capa y eſpada en el ſupremo Parlamento del fideliſ- (906.)
ſimo

(ξ) Memorial de ſu Caſa fol. 7. a. & fol. 3. pr.

ſimo Condado & Borgonna. Hic libellus die 2. Febr. 1656. ab Auctore ſignatus eſt, & in Gallicum quoque idioma converſus prodiit, eumque approbatione ſua munivit Don Julius Chifletius, Ordinis Equeſtris aurei Velleris Cancellarius,

(907.) *ALMA de la gloria de Eſpanna Epithalamio en las Reales bodas del Rey Don Phelipe IV. y la Sereniſſima Reyna Donna Maria-Ana de Auſtria.* Excuſum hoc opus eſt Matriti 1650. in 4to & utriusque Conjugem majores ex Cæſareo Regioque ſtemmate Hiſpano adumbrat.

(908.) *EPITALAMIO en las Bodas de Don Gaſpar Juan Alfonſo Perez de Guzman, y Donna Antonia de Haro, Condes de Niebla, y deſpues Duques de Medina Sidonia,* anno 1658. exaratum, in quo utriusque νεογάμȣ ex Guzmannico Haroanoque ſtemmate majores proſa oratione recenſuit.

(909.) *MEMORIAL de los ſervicios de la Caſa de Oſſorio del mayorazgo de Villa Sandino en el Adelantamiento de Burgos.* Continet hoc ſcriptum anno 1659. elaboratum Genealogiam Don Didaci Oſſorio & Villegas, præſidis, Gubernatoris & Capitanei Generalis Inſulæ Sancti Dominici, & Regii ibidem Tribunalis, ejusque poſterorum in Sicilia & Andaluſia hodienum florentium.

(910.) *MEMORIAL de la Calidad y ſervicios de Don Franciſco Manuel Portocarrero, Sennor de la villa de Cheles,* quod opus anno 1659. elaboratum inſtar ſupplementi inſervit egregio Gundiſalvi Argote Molinæ ſcripto Genealogico de Principis Don Joannis Manuelis poſteritate, libro ejus el Conde Lucanor inſcripto & ſupra CCCXXXVII. 580. & 581. laudato præfixo, quippe is Don Ferdinandi Manuelis Domini de Cheles liberorum ſucceſſionem plane omiſerat. Obtulit Don Franciſcus Manuel ſupplicem hunc libellum Regi Philippo IV. a quo munere quodam bellico in finibus Luſitanicis donatus fuit.

(911.) *MEMORIAL en lombre de los Duques de Medina Celi y de Montalto pidiendo naturaleza en Caſtilla para ſus ſobrinos, dirigido à los Reinos juntos en Cortes el anno 1660.* Scriptum hoc elaboravit Auctor in favorem filiorum Don Ignatii de Moncada & Aragon, & Donna Cajetanæ, Marchionum de Sortino in Sicilia, nepotumque Don Antonii de Aragon & Moncada, Principis de Paterno, Ducis de Montalto & Birona, Ordinis aurei velleris Equitis, & Donna Joannæ de la Cerda ejus uxoris, quorum nomina ſunt Don Ignatius Marchio de Sortino, frater Ducis de Montalto, hodie Cardinalis de Moncada & Aragon, & Donna Joanna de la Cerda, ſoror, Don Antonii de

de la Cerda Ducis Medinæ Celi; quibus & Rex petitum ſupplici hoc libello indigenatus Caſtellæ jus atque privilegium clementiſſime conceſſit. (912.)

MEMORIAL por la grandeza y Cobertura de Don Diego de Benavides y de la Cueva, Conde de Santiſtevan, Marqués de Solera, Caudillo mayor del Reino de Jaen; 1660. Libellus hic maximam partem compilatus eſt ex alio Pellicerii inferius laudando, *Cronica de las Caſas unidas en la Caſa del Conde de Santiſtevan* inſcripto opere; Sæpiusque hunc laudat Antonius Suarez de Alarcon in Relationibus ſuis Genealogicis.

MEMORIAL de la Calidad y ſervicios de la Caſa de Don Mario Platti hiio y hermano delos Condes de Carpinnano en el Eſtado de Milan. Matriti 1661. in folio; Laudant hoc opus apprime Franciſcus Ruiz de Vergara (o) & Philippus de Gandara (π) (913.)

MEMORIAL de los ſervicios de la Caſa de Don Criſtoval Portocarrero de Luna y Enriquez de Almanza, Conde del Montiio, Conde de Fuentiduenna, Marques de Val de Rabano, Capitan de la Guarda Real de los cien Continos Hiios dalgo de Caſtilla; anno 1661. obtulit hunc regi Philippo IV. Don Chriſtophorus, obtinuitque Nobilis Cubicularii regii munus atque honorem. (914.)

MEMORIAL de la Calidad y ſervicios de Don Fernando Barrillo Manuel, Vizconde de Alva de Tejo, Gentilhombre de la Camara del ſereniſſimo Sennor Don Juan de Auſtria, anno 1661. oblatus Regi Philippo IV. liber, quo permotus Rex Ferdinandum creavit Marchionem de Villafiel, & Claſſis regiæ ſummum præfectum (Almirante general de la Armada real vernacule) conſtituit. (915.)

LINEA de la Varonia, que ſe conſerva de Donna Maria de Cardenas, Condeſa que fue de Miranda, hermana entera de Don Diego de Cardenas primero Duque de Maqueda. Abſolvit hoc opus Pellicerius die 5. Octobris 1661. Scriptum rogatu Don Franciſci de Zunniga & Avellaneda, Septimi mirandæ Comitis tertiique Pennarandæ Ducis, Marchionis de la Banneza & Vice-Comitis de Valduernæ, Ordinis equeſtris D. Jacobi Tredecemviri (vulgo Treize) qui prædictà Dominæ Mariæ de Cardenas erat abnepos. (916.)

CERTIFICACION de la deſcendencia de Don Pedro Ruiz Sarmiento de Villamayor, Adelantado mayor de Galicia, haſta nueſtros tiempos. Fuit is pro- (917.)

(o) Hiſtoria del Colegio viejo de Salamanca, cap. 4. in appendice.
(π) Nobiliario de Galicia fol. 571. a. m.

progenitor, Comitum Sanctæ Marthæ, quem Comitatum hodie possident Asturicæ Marchiones; Comitum Ribadaviæ; quo titulo hodie gaudent Marchiones de Camarasa, Comitum Salvaterræ, Marhionum del sobroso, Comitum de Gondomar, Marchionum Castrifortis & Lanzarotæ, Dominorum de las Hachas, Vice-Comitum de Portillo & Dominorum de Alos. Perfecit opus hocce Pellicerius die 30. Junii 1662. rogatu Don Philippi Balthasaris de Gante, principis, Comitis de Isinghen, Ordinis aurei Velleris Equitis, ejusque uxoris Dominæ Luisæ Henriquez Sarmiento de Luna

(918.) *IN FORME dellongen, antiquedad, calidad y succession de la Excellentissima Casa de Sarmiento de Villamayor, y las unidas a ella*, ejusdem Principis ab Isinghen rogatu scriptus a Pellicerio anno 1663. liber, cum illius Filia Donna Eleonora de Gante Canonicatum in Cœnobio Sanctæ Wodinæ in urbe Montibus Hannoniæ vulgo Bergensi prætenderet, qui & dein anno 1668. Matriti apud Didacum Diaz de la Carrera typis excusus prodiit in 4to. Laudant illum Jodocus Scaillete (ρ) Don Didacus Sarmiento de Soto-mayor (σ) & Don Alphonsus de Alarcon (τ) sæpiusque Ludovicus de Salazar & Castro. (υ)

(919.) *MEMORIAL por Don Diego de Zunniga, octavo Conde de Miranda, quarto Duque de Pennaranda*, opus anno 1663. exaratum, in quo supplex a Rege petiit Auctor nomine Ducis, ut conventus præcipuorum status Ministrorum ordinaretur, qui rationes, quibus motus Don Didacus primæ Classis Grandatum affectabat, in examen vocarent; Sed dum Regius Philippi IV. consensus diutius moraretur, fatis interim Dux hic cessit.

(920.) *MEMORIAL de Don Fernando de los Rios y Argote, Sennor de la Villa de Miranda, Veintiquatro de Cordova, y su procurador de Cortes.* Hocce die 2. Septembris 1665. ab Auctore signatum ultimum fuit oblatorum Philippo IV. Regi, qui eodem anno obiit, opusculum; petieratque in eo Pellicerius Titulum honoris pro Don Fernando, qui eundem & dein obtinuit, creatus una cum posteris a Regina vidua Mariana Austriaca d. 16. May anni 1666. Vice-Comes de Miranda; Excusum interea typis prodiit Matriti anni 1665. in folio, laudatque illud eruditi elogio condecoratum

(ρ) in Compend. Genealog. domus Gandavensis.
(σ) Memorial de las Casas de Sarmiento y. Sotomayor.
(τ) de la Casa de los Sennores de Valera.
(υ) in Advertencias Historicas passim, & in MSCto cit. num. 107.

ratum citans Ludovicus de Salazar & Caſtro. (φ)

GENEALOGIA de la Caſa de Avellaneda procedida de los Sennores de Vizcaya; Excerpſit auctor hocce opuſculum ex Theatro ſuo Genealogico Magnatum Titulorumque Hiſpaniæ infra laudando ediditque circa finem anni 1667. rogatu Don Garſiæ de Avellaneda & Haro, Comitis de Caſtrillo, ſupremi Caſtellæ Senatus præſidis. (921.)

JUSTIFICATION de la Grandeza y Cobertura de primera claſſe en la Caſa de perſona de Don Fernando de Zunniga, noveno Conde de Miranda, quinto Duque de Pennaranda. Eſt hæc amplior deductio Genealogica operis ſupra num. 919. recenſiti; prodiitque Matriti typis Didaci Diaz de la Carrera anno 1668. in folio, ac præſtantiſſimum Genealogicorum Pellicerii operum ſalutatur a Ludovico de Salazar & Caſtro (χ). (922.)

ARBOL Genealogica de la Caſa de Zunniga; Eſt hoc quaſi ſupplementum, priori libro num. 922. in fine adjectum, exhibetque integrum Zunniganæ clariſſimæ ſtirpis Genealogiam, ſeptem Tabulis Stemmatographicis abſolutam. (923.)

MEMORIAL de la Calidad y ſervicios de Don Chriſtoval Alfonſo de Solis y Enrriquez, ſettimo Adelantado de Yucatan, Sennor de la Caſa y Eſtado de ſolis en la Ciudad de Salamanca. Matriti anno 1670. Perfecerat quidem libellum hunc Auctor die 12. May 1669. Sed cum eodem anno fatis cederet Don Chriſtophorus, non prius e typographia emergere potuit, quam anno ſequenti, quo una cum alio breviori ſupplice libello Regi exhibitus fuit Carolo II. a Chriſtophori filio Don Alphonſo de Solis, octavo Adelantato Yucatanenſi, & Villæ novæ de Cannedo Domino. (924.)

RECOPILACION del Memorial de la pretenſion de la Cobertura de primera claſſe de Don Fernando de Zunniga Conde de Miranda Duque de Pennaranda, anno 1670. Eſt hæc quaſi Epitome prius num 922. & 923. memorati grandioris operis. (925.)

MEMORIAL por la Grandeza pretendida por Don Felipe Baltaſar de Gante Principe y Conde de Yſinghen, Cavallero de la Orden del Toiſon de oro, Governadorus Capitan General del Ducado de Gueldres. Sollicitavit Princeps iſte de condendo hoc ſupplice ad Regem libello Pellicerium per Fr. Martinum Hemy, Bruxellenſem, Theologiæ ibidem Profeſſorem, & Ordinis Sancti Franciſci Monachum, qui Matritum ad generale ordinis ſui Capitulum celebrandum evocatus erat; abſolvitque illum Auctor vi- (926.)

(φ) Advertencias Hiſtoricas pag. 165. num. 155.
(χ) Advertencias Hiſtoricas pag. 301. num. 244.

ginti dierum ſpatio, ita ut eodem anno 1670. typis Matritenſibus in lucem prodire publicam potuerit.

(927.) *MEMORIAL de la Calididad y ſervicios de Don Fernando Guillamas, Sennor de los cinco mayorazgos;* editum anno 1670. Sunt illi quinque Majoratus ſequentes: 1) Guillamas in urbe Abulenſi, cum patronatu Sacelli Divæ Mariæ de ſubterranea in Monaſterio Carmelitarum nudipedum. 2) Morillas & Offorio in urbibus Bayonæ & Torralvæ, cum patronatibus Sacellorum eorundem oppidorum in Monaſterio Sancti Hieronymi Regio Matritenſi, & Capellaniis in Eccleſia parochiali Torralvenſi. 3) Solis Manrique Matriti. 4) Peralta in oppidis Villaverde & Xetafe. 5) Vallejo & Robledo Matriti.

(928. *MEMORIAL de la Calididad y ſervicios de Don Alfonſo Verdugo de Albornoz y Sotomayor, Cavallero de la Orden de Alcantara, ſobrino y heredero de la Caſa y ſervicios del Cardinal Don Gil de Albornoz;* quod typis Matritenſibus editum, ſignatumque ab Auctore fuit die 15. Februarii 1671. Alphonſus hicce ob genus paternum oriundus fuit ex familia Verdugorum, ortu Arevalenſium, ſede Carmonenſium; ob maternum vero Dominus domus Albornoziæ in oppido Talavera; inſimulque Cardinalis Clariſſimi Aegidii Albornozii ex ſorore Donna Joanna nepos.

(929.) *MEMORIAL de la Calidad y ſervicios de Don Pedro Franciſco de Obando Caſtrejon Rol de la Cerda y Mendoza, Marques de Caramena.* Abſolvit illud Pellicerius Matriti die 3. Martii anni 1671. Petrus iſte Franciſcus de Obando ſupremus Vexillifer (Alferez mayor) fuit perpetuus Agredenſis in Caſtellæ Aragoniæque finibus urbis; inſimulque eodem munere functus eſt in Caceres Extremaduræ oppido.

(930.) *MEMORIAL de la Calididad y ſervicios de Don Sancho Abarca de Herrerza Guzman y Luna, Sennor de las Baronias de Garci-Pollera en Aragon y de las villas y lugares de Navaſſa, Saſſal, Larroſſa, Bergoſa, Acin, Santa Maria de Yguacer y ſede en el miſmo Reino, y en Caſtilla Sennor de ſu mayorazgo de Herrera en Toledo y Oceanna.* Prodiit ſupplex hicce libellus Matriti anno 1671.

(931.) *MEMORIAL de la Calidad y ſervicios de Don Juan Velazquez de la Cueva y Hineſtroſa Cavallero de ſant Jago, y Cavallerizo de la Reina Donna Mariana;* qui libellus num typis excuſus prodierit, vere ignoramus. Joannes iſte Velaſquez uxorem duxit Melchiorem Marianam Alvarez de Toledo Pellicerii noſtri ex filia neptem.

(932.) *MEMORIAL de la Calididad y ſervicios de Don Franciſco de Toledo de*

Me-

Medina y Guzmann, Cavallero de la Orden de Alcantara, Conde de la Ribera, Vizconde de Barona; hocce opus perfectum fuit die 8. Octobris anni 1671.

MEMORIAL por la Continuacion de Grande Espanna en la persona de Don Manuel Eugenio de Portugal, Marques de Trancoso Conde de Sindin. Absolutum est memoriale istud die 24. Januarii anni 1672. Et Manuel iste filius fuit Ludovici, proneposque Antonii Nothi, prioris Cratensis & prætensi Portugalliæ Regis, obiitque improlis Romæ mense Septembri 1687. videatur ejus integra prosapia in Celeberrimi Imhofii Stemmate Regio Lusitanico (ψ) ubi errore typothetæ Tramoso scribitur. (933.)

MEMORIAL de la Calidad y servicios de Don Fernando de Tovar Enrriquez de Castilla, Cavallero de la Orden de Calatrava, onzeno Sennor del Estado de Tierra de la Reina, Boca de Huergano, Castillo del Conde Don Tello, Villamartin &c. prodiit die 6. Julii 1672. (934.)

MEMORIAL de la Calidad y servicios de Don Josef Ravaschero de Fiesco, de la Casa de los Condes de Lavanna. Signatum ab Auctore die 20. Februarii 1673. Fuit Josephus iste Archidiaconus Medinæ Sidoniæ in Cathedrali æde Gaditana, & Universitatis Salmanticensis Rectoratu binis vicibus defunctus fuit; ortumque suum trahit ex illustrissima Principum de Satriano Ducumque del Cardenal in Neapolitano Regno prosapia. (935.)

MEMORIAL Segundo de la Calidad y servicios de la Casa de Don Sancho Abarca de Herrera Mennez de Guzman y Luna, Sennor de las Baronias de Garcipollera y Navasta; Scriptum die 4. Januarii anni 1674. estque continuatio ampliorque deductio operis illius Genealogici, quod supra jam num. 930. recensuimus. (936.)

MEMORIAL de la Calidad y servicios de Don Felix de la Mota Sarmiento de Sotomayor, quarto Sennor de las Villas de Quel y de Ordoiz en la Rioja; Matriti ab Auctore subscriptum die 12. May anni 1674. (937.)

MEMORIAL de la Calidad y servicios de la Casa de Don Alvaro Francisco de Ulloa Golfin y Chaves, y su hermano Don Pedro de Ulloa Golfin Portocarrero, Cavalleros de la orden de Alcantara, y el mayor Sennor del Mayorazgo de Castillejo en la villa de Caceres, y el segundo del Consejo supremo de Justicia; Signavit huncce libellum Pellicerius die 10. Januarii 1675. quo anno & typis Matritensibus impressus lucem publicam adspexit. Verum doctissimo huic operi, quod ipsum Petrum de Ulloa Golfin verum auctorem agnoscit, suum solummodo nomen auctoritatemque ipsius ro- (938.)

(ψ) Tab. 2. Fol. 5.

gatu mutuatum esse Pellicerium nos edocet Ludovicus de Salazar & Castro, (ω) qui idem æque ac Philippus de Gandara (α) atque Ferdinandus de Saavedra (β) summis laudibus extollit.

(939.) *EL LILIV hymen nubtial al primer Casamiento del Rey Don Carlos el segundo*; typis Matritensibus prodiit anno 1678. & Regia Hispaniæ Galliæque stemmata uberius explicat.

(940.) *MEMORIAL de Don Rodrigo de Salazar Moscoso y Osorio Comendador de san Pero fins da Marinha en la Orden de Christo mozo fidalgo de la casa Real de Portugal, y Sennor de los mayorazgos del Santo Christo del Cartaixo y los Colos.* Hunc libellum Genealogicum ipse Pellicerius in Bibliotheca operum suorum omisit, unde &, quo anno idem prodierit, nescimus. Citat tamen eundem cum Auctoris elogio Ludovicus de Salazar & Castro passim, (γ) unde post annum 1671. prodiisse suspicamur.

(941.) *ARBOL Genealogico del Doctor Don Pedro de Rojas Ninno*, a Pellicerio nostro scriptum opus die 20. Aprilis 1660. citat Joannes Florez Ocarizius (δ). Verum cum nulla illius in Pellicerii Bibliotheca fiat mentio, & ipse quoque ibidem (ε) commonefaciat Lectores plures sibi ab Ocanzio tribui libros Genealogicos, quos ipsemet nunquam composuerit, opus hoc Auctori isti Ocanzii fide adscribere veremur. Et hæc sunt, quæ typis excusa prodiisse feruntur Pellicerii scripta; sed & operæ ducimus pretium eisdem annectere, quæ ipse manu exarata in scriniis adhuc latere fassus est; Insigniora eorundem sunt sequentia.

(942.) *CORONA Habsburgico-Austriaco-Hispana, ò historia de la Augustissima Casa de Austria.* Hanc auctor anno jam 1641. ad finem a se perductam asserit, quatuor integris in folio voluminibus constantem, eademque usum se valdeque adjutum esse Vincentius Moles infra suo loco laudandus, gratissimus agnoscit.

(943.) *THEATRO Genealogico de los Reyes, Grandes, Titulos y Sennores de Vasallos de Castilla, Aragon, Valencia, Navarra, Portugal y Catalunna*; itidem prægrande quatuor voluminum opus; Ludovicus equidem Salazar & Ca-

(ω) in MSCto cit. num. 107.
(α) Nobiliario de Galicia pag. 301. 6. m.
(β) Memorial de su Casa fol. 34. a. fin.
(γ) Hist. Genealog. de la Casa de Lara Lib. XV. cap. 9. pag. 840. & in MSCto num. 107.
(δ) Nobiliario del nuevo regno de Granada Tom. I. pag. 400. fin.
(ε) Bibliotheca de sus escritos fol. 184. 6.

Castro (ζ) de hoc opere sentit, illud vix ab auctore cœptum, sed intentatum potius mansisse, nec unquam hæredes, curiososque volam vestigiumque ejus in relictis Pellicerii schedis conspexisse; hæc enim ejus sunt verba: „ Ostros muchos ofrecius sin tener mas trabajo que la in-„ tencion de escrivirlos; y entre ellos se ha de numerar el Teatro Gene-„ alogico de Espanna, de que nunca hallaron sus herederos ni los curiosos,„ la menor pieza. „ Sed, quod pace tanti Viri dictum sit, non solum ipse Pellicerius noster (η) expressis verbis testatur, se ex hocce Theatro suo stemma Avellanedanum depromsisse, sed & testem in medium producit operis ejus *αὐτόπτην* Don Michaelem Baptistam de Lanuza infra suo loco laudandum, qui (θ) eo se usum, & eidem plurimas debere notitias Genealogicas publice agnoscit; quin imo clarissimus Don Fr. Hypolitus Samper (ι) illud tanquam sibi notissimum his extollit verbis: Theatrum Genealogicum Pellicerii quatuor Tomis scriptum, nondum typis datum opus, sane magnitudine, studio & labore egregium & sublime; unde facile credimus, illud statim a morte Pellicerii e scriniis ejus vel cœmtum tacite vel furto ablatum, vel alio quovis modo suppressum evanuisse.

ESTOQUE Real de Castilla en la Casa de los Condes de Oropesa; sive (944.)
tractatus de quodam ex principalioribus Coronæ Hispanicæ muneribus, Ensiferi puta Regii, quod ab anno inde M CCC LXXXII. in domo Toletana constanter hæsit, cujusque mentionem, quod mirari licet, omisit in præclaro suo de dignitatibus Castellæ secularibus opere Petrus Salazar de Mendoza, Scripsit libellum huncce Pellicerius anno 1651. rogatu Don Eduardi Ferdinandi Alvarez de Toledo Portugal & Ayala, Octavi Oropesæ Comitis, qui ejus apographum in scriniis suis asservavit.

CORONICA de la grande y antigua Casa de Tovar y sus Ramas. Scri- (945.)
psit hoc opus Auctor anno 1652. precibus permotus Don Ludovici de Velasco & Tovar, Marchionis del Fresno, in cujus æque ac Pellicerii scriniis ejusdem exstitere apographa; ex eoque magnam partem depromsit Memorialis pro Ferdinando de Tovar Enriquez elaborati & supra num. 934. recensiti.

CONTINUACION del Memorial del Duque de Montalto y de Birona por (946.)
el tratamiento ygual con los Vireyes de Sicilia y Napoles. Pars hujus operis

(ζ) in MSCto cit. num. 107.
(η) Bibliotheca de sus escritos fol. 97. b. in fine.
(θ) in libro de la vida de la Madre Teresa de Jesus Vela & alibi.
(ι) Montesa ilustrada Parte III. pag. 550. in marg. lit. O.

ris prior typis Matritensibus prodiit excusa,& supra num. 882. exhibita fuit; hujus vero posterioris editio festinato Ducis in Sardiniam, quam pro Rege gubernavit, itinere præpedita fuit, &integrum opus manu exaratum a Duce in Sardiniam delatum est.

(947.) *CRONICA de las Casas unidas en la de los Condes de Santistevan.* Sunt illæ Domus *Fines, Biedma*, & *Benavides*, unde ortum traxere suum Comites de Santistevan; *la Cueva*, unde Marchiones Soleræ; *Davila*, unde Marchiones de las Navas, Comites del Risco, & *Corella*, unde Comites Concentaynæ. Scripsit opus hoc Pellicerius jussu Don Didaci de Benavides & de la Cueva, Comitis Sancti Stephani & Pro-Regis Peruviani, qui autographum operis hujus possidet; ex eoque Auctor Memoriale illud supra num. 912. enarratum depromsit. Allegat etiam cum Auctoris elogio Chronicon hocce Antonius Charez de Alarcon (κ).

(948.) *TABLAS Genealogicas de la succession, que ha quedado de Varon en varon del Sennor Rey Don Enrique Segundo de Castilla;* Tabulæ istæ compositæ fuerunt ab Auctore monitu Don Fernandi de Neronna, Comitis & dein Ducis de Linares, qui unicus in universa Hispania superest masculus ex posteris Don Alphonsi Comitis de Giion,(filii naturalis Henrici II. Castellæ regis) ejusque uxoris Dom. Jsabellæ de Portugal, filiæ naturalis Don Ferdinandi I. Portugalliæ regis. Autographum earundem asservatur in scriniis laudati Ducis, apographumque retinuit Auctor. Citat easdem non sine encomio clarissimus Vir Don Petrus de Brito Coutinho (λ)

(949.) *SUCCESSION de la Casa Real de los Sennores Reyes de Napoles, descendientes del Sennor Rey Don Alonso el quinto de Aragon.* Operis hujus suasor auctori fuit Cardinalis Don Hieronymus Colonna, Archi-Episcopus Bononiensis, qui tum autographum typis ad edendum committere decreverat, immatura morte exstinctus est.

(950.) *MEMORIAL de la Calidad y servicios de la Casa de los Marqueses de Cerralvo.* Impulit nostrum ad hunc laborem suscipiendum Don Joannes Paciecus Ossorius Marchio Cerralvensis, & Comes de Villalobos, Nobilis Cubicularius Regius, atque classis Dunquercanæ Capitaneus Generalis, insimulque Serenissimi Principis Don Joannis Austriaci supremus stabuli præfectus; qui & ejus possidet apographum.

ORI-

(κ) in relationibus Genealogicis de los Marqueses de Trocifal pag. 112.
(λ) en el Memorial por el Duque de Linnares.

ORIGEN y succeſſion de la gran Caſa de Manrique de Lara, y diſtinccion de ſus ramas. Liber anno 1660. compoſitus precibus Marchionis de Liſeda, deinde Comitis de Aquilar & Caſtanneda, qui ex ea ortum ſuum deducit, & ejusdem libri poſſidet apographum. (951.)

SUCCESSION de la Caſa de Craon, de la qual ſe derivo la de Centellas en Eſpanna. Ad opus hoc ſcribendum auctorem permovit Don Antonius Joannes de Centellas, Ordinis Calatravenſis Eques, & dein Senatus Collateralis Neapolitani Conſiliarius, quem Mariana Auſtriaca Regina anno 1666. titulo Marchionis de Centellas inſignivit; cui & autographum aſſervandum in ſcriniis Auctor obtulit. (952.)

GENEALOGIA de la Caſa de los Marqueſes de Montaos del apellido de Bermudez de Caſtro; Familia hæc innexa eſt affinitatis vinculo inclytæ illi de la Vega, Comitum de Grajal; depromſitque Auctor Genealogiam iſtam, ut ipſe fatetur, ex Theatro ſuo Genealogico, ut locum daret precibus P. Fr. Antonii Pobre, Ordinis nudipedum Seraphici ſodali, qui ex utraque iſta proſapia ortum ſuum deduxit, & authenticum exemplar Pellicerii poſſidet. (953.)

CORONICA de la gran Caſa de Sarmiento de Villamayor con las unidas à ella, con diverſos Eſtados, y las Ramas, que proceden de la troncal de los Condes de Salinas. Uſus eſt in hoc eximio opere conſpirando Pellicerius omnibus inclytæ ejus gentis ſcriniis & archivis, quæ ſedulo excuſſit, cum juſſu Don Rui Gomez Sarmiento de la Cerda, Marchionis de Alenquera & fratris ejusdem Don Didaci Gomez Sarmiento illud elaboraret. Ex eodem & deinceps formavit illud typis impreſſum & ſupra num. 918. laudatum Informe de la Caſa de Sarmiento &c. (954.)

CORONICA de la gran Caſa de Zunniga, derivada dos veres de la Real de Navarra con las lineas de Grandes y Titulos, que ſe derivan de la Caſa troncal de los Duques de Bejar. Congeſſit hoc opus Auctor ex Archivo Zunniganæ domus anno MDCLXIX. dedicavitque illud Don Emmanueli de Zunniga & Guzman, de Aza & Sotomayor, Duci Bejarienſi &c. qui authenticum exemplar poſſidet, & aliquando, ut ſpem fovit Pellicerius, editurus eſt. (955.)

VARONIA legitima de Don Gutierre de Sotomayor, Maeſtre de Alcantara, progenitor de los Condes de Belalcazar. Eſt hocce opus appendix quædam Chronici Zunnigani, in quo Comitum illorum ex inclyta domo de (956.)

Aça ortus deducitur æque ac in Mirandæ Comitum ſupra num. 919. laudato Memoriali libello Genealogico. (μ)

(957.) *GENEALOGIA de la Caſa de los Marqueſes de Baden; procedida de la Sereniſſima de los Condes de Habspurg de varon en varon.* Deſumſit Auctor hoc opus ex Corona ſua Habspurgica ſupra num. 942. recenſita, ſcripſitque iſthunc libellum rogatu Sereniſſimi Principis Badenſis, qui anno 1670. Matriti commemorabatur; quique Pellicerii autographum ſecum in Belgium deportavit, animo ejus illic editionem typis publicis procurandi; quod tamen num ullum ſortitum fuerit effectum, merito dubitamus, nil enim tale editum ullibi invenire licuit.

(958.) *HISTORIA de la Apoſtolica Igleſia de Sennor Sant-Jago;* Auctor adjecit Catalogum Equitum Ordinis Sancti Jacobi ab anno 1621. usque ad annum 1660. à Philippo IV. Rege creatorum. Scripſit hoc opus ad petitionem Don Ferdinandi de Andrada & Sotomayor, Archi-Epiſcopi Burgenſis primum & dein Compoſtellani, cujus obitus intempeſtivus ejusdem editionem præpedivit

(959.) *MEMORIAL por el Sennor Don Carlos de Auſtria al Rey Don Felipe IV.* Fuit hic Carolus filius naturalis Archi-Ducis Maximiliani Erneſti, Margaretæ Reginæ Hiſpaniæ fratris, qui Matritum venit anno 1638. & à Pellicerio libellum iſtum ſupplicem componi in eoque ſtemma ſuum Archi-Ducale Auſtriacum deduci curavit, quo oblato Rex eundem Ordinis S. Jacobi Equitem creavit, & Tunnæ militum Germanicæ in Ducatu Mediolanenſi præfecit, ubi & paulo poſt fatis conceſſit.

(960.) *HISTORIA de los Sereniſſimos Condes de Caſtilla, desde Don Rodrigo Frolaz à Don Sancho Garſia;* antiquorum Caſtellæ Comitum, hincque oriundorum Regum ſtemma eruens opus.

(961.) *GENEALOGIA de la Caſa de los Contreras Condes de Covarillas.* Hanc diu poſt laudatas ſuperius num. 898. Memorias ſtemmatis Segoviani, (adeoque ut conjicere fas eſt, poſt editum ſuum Librorum Catalogum quippe in quo nulla ejus mentio eſt reperire) elaboratum à Pellicerio ſe poſſidere aſſerit doctiſſimus Marchio de Mondejar, ſeu potius Joannes Roman de Cardenas. (ν)

(962.) *DE LA ANTIGUEDAD de los Sereniſſimos Reies de Aragon, y de la legitimidad del Rey Don Ramiro el primero;* Hocce opus ipſe Pellicerius propediem à ſe luce publica donatum iri promiſerat in Memoriali pro Miran-

dæ

(μ) Fol. m. 132.

(ν) Noticias Genealogicas de la Caſa de Segovia pag. 476. m.

dæ Comitibus; (ξ) verum nec editum illud unquam conſpiciendi, nec in Librorum ipſius Catalogo ejus ullam inveniendi mentionem copia mihi fuit; unde vix abſolutum fuiſſe crediderim.

MEMORIAL de la Grandeza, que pretende la Caſa del Marques de la Algava. Hujus operis propediem edendi itidem ipſe Pellicerius ſpem in prædicto Don Ferdinandi de los Rios Memoriali (ο) ſpem fecit; ſed quæ nec hactenus impleta eſt, nec forte ab Auctore unquam penitus elaboratum illud opus fuit, cum nec in Bibliotheca operum ejus compareat. (963.)

MEMORIAL del Principe de la Cantellaria, ſu Calidad y Caſa. Hujus tituli libellum Genealogicum à Pellicerio conſcriptum, attamen typis non editum recenſet Ludovicus de Salazar & Caſtro. (ϖ) Ejus nullibi in Bibliotheca ſua meminit Pellicerius; neque nobis ullibi Cancellariæ Principum occurrit mentio; facile tamen credimus, intelligere Salazarium voluiſſe Cancellaræ in Italia Duces ex inclyto Caraffarum ſtemmate oriundos, quod nobis integrum exhibet celeberrimus Imhofius. (ρ) (964.)

Et hæc ſunt inedita Pellicerii noſtri ſcripta Genealogica, ex quorum æque ac editorum univerſa ſerie indefeſſum Viri hujus ſtudium in Rerum ſtemmatumque Hiſpaniæ nobilium hiſtoria ſatis clare elucet; fuitque ea propter magni ſemper à coævis atque ſequioribus doctiſſimis civibus æſtimatus, ita ut ejus auctoritate niti firmo ſemper duxerint præſidio; Attamen negari quoque nequit, nonnunquam ipſum in antiqua præſertim remotiorumque ſæculorum hiſtoria, ſtemmatumque origininibus fuiſſe lapſum, quin & ſæpius prænominum ſimilitudine ſeductum perſonas ætate diſtinctiſſimas confudiſſe, ut alias ejus taceamus prætervidentias, de quibus evolvi poteſt Ludovicus de Salazar & Caſtro (σ) qui plurimos in præſtantioribus Pellicerii ſcriptis occurrentes errores felici auſu detexit correxitque ſpatio fere 300. paginarum, cujus &, ut prolixum hoc de Pellicerio tandem caput finiamus, coronidis loco appendemus elogium eidem his verbis (τ) collatum. „ En las advertencias que aora ſalen," es mas intereſſado, que todos, Don Joſeph Pellicer de Tobar, no porque" ſu intelligencia no excedi eſſe notoriamente a quantos haſta oy han tra-"

(ξ) Fol. 10.
(ο) Fol. 33. num. 3. in marg.
(ϖ) In MSCto cit. num. 107.
(ρ) Hiſt. Geneal. Ital. & Hiſp. Tom. II. pag. 329. ſeqq.
(σ) Advertencias Hiſtoricas, pag. 130. ſeqq.
(τ) Ibid, en la Iutroduccion.

„tado eſta materia, ſino porque las Eſcrituras, que hemos viſto, acertaron „a ſes de las miſmas Caſas, que el eſcrivio. Ademas de que ſiendo ſus „obras las mas eſtimadas; y que hacen mayor fé, neceſſariamente avian „de recaer en ellas eſtos reparos, para que entre ſacando las noticias que „contienen o augmentandolas por los Inſtrumentos que copiam que den „las otras mas firmamente aſſeguradas y eſtablecidas. Ninguno podra „eſtar tan mal con Don Joſef Pellicer, que no confieſſe averſido uno de „aquellos varones, cuya erudicion y doctrina iluſtro nueſtro ſiglo, y nin„guno eſtara tan bien con ſu memoria, que ſi conſiderare lo mucho que „eſcrivio, puede eſtrannar, que en la incertidumbre de la materia Genea„logica dejaſſe mucho que reparar, principalmento en ſus primeros an„nos, donde con buena fé fio la legalidad de ſu firma a algunas relaciones „de familias, que le dizieron autoriſar ſus intereſſados. Muchas de eſtas „coſas, he ordo dezir, que Don Joſeph queria reformar, pero no lo hizo, „porque le privino la muerte, o porque ocupado en obras mas utiles no „tuvo ſpem pre para aplicarſe a eſta. Yes bien cierto, que ſi lo huviera „hecho, tuviera nueſtra hiſtoria la mayor iluſtracion en ſus reparos, re„paro del gran conocimiento, que de ella alcan zo, y de que era tan aman„te de la verdad, como lo aſſeguran las ultimas palabras de ſu Informe de „los Sarmientos, y como ſe conoce de todas ſus obras, donde eſtan ad„vertidos muchos yerros de Gudiel, Sandoval, Salazar de Mendoza, Ha„ro, y otros Eſcritores. Et in Bibliotheca ſua Genealogica (v) ait: Don „Joſef Pellicer tan juſtamente conocido y eſtimado por ſus muchos y „ſabios eſcritos, tuvo particular inclinacion a la Genealogia, y hizo gran „progreſſo en ella; Tuviera mosle por el primero de los Eſpannoles en „eſt a linea, ſi no uviera concebido con facilidad y retenido inflexibil men„te lo que concebia, Equivocoſe en mucho, pero acerto en lo mas, y „excedio a los que le precedieron en dos coſas, una, el numero grande de „ſus trabaxos, y otra, la claridad y becerna diſpoſicion que tavo en ellos.

CDLXXXIX DON JOSEPHUS PEREIRA de MACEDO, Conimbricenſis, Luſitanus Eques, idiomate Caſtellano conſcripſit, typisque edidit

(965.) *LA VIDA de Don Luis de Ataide, terrero Conde de Atouguia, Virrey de la India*, Matriti 1633. in quarto; cui operi de celebri Ataydenſi ſtemmate, Comitumque de Atouguia ſucceſſione plura notatu perquam digna inſeruit.

FR.

(v) Num. 107.

FR. JOSEPHUS SAENZ de AGUIRRE, Ordinis Sancti Benedicti Monachus, SS. Theologiæ Magister, & in Salmanticensi Universitate primum post quinque Cathedras Theologiæ Scholasticæ & moralis, primarius sacræ scripturæ interpres, inde ab anno MDCLXXIII. supremi Inquisitionis Fidei per Hispaniam Senatus Censor, & Consiliarius Secretior, itemque insignis Collegii Salmanticensis, Sancti Vincentii nomine insigniti semel iterumque Abbas; tandemque circa annum MDCLXXXV. creatus Ecclesiæ Romanæ Cardinalis Presbyter titulo primum Sanctæ Mariæ super Minervam, Regnique Siciliæ Protector; Vir eruditissimus, quique pluribus ingenii monumentis Rempublicam litterariam illustravit; quæ cum omnia sequiorum sint temporum, quam ut in Nicolai Antonii Bibliothecam Hispanam venire potuerint, eorum, quæ nobis innotuere, brevem heic Lectori suppeditabimus notitiam. Plurium annorum indefesso studio & labore magnum Aguirre noster volvit animo opus, omnibus puta numeris absolutum Conciliorum Hispaniæ systema; cujus propositi orbem literatum certiorem fecit binis editis opusculis synopticis, quorum prius hoc insigne titulo: CDXC.

NOTICIA Conciliorum Hispaniæ atque novi orbis, Epistolarum Decretalium, & aliorum monumentorum sacræ antiquitatis ad ipsam spectantium, magna ex parte hactenus ineditorum, prodiit Salmanticæ apud Lucam Perez 1686. in 8vo; verum mutato dein Consilio alio Ordine idem opus digerendum sibi sumsit, ejusque specimen evulgavit libello (966.)

SYNOPSIS Collectionis maximæ Conciliorum omnium Hispaniæ & novi orbis &c. cum notis & dissertationibus; adjecta accurata omnium in quatuor illis voluminibus contentorum recensione, veri Indicis operis illius loco habenda; adjectis in fine variis virorum celeberrimorum applausibus & oratione pro salute Auctoris in seminario Neapolitano a Constantio Criscolo habita anno 1695. integrisque cujusque Tomi præfationibus. Romæ apud Antonium de Rubeis 1695. in 12mo sequitur ipsum opus (967.)

COLLECTIO maxima Conciliorum omnium Hispaniæ & novi orbis. Romæ in fundata noviter a Cardinali nostro Typographia ab Antonio Rossi seu de Rubeis impressa 1693. & 1694. in folio, quatuor Tomis; quorum primus continet Concilia Hispaniæ a tempore Apostolorum usque ad Annum Christi 303. habita; secundus illa ab Anno 303. usque ad 701. tertius, ab Anno 701. usque 1511. pertingit, & quartus ab anno 1511. usque 1600. adjecta Regum præsulumque Toletanorum & aliorum serie Chronologica aliisque notitiis historicis, item defensio Cathedræ S. Petri con- (968.)

tra declarationem illustrissimi Cleri Gallicani editam Lutetiæ Parisiorum 19. Martii 1682. & adversus quorundam Doctorum Parisiensium ac Belgarum theses. Salmanticæ 1683. in folio. Sed & suis sumptibus, curaque insigni per Bibliothecarium suum Emmanuelem Marti collata amici sui veteris Nicolai Antonii (postquam is Matriti, quorsum e Curia Romana a Carolo II. Rege ad obeundum Regii Senatus Cruciatæ Consiliarii munus evocatus fuerat, vehementi epilepsia abreptus ineunte vere anni MDCLXXXIV. Claudius Clemens in Tabulis Chronologicis pag. 163. ponit annum MDCLXXXV. obiisset) posthumum opus

(969.) *BIBLIOTHECAM Hispanam veterem* duobus Tomis, quorum prior scriptores ab Octaviani Augusti Imperio usque ad annum Christi millesimum; posterior reliquos ad annum usque Christi sesquimillesimum comprehendit, iisdem typis Romæ nitida charta in folio edi curavit, anno 1696. Innocentio XII. Pontifici Romano idem nuncupans. Sed illud, cujus causa in hanc nobis scenam vocandus venit Aguirre, opus, anno circiter 1670. Matriti in folio prodiit, inscriptum

(970.) *PHILOSOPHIA nov-antiqua;* nuncupavit enim istud Auctor Don Joanni Baptistæ Ludovisio, Principi de Plombino & Venesa, Ordinis Aurei Velleris Equiti, cujus in duplici operi præmissa Epistola latina altera, altera vernacula lingua exarata stemma, majoresque, ac cum Alagonia Marchionis de Villasor stirpe affinitatem prolixius recensuit; Meminit hujus operis cum doctissimi libri encomio Josephus Pellicerius. (φ)

CDXCI. FR. JOSEPHUS de SALZEDO, Ordinis Sancti Benedicti Monachus, & Arlanzæ, celebris in Castella veteri Monasterii Abbas, conscripsit:

(971.) *HISTORIA del Conde Don Fernan Gonsalez de Castilla, y succession suya hasta la Reina Catolica Donna Margarita de Austria.* Hocce Historico-Genealogicum stemmatis Castellæ Regii opus quatuor libris comprehensum Margaretæ Austriacæ Hispaniarum Reginæ inscripsit Auctor; & ineditum in Archivo prædicti Monasterii asservatur, ubi illud vidit, qui laudat (χ) Don Thomas Tamajus de Vargas.

CDXCII. DON JOSEPHUS de SARRIA, PATERNINNA & LIQUEZ, Martini Alphonsi, suo inferius loco laudandi ex fratre nepos, Ordinis Divi Jacobi Eques, Dominus oppiduli Erenchun in Alavensi Provincia, stemmatum Cantabricorum indagator sedulus, varias

GE-

(φ) Bibliotheca de sus escritos pag. 40. b.

(χ) En la junta mayor de libros Castellanos 1622. MSC.

GENEALOGIAS de las tres provincias Vascongadas, de Vizcaya, Guipuscoa y Alava composuit, plures itidem (972.)

TRATADOS de Casas particulares de las mesmas tres provincias elucubravit, qui tamen omnes adhuc inediti in scriniis curiosorum delitescunt; plures ex illis possidere se testatur Don Ludovicus de Salazar & Castro (ψ) qui prӕterea meminit, speciatim se possidere (973.)

GENEALOGIA de la Casa de Salvatierra; item (974.)

GENEALOGIA de la Casa de Lezcano, utramque a Sania nostro in schedas relatam, & maxima *ἀκριβείᾳ* deductam. (975.)

FR. JOSEPHUS de TEXEIRA, Lusitanus, Ordinis Prӕdicatorum sodalis, Professor Theologiӕ, ac Henrici Cardinalis, tandemque Lusitaniӕ Regis Concionator aulicus, quo diem suum obeunte partes secutus est Antonii Nothi, Prioris Ocratensis, quem solio Regio armata Philippi II. Hispaniӕ Regis manu misere deturbatum inque Galliam profugum, exul Texeira noster comitatus est, ubi Patroni sui causam defensurus, libro edito hujus lemmatis CDXCIII.

DE PORTUGALLIÆ ritu, Regni initiis, denique de rebus à Regibus universoque Regno prӕclare gestis Compendium, Parisiis apud Joannem Mettayer 1582. in quarto legitimam Antonii in Regno Lusitanico successionem ex Genealogicis fundamentis adstruere est conatus; Acrius hunc perstrinxit Texeirӕ librum supra (CXCIII. 315.) laudatus Eduardus Nunnesius de Liano, cui tamen postea, referente Nic. Antonio (ω) ipse Texeira in navali ad Terzeram insulam prӕlio ab Hispanis captus confessus fuit, non sibi, sed Stephano Lusignano Cyprio Dominicani Ordinis Monacho aliisque, qui opem contulissent, librum istum adjudicandum esse. Prodiit & prӕterea (976.)

EXEGESIS Genealogica, sive explicatio Arboris gentilitiӕ Gallorum Regis Henrici IV. Navarrӕ III. hujus nominis Regum XXXIX. ex Historicis Latinis, Gallicis, Italicis, Castellanis & Portugallensibus delineata. Lugduni Batavor. apud Franciscum Raphelengium 1592. in quarto, cui Texeirӕ nostri nomen prӕfixum invenitur. (977.)

JOSEPHUS TORNER, Catalanus, Juris Doctor & ex Seniorum Advocatorum supremӕ Curiӕ ordine, Vir doctissimus, edidit CDXCIV.

COMPENDIO de las Grandezas y prerogativas soberanas de la antiguissima Casa de los Viz-Condes de Rocaberti, por la gracia de Dios Condes de perela- (978.)

(ψ) In MSCto sӕpe cit. num. 176.
(ω) Bibl. Hisp. Tom. I. pag. 626. a. m.

perelada, Barones y Marqueses de Anglesola. Matriti 1651. in folio 30. plagul. opus Genealogico-Historicum magno cum studio & exactitudine elaboratum, & suffragiis celebriorum Curiæ supremæ Matritensis Advocatorum munitum. (α)

CDXCV. DON JULIANUS de CANNAS RAMIREZ & SILVA, Don Joannis de Cannas Frias, Equitis Ordinis Sancti Jacobi, ac Decurionis perpetui urbis Burgensis ex Donna Catharina de Silva filius primogenitus, socius primum Collegii Majoris Conchensis in Salmanticensi Universitate, & post obita Prætoris Nobilium (vernacule Alcalde de los Hijosdalgo) & Senioris Consiliarii Curiæ supremæ Granatensis munia factus Consiliarius Senatus Redituum in Camera Justitiæ; Decurio itidem perpetuus Burgensis, & majoratus de Cannas ibidem Possessor, qui &, cum Don Josephus de Morales Ramirez, decimus oppidorum Lijar & Cobdar Dominus anno MDCLXXXII. Societatem Jesuitarum intraret, sibi oppidorum istorum titulum ditionemque vindicavit, quanquam adhuc lis ea de re pendeat inter Julianum nostrum & Don Gervasium Ramirez de Anguix; interim tamen exercet ille Patronatus Collegii dicti Majoris Conchensis in Salmanticensi Universitate jura, quæ Dominio Lixariensi innexa sunt. Bis uxoratus fuit Julianus, ex posteriore marita Donna Isabella Francisca de Mendoza anno MDCLXXIV. ducta nullam, ex priori vero Donna Maria de Castilla, & Zunniga & Portugal anno MDCXLIII. ducta multam prolem sustulit, quam fusius enumerat Ludovicus de Salazar & Castro. (β) Prælo impressum obtulit Julianus noster Carolo II. m. Regi

(979.) *MEMORIAL de su Calidad y ascendencia por la Casa de Cannas;* cui aliarum stemmatum propagines, sanguinis vinculo eidem junctas, innexuit; Laudat opus, qui vidit citatus Salazar & Castro. (γ)

CDXCVI. JULIANUS del CASTILLO, ex Munno y Arcoyo, Dioeceseos Burgensis oppidulo oriundus, & Hieronymi de Castro & Castillo supra (CCCLII. 615.) laudati parens, collegit

(980.) *HISTORIA de los Reies Godos de Espanna* opus historicum, ab ingressu Gothorum in Hispaniam sæculo post Christum V. Regum rerumque Hispaniæ speciem usque ad Ferdinandi & Isabellæ Regum Catholicorum ævum deductum, quod primum prodiit Burgis apud Philippum de Junta 1582.

(α) Consentit Lud. Salazar & Castro in MSCto num. 73.
(β) Historia Genealog. de la Casa de Silva Lib. 3. fol. 403. seq.
(γ) In MSCto cit. num. 163.

1582. in folio, dein iterum cum auctario filii modo dicti Matriti 1624. in folio; Continet vero non regum solum, sed & nobilium Hispanicorum stemmatum notitiam, quamvis non ea, quæ peritos rei Genealogicæ viros decet ἀκριβεία explicatam, prout recte mecum sentit Ludovicus de Salazar & Castro (δ)

JULIANUS PETRI, Archi-Presbyter Ecclesiæ Sanctæ Justæ Toletanæ, larvatum nomen, sub quo orbi erudito frivole, ac indigne imposuit Hieronymus Roman de la Higuera, Jesuita Toletanus, supra (CCCLXV. 644.) recensitus. Strenue fraudes istas detexere tum alii tum inprimis Nicolaus Antonius, (ε) ad quem lectorem ablegamus. Heic solum meminisse volumus, Higueram Juliano huic Petri in Historia sua Toletana manuscripta (ζ) attribuere librum quendam Genealogicum CDGXVII.

DE NOBILITATE Mixt-Arabum Toletanorum, maxime Barrosorum, Portocarrerorum, Gudielium & Pantojarum, de quo libro ipse Higuera Auctorem putatitium, Julianum illum, sic in suppositis ipsi adversariis (η) loquentem introducit: Scripsi origines & successiones multorum nobilium Muz-Arabum & Toletanorum, videlicet *Barrosorum, Nucumque & Toletanorum, Godielium, Columbatorum, Ficulnorum, Portocarrerorum, Pantoxarum*, genus *Munionis Adephonsi, Arlarum* (quod mendose editum cognomen credit Nic. Antonius) & similiter *Alcamarrarum* verum opportune idem Jesuita ad tegendam eo melius fraudem subjicit in Hist. Tolet. citata: neque hic liber neque alius ex his quos auctor hic reliquit, usquam exstant, qui sane magnum attulissent antiquis hujusce urbis atque nobilium Muz-Arabum rebus lumen. Promiserat equidem Antonius uberiorem de illo opere mentionem, a se in Chronici Juliani examine faciendam, sed illud inter Schedas ab hæredibus Cardinali de Aquirre transmissas reperiri non potuit. (981.)

JULIUS CHIFFLETIUS Belga, Clarissimi supra (CDXXXV.) laudati Joannis Jacobi Medici Historicique CLmi aut filius aut consanguineus, præclare meritus est de illustri Tassiorum, (qui per Germaniam Italiam, Hispaniamque amplis opibus ditionibusque gaudentes diu jam floruere) Stemmate, edito Lingua Gallica hujus lemmatis opere CDCXVIII

LES

(δ) in MSto cit. num. 71.
(ε) Bibl. Hisp. Vet. Lib. VII. cap. 8. toto.
(ζ) Lib. XVI. cap. 1.
(η) Adversario 582. sive ultimo.

(982.) *LES MARQUES d' honneur de la maison de Tassis;* Prodiit illud nitide excusum Antverpiæ anno 1645. in folio; Laudibus debitis extollunt illud Ludovicus de Salazar & Castro (θ) & τιματφέςατος Philippus Jacobus Spenerus, qui sæpius in egregio suo opere Heraldico eodem se usum esse fatetur (ι) æque ac Francisci Zazzeræ Neapolitani, Alphonsique Lopesii de Haro de eadem gente Commentariis.

L.

CDXCIX. LAMBERTUS DE VOS, (rectius ni fallor VOSS, seu VOSSIUS, Belgam enim origine aut nativitate suspicor) Philippi IV. Hispaniarum Regis Fecialis (Faraute seu Rey de armas vernacule,) qui ut quod sui officii est, etiam alios erudiret, in unum collegit volumen

(983.) *BLASONES de los Grandes, Titulos y Sennores de Espanna.* Opus insignia æque gentilitia ac nonnulla stemmata Nobilium Hispanorum genealogice deducta exhibens, ineditum adhuc, & sæpius citatum Joanni Florez de Ocariz. (κ)

D. Fr. LAURENTIUS DE AYERBE, Ordinis Sancti Benedicti Monachus, vixit circa annum Christi MCDXL. & conscripsit librum

(984.) *DE LA vida de Don Sancho Martinez de Leiva, Namado Braços de hierro.* Fuit iste Heros manu fortissimus, strenueque belligeravit sub Eduardo III. Angliæ Rege, cujus & filiam naturalem ex Jsabella Suffolcia Northumbriæ Comitissa genitam, Jsabellam nempe, circa annum MCCCLVI duxit. Opus hoc inter manuscripta latet, & ab Auctore dedicatum fuit Petro de Zunniga & Leiva, primo Plasentiæ Comiti, Sanctii illius Martinez de Leiva abnepoti, cujus cum Stemmate Leivi anno nexum prolixius ibidem deductum videre licet; quare & laudatur Alphonso Lopez de Haro (λ) & Josepho Pellicerio (μ) aliisque Genealogis.

DI. LAURENTIUS CRASSO, Liber Baro Neapolitanus, Juriumque Doctor, Vir plurimis Juridici historicique argumenti conscriptis operibus celeberrimus, inter alia, quæ edidit, etiam

(985.) *RESPONSORIUM Historico-Juridicum pro Excellentissimo Domino Petro Antonio de Aragona, Duce Segorbii & Cardonæ super successione Ducatuum Segorbii & Cardonæ elaboravit,* quod Neapoli prodiit in folio, & Stemmatum

(θ) in Epist. ad Ehrencronium anno 1702.
(ι) Parte II. Lib. 3. cap. 37. pag. 714 pr.
(κ) Nobiliario de nueva Granada Tom. II. pap. 458.
(λ) Nobiliario de Espanna Lib. X. cap. 25. pag. 394. b. pr.
(μ) Memorial del Conde de Miranda fol. 27. a. med.

tum, Aragonici, Cordubensis, Cardonensisque notitiis haud contemnendis refectum est. Videatur de eo Auctore pluribus Nicolas Toppi in Bibliotheca Neapolitana (ν)

DON LAURENTIUS GALINDEZ DE CARVAJAL, seu CARAVAYAL, Plasentiæ in Extremadura natus anno MCDLXXII. parentibus Garsia Gonsalez de Carvajal, cive Truxiliensi, & Antonia Galindez, ex urbe Cazeres oriunda, Juris a prima juventute scientiam addidicit, cujus Doctor & primarius in universitate Salmanticensi Professor claruit; unde a Ferdinando & Isabella Regibus Catholicis evocatus in aulam, eorundem Consiliarius, & in suprema Castellæ curia Senator evasit, quin &, cum post mortem principis Philippi I. Ferdinandus iterum regni capesserat habenas, inter Administratores regni, regiique Concilii patres interim locum fuit sortitus, prout ex Marineo Siculo (ξ) nobis refert Nicolaus Antonius (ο) nostrum egregii Doctoris & genere nobilis titulo condecorante. Sub Carolo dein V. Imperatore Chronographi Regii quoque obtinuit munus, & ex uxore Beatrice Davila Marchionum de las Navas stirpe prosata largam reliquit, & meritis dignitatibusque illustrem prosapiam. Plura reliquit Historica æque ac Genealogica ingenii monumenta, que inter heic nobis jure commemoranda veniunt DII.

MEMORIAL o legistro breve de los lugares donde el Rey y la Reina Catolicos nuestros Sennores, que aian gloria, estuvieron cada anno desde el de MCDLXIIX. en adelante hasta que Dios los Aevo. Est illud annale opus de rebus gestis regum Catholicorum, & virorum aulæ ejusdem nobilium, plurimaque continet de magnatibus illius ævi notatu perquam digna, unde sedulo Genealogis Hispanis consulitur, dilaudaturque Argote Molinæ (π) Alvaro Gomez (ϱ) Didaco Sanchez Portocarrero (σ) Josepho Pellicerio, (τ) Ludovico de Salazar & Castro (υ) aliisque. Authenticum Codicis hujus nunquam typis editi exemplar possedit Hieronymus Zurita, post ipsiusque obitum CLmus Antonius Augustinus Tarraconen- (986.)

 sium

(ν) pag. 190. m.
(ξ) Lib. XXI de regibus Hispaniæ.
(ο) Bibl. Hisp. Tom. II. pag. 3. a. pr.
(π) in præfat. Nobleza del Andalusia
(ϱ) de rebus Card. Franc. Ximenii in prologo
(σ) Historia de Molina §. 18 pag. 246.
(τ) Casa de Miranda fol. 65. b. med.
(υ) in MSCto num. 4. & in advertencias historicas passim

ſium Archi-Epiſcopus, quo demortuo in Eſcorialenſem regiam Bibliothecam fuit delatum teſte Didaco Joſepho Dormer (φ) apographumque ejus Matriti anno 1590. in 4to exaratum poſſedit B. Ehrencronius; & omnino idem eſt liber, quem

(987.) *ANNOTACIONES de la Hiſtoria de Eſpanna* ſalutat prædictus Argote Molina, quamvis ea de re dubitare videatur Nic. Antonius.

(988.) *ADDICIONES a los claros varones del Libro de las ſemblanzas de Don Fernan Perez de Guzman*, quod opus, ut ſupra jam (CCXXIV. 370.) monuimus, Chronico Joannis II. Caſtellæ regis adjectum cernitur. Imperfectas additiones iſtas ab Auctore relictas creditLudovicus de Salazar & Caſtro (χ), & authenticum, quod in regia Eſcorialenſi Bibliotheca (ψ) supereſt, exemplar, non niſi Stemma poſterorum Ferdinandi I. Aragoniæ regis, magnatumque, ut Condeſtabilis Don Ruy Lopez Davalos, Almirantis Caſtellæ Don Alphonſi Henrriquez, Don Petri Lopez de Ayala, Cancellarii &c. continet; reliqua aut deperdita aut non abſoluta ab Auctore fuere. Eædem additiones pari modo deſcriptæ cernuntur in Codice manuſcripto regiæ Bibliothecæ Pariſienſis (ω); cæterum fatentur omnes perquam exactum & utile omnino Genealogis illud eſſe opus. Ipſe quondam Matriti ex doctiſſimi Villæumbroſæ Comitis viduæ Bibliotheca inſtructiſſima coemtum poſſideo exemplar Chronici Joannis II. regis, & quidem ejusdem, quam Carvajalius noſter juſſu regio anno 1517. in folio procuravit, Lucronienſis editionis, quod notis marginalibus manu doctiſſima adſcriptis paſſim eſt refertiſſimum inque libri frontiſpicio prædicti, ut conjectari fas eſt, Villæumbroſæ Comitis propria manu notatum legitur, Carvajalii notas iſtas eſſe, unde ex Eſcorialenſi codice adſcriptas merito ſuſpicor; poſſidet & earundem exemplar Ludovicus de Salazar & Caſtro, ut ipſe fatetur (α). Tandem & de proprio Carvajaliorum ſtemmate peculiariter commentatus eſt Auctor noſter, libello

(989.) *GENEALOGIA de los Caravajales de Plaſencia* inſcripto quem vidiſſe ſe teſtantur Joſephus Pellicerius (β) Ferdinandus de Savedra (γ) & Nicol. Antonius (δ) DON

(φ) Progreſſos de la Hiſtoria de Aragon pag. 258. num. 25. & pag. 595. fin.
(χ) in MSto cit. num 4.
(ψ) pluteo θ. Serie 1. vol. 6.
(ω) teſte Catalogo manuſcriptorum, num. 10013.
(α) Advertencias Hiſtoricas pag. 100. fin.
(β) Memor. del Conde de Miranda & alibi.
(γ) Memorial de ſu Caſa fol. 209. a. m.
(δ) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 3. a.

DON LAURENTIUS DE PADILLA, Antiquarienſis, ex illuſtri Padillarum familia, quæ ad noſtram usque ætatem ampliſſimo Adelantatorum Caſtellæ munere ſuperbit, oriundus, in Cathedrali Malacitana Regni Granatenſis æde Rondenſem Archidiaconum Canonicumque egit, ſimul a Carolo V. Imperatore conſtitutus Regius Hiſtoriographus, primus omnium, qui ſecundum artis regulas, methodumque hiſtoricam Hiſpana lingua res patrias ſcribere aggreſſus eſt; ſtemmatum quoque nobilium notitiam illuſtrare conatus, ex actis publicis aliisque veteribus memoriis Genealogias retexens, & adhibito judicio expendens, ut ſcite de eo diſſerit Joſephus Pellicer, (ε) conſentientem in eo habens Nicolaum Antonium (ζ). Præter Hiſtorica opera ut puta DIII.

CATALOGO de los Santos de Eſpanna. Toleti 1538. in folio. (990.)

ANTIQUEDADES de Eſpanna, opus tribus libris conſtans, & Carolo V. ab Auctore anno MDXXXIV. dedicatum, cujus primum librum Joſephus Pellicerius Valentiæ anno 1669. in duodecimo cum erudita præfatione edidit. (991.)

HISTORIA general de Eſpanna, inſigne 4. voluminum in folio opus (992.)

GEOGRAFIA de Eſpanna; quæ duo poſtrema adhuc inedita latent, & ab eruditis deſiderantur, etiam Padilla noſter opus Genealogicum (993.)

NOBILIARIO ò linages de Eſpanna compoſuit, quod etiam ἀνέκδοτον adhuc in ſcriniis curioſorum aſſervabatur, a quibus illud exactum ſatis & veritati conſentaneum, attamen in remotiori ſtirpium antiquitate (ut plerumque ſolent omnes ejus argumenti libelli) labilis quandoque fidei prædicatur. Laudant illud omnes, quotquot fere poſt eum commentati ſunt Genealogi; videantur præ reliquis Ambroſius Morales (η) Gundiſalvus Argote Molina (θ) Alphonſus Lopez de Haro (ι) qui quod Padillam noſtrum Rondenſem Canonicum ſalutat, vapulat Joanni Picon de Leca (κ) Petrus Salazar de Mendoza (λ) Prudentius Sandoval (μ) Antonius Suarez de Alarcon, (ν) qui manu exaratum Nobiliarii hujus exemplar (994.)

(ε) Bibliotheca de ſus eſcritos fol. 104. b.
(ζ) Bibl. Hiſp. Tom. II. fol. 5. a.
(η) Hiſtoria General. de Eſpanna Lib. XIII. cap. 13.
(θ) in præf. libri nobleza del Andaluſia.
(ι) in præf. Nobiliarii de Eſpanna.
(κ) in Epiſtolis ſuis MSCtis ſup. cit.
(λ) Origen de las dignidades Seglares de Caſtilla
(μ) en la Caſa de Padilla, annexa Chronico Alphonſi VII.
(ν) in relatt. genealog. de los Marqueſes de Trociſal.

plar apud Georgium Cardoſo, Hagiologii Luſitanici Auctorem CLmum olim exſtitiſſe aſſerit, aliique plures. Porro etiam exaratum a Padilla opus

(995.) *HISTORIA de los Sennores de Vizcaya* inſcriptum & adhuc ineditum ſe vidiſſe teſtatur P. Gabriel Henao (ξ). Præterea & in Eſcorialenſi regia Bibliotheca (ο) tria exſtant inedita Auctoris hujus opuſcula:

(996.) *ORIGEN y ſucceſſion de los principes de la Caſa de Auſtria haſta el Rey Don Phelipe Segundo inſcribitur primum eorum*; alterum vero

(997.) *CHRONICA del Rey Don Phelipe primero*; tandemque tertium

(998.) *CHRONICA de los Reies de Inglatierra*; occurrit & ibidem adhuc

(999.) *HISTORIA Genealogica de la Caſa de los Ponces de Leon*, quam Don Ludovico Chriſtophoro Ponce de Leon, ſecundo Duci de Arcos inſcripſit auctor. Opus etiam adhuc ineditum, ſed excellens, licet ſolis hiſtoricorum teſtimoniis documentisque publicis illud ſuperſtruxerit auctor, qui ipſum Ducale Archivum non excuſſit, teſte Ludovico Salazar de Caſtro (ϖ).

DIV. DON LAURENTIUS RAMIREZ DE PRADO, Zafrenſis, Alphonſi JCti & Regii Caſtellæ Senatus Conſiliarii filius, poſt exacta ſub Franciſco inprimis Sancto Philologo percelebri in Salmanticenſi Univerſitate artium, deindeque Jurisprudentiæ ſtudia, Eques Ordinis D. Jacobi & in curia ſuprema Regni Neapolitani Senator claruit, locum dein inter Regios redituum ſenatores ſortitus, & a Philippo tandem IV. rege rerum Indicarum ſenatus conſtitutus Conſiliarius, ut & Sanctæ Cruciatæ, ut vocant ſenator, aliquandiu & ad Ludovicum XIII. Galliarum regem miſſus legatus, tandemque ſupremæ Caſtellæ Curiæ Senator, quo in munere longo confectus ſenio obiit die 23. Octobris MDCLVIII. relictis ex Alphonſa Cardenas uxore liberis, orbique literario libris pluribus Juridici æque ac Hiſtorici argumenti a ſe elucubratis, quorum Catalogus apud Aubertum Miræum Nicolaumque Antonium evolvi, ſi volupe, poteſt. Ex illis ad noſtrum facit argumentum libellus quidam Genealogicus, qui etſi ſuppreſſo prodiit auctoris nomine, attamen eundem, ceu ex ungue Leonem, facile præbet dignoſcendum. Titulus eſt:

(1000.) *MEMORIAL que de la Caſa de Prado die a Phelipe IV. Don Fernando de Prado*

(ξ) Averignaciones de las antiquedades de Cantabria Lib. 2. cap. 18. in nott. num. 30. pag. 108. a. m.

(ο) pluteo O ſerie 5. num. 3. & 28.

(π) in MSto. cit. num. 18.

Prado Henriquez, Sennor de Valdetuejar el anno de 1647. Effecit hoc libello auctor, ut Ferdinandum illum Rex Vice Comitis de Prado dignitate mactaret, eundemque dein Vice-Comitatum in regno Legionensi situm, & ex oppidis, Prado, Valdetuejar, aliisque conflatum in Marchionatum evexit. p. m. Rex Carolus II. Cæterum curiosum valde beneque ordinatum libellum istum censet Ludovicus de Salazar & Castro (ρ). LAURENTIUS TAVORA; quære infra RODERICUS LAURENTIUS TAVORA.

LAZARUS DE PUERTA QUINNONES, Clericus & Capellanus altaris Monialium discalceatarum Cœnobii regii Matritensis, scripsit DV.

GENEALOGIA de la Casa de Toral, seu de Guzmannico inclyto stemmate, & inprimis Toralensi ramo, unde Medinæ Turrium Duces suum derivant ortum, Commentarium; qui adhuc inter inedita latet; item (1001.)

TRATADO de la Capilla Real de los Sennores Reyes de Espanna; sive de Sacello Regio librum, cui inseruit stemmata plurium (ut qui Sacello isti supremo honore præesse solent) Indiarum Patriarcharum, itemque Capellanorum honorariorum & Concionatorum Regiorum, inprimis fusius pertractat stemma Guzmannicum, cui Alphonsus Perez de Guzman, qui eo tempore Indiarum Patriarcha cluebat, cuique liber iste nuncupatus ab auctore fuerat, ortum suum debebat. Authenticum operis exemplar postea in suis asservavit scriniis Don Petrus Portocarrero, Indiarum itidem Patriarcha; laudatque utrumque opus ut in rebus Genealogicis exacte & cum veritatis studio conscriptum Ludovicus de Salazar & Castro (σ). (1002.)

LAZCANO quære LEZCANO.

LEANDER BANDTIUS, Brabantus aut minimum Belga, ut suspicor, celeberrimi Joannis Caramuelis Lobkowizii supra (DCVIII.) laudati discipulus, conscriptum ab eodem lingua Hispanica & jam a nobis num. 727. recensitum librum repuesta al Manifiesto del Reino de Portugal inscriptum latino habitu indutum, hocque conspicuum titulo DVI.

JOANNES Brigantinus Lusitaniæ Algarbiæ Indiæ & Brasiliæ illegitimus Rex demonstratus in lucem dedit Lovanii apud Everhardum de Wite anno 1643. in quarto. (1003.)

LEMOS. Præclara inter primarias Gallæciæ Regni nobiles familia hodie DVII.

(ρ) in MSto. cit. num. 102.
(σ) in MSto. num. 97.

hodie Comitum de Amarante titulo insignita. Ejus ortum seriemque propaginum non modo Philippus de Gandara in suo Gallæciæ Nobiliario, Hieronymusque Pardo in suo similis argumenti opere recensuere; sed & peculiare extat Anonymi auctoris opusculum

(1004.) *GENEALOGIA de la Casa de Lemos de los Condes de Amarante* inscriptum, quod quidem ineditum adhuc latet, plurimam tamen lucem inde fœneratos fuisse jam nominatos Gandaram & Pardum nos certiores reddidit Ludovicus de Salazar & Castro (τ).

DVIII. LEZCANO, seu, ut alii scribunt, LAZCANO, celebris ex provincia Guipuscoana ortum trahens familia, quæ inde per Andalusiam regnumque Giennense se diffudit, ut prolixius testatum facit Gundisalvus Argote Molina (υ) qui & ejusdem depicta exhibet insignia (φ) De ortu, serie, statuque ejus exstat Genealogicus quispiam ab anonymo auctore exaratus libellus sic inscriptus:

(1005.) *MEMORIAL de las Calidades nobleza y servicios de la Casa, solar y palacio de Lazcano.* Bis impressus prodiit ille, primum Matriti anno 1634. in folio, & dein mox eodem anno Pampilone, prout testis est P. Gabriel de Henao (χ).

DIX. LEZCUN seu LESCUN, Dominus de Prets in Benearnia, Nobilis Navarrus (ea parte qua Gallorum imperio regnum istud paret, oriundus) scripsit Lingua Gallia ni fallor Stemmatographicum opus

(1006.) *GENEALOGIE des Souverains de Bearne, Empereur Rois, & autres princes descendens de Gaston de Moncade jusq' au Roi Louis XIII.* Mihi illud videre non contigit, unde nec an manu tantum exaratum an vero typis impressum prodierit scire licet; ejusque notitiam soli debeo Josepho Tornezo (ψ) qui illud sub hoc titulo citat;

(1007.) *GENEALOGIA de los Sennores Soberanos de Bearne, Emperadores, Reyes, y otros Principes descendientes de Gaston de Moncada, hasta & Rey Luis decimo tertio.*

DX. LOYOLA, clarissima Guipuscoanæ provinciæ familia, cujus castrum gentilium (Solar audit Hispanis) in districtu oppiduli Azpeitia (non, ut

(τ) in MSto. num. 224.
(υ) Nobleza del Andalusia Lib. 2. cap. 83. fol. 204. b.
(φ) ibidem fol. 206.
(χ) Antiquedades de Cantabria Lib. I. cap. 63. in nott. num. 47. fol. 382. b. m. & lib. 3. cap. 29. in nott. num. 3. pag. 317. a fin.
(ψ) Grandezas de los Vizcondes de Rocaberti fol. 47. a. in not. num. 2.

uti Nicolaus Antonius (ω) ſcripſit, Azcoitia) ſitum eſt, inprimis nominis celebritatem adepta ob Sancti Ignatium Lojolam, Societatis Jeſu fundatorem; Hinc de Hiſtoria ejus Genealogica plurima, inprimis à patribus iſtius ſocietatis evulgata exſtant tum edita typis tum ἀνέκδοτα opuſcula, præter quæ & elaboratum ab anonymo Auctore typisque editum habetur

MEMORIAL, que ſe dio al Rey D. Phelipe IV. y el Conſejo Real de Caſtilla Sobre el Pleito entre el Marques de Alcannizas, y Don Matias Ignacio de Zuazola Sobre la ſucceſſion en el mayorazgo y Caſa de Loyola. Prodiit illud Matriti anno 1665. in folio, copiamque ejus Don Joannes de Echenaguſia, Jurium Licentiatus, ac Deputatus Generalis Provinciæ Guipuſcoanæ ejusdemque Auditor Generalis fecit B. Gabrieli Henao, qui ob exactas, quas de Lojolano ſtemmate ſuppeditat, notitias valde illud deprædicat. (α) Obtinuit autem per ſententiam, die 4. Decembris ejusdem anni à Curia Pinciana latam poſſeſſionem Lojolitici Majoratus prædictus D. Matthias Ignatius de Zuazola, qui & executoria d. 9. Maji 1668. obtenta, tranquilla hucusque cum poſteris eadem fruitur. (1007.)

DXI. LUCAS, de ANDRADE Luſitanus, Portugalliæ Regis Capellanus ac Prior *da Matriz de Villaverde* vernacule dictus, ſcripſit:

VIDA do Luis Alvarez d' Andrade, ſive Commentarium Luſitanice ſcriptum, quo vitam parentis ſui piiſſime geſtam, ejusque ſtemma & majores explicuit; De utroque, Patre & Filio, conſulatur Georgius Cardoſo. (β) (1008.)

DXII. FR. LUCAS de MONTOLIA, Matritenſis, Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Paula ſodalis, ac Hiſtoriographus Generalis, præter ampliſſimum opus

CORONICA general de la Ordem de los minimos de San Franciſco de Paula ſu fundador, Matriti apud Bernardum de Guzmanno 1619. in folio editum, aliaque varia opuſcula etiam vernaculo ſermone (1009.)

VIDA virtudes, ſantitad y milagros del venerable Varon Don Fray Franciſco Vinnenez de Ciſneros Arzobiſpo de Toledo elegantiſſimum conſcripſit opus, in quo (ut Miræi utar verbis) non ſolum Ximenii vitam & egregia, portentoſaque opera, verum & Complutenſis literariæ Reipublicæ monu- (1010.)

(ω) Bibl. Hiſp. Tom. I. pag. 473. a. fin.
(α) Antiguedades de Cantabria Tom. I. in princ.
(β) In Hagiologio Luſitanico d. 3. Martii.

numenta, Collegia, Monasteria, leges, facultates, claros viros & innumera ejus magnalia recenset. Mansit hic liber ineditus, teste Nicolao Antonio (γ) in Archivo Monasterii Sancti Bartholomæi de la Vega Toletanæ urbis.

DXIII. LUCAS (seu ut ipse maluit Romulidum more LUCIUS) MARINEUS SICULUS, ex Bizino Siciliæ oppido oriundus, Panormi litteras Græcas addidicit sub Jacobo Mirabello, latinas ibidem & Cataniæ sub Petro Anguesa & Jacobo Nasone, cui in munere docendi, postquam Romæ quoque sub Pomponio Læto & Sulpitio operam litteris navaverat, Panormi successit; inde à Federico Henriquez Hispaniæ Archithalasso (Almirante de Castilla) qui Annam de Cabrera Modicæ Comitissam ex Sicilia Conjugem duxerat, in Hispaniam evocatus eo concessit anno MCCCCLXXXIV. & Salmanticæ una cum Antonio Nebrissensi docuit per 12. annos, inde in aulam evocatus Regum Catholicorum, ut nobiles ibi pueros & aulicos quoque Sacerdotes latinis imbueret litteris, præterea Ferdinandi V. æque ac Caroli V. Imp. Capellanus ac Historiographus constitutus. Ejus opera in lucem emisit, ut puta

(1011.) *DE LAUDIBUS Hispaniæ* Libri VII. item

(1012.) *DE ARAGONIÆ Regibus* Libri V. Cæsaraugustæ apud Georg. Cocum 1509. in folio editi (quod posterius opus Joannes de Molina, quem supra CCCCXLVIII. 804.) laudavimus, Hispane reddidit, sæpius Genealogis Hispanis laudantur, æque ac integrum illud eleganterque scriptum opus

(1013.) *DE REBUS Hispaniæ memorabilibus* Libri XXII. quod utrumque illud prius recensitum complectitur, & Compluti apud Michaelem de Equia 1533. in folio, dein Francofurti 1579. & in Hispaniæ illustratæ Tom. I. 1603. prodiit; Laudat quidem Philippus de Gandara editionem anni 1530. sed illam anni 1533. innuere ipsum credimus. Id tamen notandum monet Nicol. Antonius (δ) quod quidquid inde Hispaniæ laudibus libris 5to 6to & ultimo de Viris illustribus sui temporis Manricus annotaverat, id totum fere ad evitandam invidiam eorum, qui elogium aut ipsi, aut majores eorum non promeruissent, non sine Regia auctoritate posteriori de rebus memorabilibus integro operi detractum fuerit. Porro &

(1014.) *EPISTOLÆ familiares* nostri Libris XVII. Pinciæ apud Arnoldum Guiliel-

(γ) Bibl. Hisp. Tom. II. pag. 13. b. †.
(δ) Bibl. Hisp. Tom. II. pag. 360. b.

Guilielmum Brocar 1514. in fol. excusæ ad cognoscendas ævi illius personas illustres apprime faciunt, quippe, ut Nic. Antonius ait, Epistolis istis debeat Hispani Autorum suorum Clarissimorumque illius ætatis hominum ac singularium rerum notitiam, adeo ut instar Thesauri una cum Petri Martyris Epistolis esse debeant. Obiit Marineus circa annum MDXXXIV. Conf. omnino pluribus Did. Joseph. Dormerus. (ε)

DON LUDOVICUS ABARCA de BOLEA, Martini Abarcæ, quem Rex Philippus IV. Marchionem de Torres creaverat, ex Donna Catharina Perez de Almaza filius, secundus Turrium Marchio & Dominus oppidorum Maella, Botorrita, Sietamo &c. Ordinis Sancti Jacobi Eques, libellum DXIV.

PALÆSTRA Austriaca inscriptum Oscæ typis edi curavit anno 1650: (1015.) nobis eundem videre non licuit; debemus tamen ejusdem notitiam Josepho Pellicerio (ζ) qui laudavit, Austriacæque gentis elogium historiamve complecti facile credimus.

DON LUDOVICUS de AGUILAR PONCE de LEON, Benedicti de Aguilar & Donnæ Elviræ Manuel de Santillan & Marmolejo filius eorumque in majoratu successor, Ordinis Calatravensis Eques & Decurio Ecijensis, Vir Historia stemmatumque Hispanorum notitia apprime imbutus, de inclyta Aguilarum familia duo in lucem publicam emisit Genealogica opuscula, quorum alterum hoc notavit lemmate DXV.

MEMORIAL de la Casa de Aguilar; Prodiitque illud in folio, alterum (1016.)

MEMORIAL de los Marqueses de Pliego Sennores de la Casa de Aguilar (1017.) quod itidem in folio excusum prostat. In priori integrum stemma Caguilariense exhibuit; in posteriore vero ea suppletum ivit, quæ in Josephi Pellicerii Memoriali pro Grandatu à Marchione Pliegensi obtinendo olim edito & supra (CCCCLXXXVIII. 890.) recensito desiderari poterant; Utrumque opus debitis cum Auctoris encomiis citant Antonius Suarez de Alarcon (η) & Ludovicus de Salazar & Castro. (θ) Tres Ludovicus noster Aguilar uxores habuit 1.) Mariam de Rueda, Sanctii de Rueda & Mariæ de Cardenas filiam, 2.) Isabellam Manuel de Velasco 3.) Marianam de Viveroponce de Leon, Ludovici de Bannuelos

(ε) Progressos de la Historia de Aragon pag. 33. & pag. 55.
(ζ) Bibliotheca de sus escritos fol. 154. pr.
(η) Relaciones Genealogicas de los Marqueses de Trocifal pag. 346. 552. &c.
(θ) In MSCto cit. num. 164.

los & Velasco ex Maria de Pennalosa & Bivero filiam, & ἄπαις ex omnibus decessit.

DXVI. DON LUDOVICUS de AGUILAR & LOSADA, ex eadem nobilissima Aguilarensi familia prosatus, vir studio Genealogico & addictissimus & in eodem versatissimus, plura elaboravit opuscula Genealogica, quibus varia nobilium Hispanorum stemmata deduxit æque ac illustravit, quæ tamen lucem publicam non adspexere; inprimis eidem adjudicat Ludovicus de Salazar & Castro (ι) elegans quoddam Genealogicum opus

(1018.) *DE DUCUM Montalti stemmate*, quo de inferius sub titulo *MONTALTO* pluribus differendi nobis locus dabitur.

DXVII. DON LUDOVICUS de ALARCON & BEAUMONT, Didaci Ruiz de Alarcon primi Comitis de Valverde ex quarta Conjuge Anna de Beaumont & Navarra Vice-Comitis de Castejon filia filius secundogenitus, primo Manriqueziani dein & majoris S. Ildephonso sacri in Universitate Complutensi Collegiorum sodalis, togæ dein sagum prætulit, & miles in classe Regia stipendia meruit, creatus temporis successu Eques Ordinis Calatravensis. Hic cum Alarconiæ domus antiquissima documenta distractum partim, partim perditum iri cerneret, quotquot eorum, adjutus ope patrui Don Francisci de Alarcon, Episcopi Pampilonensis, nancisci potuit, summo studio & diligentia collegit, & à supremo Regni Navarrici Senatu revisa & approbata edidit. Titulus libri est

(1019.) *ESCRITURAS de la Casa de Alarcon*, Matriti anno 1651. in folio. Sæpius illis utitur Don Antonius Suarez de Alarcon (κ) citatque eadem cum Auctoris s. Collectoris debito encomio Josephus Pellicerius. (λ)

DXVIII. DON LUDOVICUS ALPHONSUS de ARANDA, Eques in urbe Alcala la Real dicta residens de proprio stemmate Commentarium

(1020.) *GENEALOGIA de la Casa de Aranda* inscriptum composuit, latet ille adhuc ineditus, laudaturque Ludovico de Salazar & Castro. (μ)

DXIX. FR. LUDOVICUS ALPHONSUS de CARVALLO, natus (prout ipse fatetur (ν)) in oppidulo *Entrambas aguas* dicto & prope urbem Cangas de Tineo in Asturibus sito, post exactum studiorum cursum con-

(ι) In MSCto cit. num. 199.
(κ) Relaciones Genealogicas pag. 165. b. & 227. b. &c.
(λ) Bibliotheca de sus escritos fol. 154. a.
(μ) In MSCto cit. num. 167.
(ν) In Præf. lib. antiguedades de Austrias.

conſtitutus eſt Rector inſignis Collegii Sancti Gregorii in Ovetenſi Univerſitate, mactatus poſtmodum præbenda Cathedralis ibidem Eccleſiæ, cujus & aliquandiu Archivarius fuit; tandem mundanarum rerum pertæſus Jeſuiticum intravit Ordinem, in quo & ad finem usque vitæ, quem circa annum 1630. obtinuit, perſtitit varia ſcripſit erudita ſatis ingenii monumenta, quæ inter primas obtinet opus Hiſtorico-Genealogicum

ANTIGUEDADES y Caſas memorables del Principado de Aſturias inſcriptum, quod non modo veterum Aſturiæ Principum ortorumque inde Caſtellæ Regionisque Regum, ſed & plurimorum aliorum magnatum nobiliumque familiarum ex Principatu Aſturicenſi origines ſuos derivantium incunabula & propagines exacte ſatis recenſet. Opus hoc ſub Philippo II. Rege ab Auctore abſolutum diu manu exaratum inter manus diſcurrit curioſorum, variaque ejus exſtitere apographa, quorum duo vidit Joſephus Pellicerius, alterum in Don Joſephi Ronquillo Bricenno, Vice-Comitis del Villar, alterum vero in Don Antonii de Ron & Valcarcel Viri doctiſſimi ſcriniis aſſervatum, uti ipſe teſtatur (ξ) usque dum Julianus de Paredes, Bibliopola Matritenſis illud ſuis ſumtibus Matriti anno 1695, in folio imprimi curaret, qui Don Joanni Zueypo de Llano & Valdes, Archi-Epiſcopo Charrarum in Occidentali Indie & Conſiliario Regio nuncupavit, ejusque majores in Epiſtola Dedicatoria prolixe recenſuit. Præter hocce typis excuſum opus aliud etiam (1021.)

DE LAS Caſas y Solares de Aſturias ſive de nobilibus familiis Aſturicenſibus opus Genealogico-Heraldicum, ab Auctore manuſcriptum relictum fuit. Certe ipſe Auctor meminit (ο) ſe tale opus collecturum, & ex prælaudato antiquitatum opere ſatis elucet, eam ab ipſo non cœptam modo ſed & perfectam fere telam fuiſſe; interim tamen dictus Julianus de Paredes, qui ſe una editurum illud ſpem conceperat, omnem illius obtinendi fruſtra inſumſiſſe operam conqueritur, unde deperditum poſt Auctores obitum ſuſpicatur. Extant tamen peculiaria quædam Carvalli opuſcula Genealogica, quæ forſitan ex grandi illo theſauro promanarunt. Prodiit nempe excuſa in folio (1022.)

GENEALOGIA del linage de Valdes, ſeu de Valdeſcorum proſapia libellus, quem laudant Rodericus Mendez Silva, (ϖ) atque Sanctius (1023.)

(ξ) Memorial del Conde de Miranda fol. 112. a. fin.

(ο) In Præf. cit. in fine.

(π) Memorial de la Origen de la Caſa de Valdes fol. 4. a. fin.

ctius Doriga de Valdes (ρ) item citatum à Joanne Florez de Ocariz (σ) opusculum

(1024.) *GENEALOGIA de los Duques de Estrada* inscriptum.

DXX. FR. LUDOVICUS ab ANGELIS Portuensis Lusitanus, Ordinis Eremitarum Augustinianorum sodalis, Theologiæ Doctor, & in Collegio Olyssiponensi sacræ scripturæ interpres, simulque Alexio Meneses ArchiEpiscopo Braccarensi a Confessionibus, ac Ordinis sui historiographus celeberrimus ob elegans de vita & laudibus B. Augustini Conimbriæ typis Didaci Gomez de Laureiro 1612. in quarto editum opus, nobis heic quoque commemorandus venit ob libellum, quem sic inscriptum:

(1025.) *JARDIN de Portugal de mulheres illustres*, Conimbricæ anno 1626. in lucem emisit; in eo enim exhibuit plures ex Lusitanica nobilitate feminas laudibus conspicuas, quarum partim majores partim posteros quandoque recenset. Obiit, teste Nicolao Antonio (τ) anno MCCCXXIV. Olyssipone.

DXXI. FR. LUDOVICUS de ARIZ, Najaræ, ut recte censet Nicolaus Antonius (υ) nobili stirpe prognatus, patrem habuit Joannem, Francisci Manriquezii, Auriensis Episcopi Oeconomum, a quo & Ludovicus filius ejusdem Cathedralis Ecclesiæ Canonicus fuit constitutus; eo dein munere relicto Ordinem Sancti Benedicti ingressus est in Monasterio celebri Valvanera dicto, ubi & conscripsit elegans opus, cui titulum imposuit

(1026.) *HISTORIA de las Grandezas de la Ciudad de Avila.* Prodiit illud Compluti apud Didacum Martinez Grande 1607. in folio, inseruitque eidem Auctor stemmatographias primaria illa in civitate residentis nobilitatis per Castellæ Regnum florentibus prosapiis. Unicus fere est (quod Abulenses inprimis spectat familias) in hoc argumento liber, quamvis in eo Ludovicus de Salazar & Castro multa desideret, qui Auctorem huic studio minime accommodum fuisse, neque adeo solide & cum judicio rem Genealogicam pertractasse libere ingenueque profitetur.

DXXII. DON LUDOVICUS de AYALA, ex cognomine nobilissima stirpe oriundus, haud alio tamen Nicolao Antonio (φ) nobisque nomine notus, quam quod Auctor sit libelli cujusdam tali frontispicio notati

IN-

(ρ) Memorial de la Casa de Asturias fol. 67. a. lit. Oo.
(σ) Nobiliario de nueva Granada Tom. I. fol. 303. pr.
(τ) Bibl Hisp. Tom. II. pag. 15. a. fin.
(υ) In MSCto cit. num. 29.
(φ) Bibl. Hisp. Tom. II. pag. 14. b. pr.

INDICES de Genealogias; quem tamen ad noſtrum ſpectare forum facile credimus. Vidit eundem manuſcriptum, (adhuc dum enim ineditum latet) Antonius Matriti in ſcriniis Don Garſiæ de Salzedo Coronel, Ordinis Sancti Jacobi Equitis, Civis amicique ſui, dum viveret optimi. (1027.)

LUDOVICUS de BELMONTE Auctor præſcribitur libro DXXIII.

HAZANNAS de Don Garcia Hurtado de Mendoza, ſive de vita, ortu, rebusque præclare geſtis Herois illius Commentarius, editus anno 1622. in quarto; Suſpicaturque Nic. Antonius (χ) eundem eſſe, quem Comœdiarum poetam vel eo tempore audire licuit in theatris, quo ſub Lupo Vega & aliis Hiſpana Comœdia omnes alias omnium gentium omnisque ætatis provocabat. (1028.)

FR. LUDOVICUS de CACEGAS Luſitanus, Dominicanus in Penficæ Monaſterio ſodalis & Ordinis ſui per Luſitaniam Hiſtoriographus, cui ut ſatis faceret muneri, ſcripturus Hiſtoriam Dominicanorum Luſitaniæ vicennio & amplius peregrinatus omnia, quæ ei fini poterant deſervire, monumenta collegit literaria, ante digeſtum tamen opus anno MDCX. ſeptuagenario major vivere deſiit; coementa ejus in ordinem redegit, & eleganti ſermone vernaculo concinnata edidit ſodalis ejusdem cœnobii Fr. Ludovicus de Souſa, cujus ſtudio typis Gerardi de Vinha anno 1633. in folio prodiit DXXIV.

PRIMEIRA parte da Hiſtoria de S. Domingos particular do Reyno è conquiſtas de Portugal, per Fr. Luis Cazegas da meſona Ordem è Provincia è Chroniſta della, reformada con eſtilo & Ordem & ampliada em ſucceſſor & particularidades per Fr. Luis de Souſa filho do convento de Benfica. Excepit diu poſt Souſæ obitum, Cura Antonii de Purificatione ejusdem Ordinis ſodalis ſecunda pars, edita apud Henr. Valentem 1662. fol. tertiaque prælo parata dicitur a Nic. Antonio, (ψ) qui & addit, ejusdem Souſæ opera prodiiſſe aliud Cacegæ noſtri opus, nuncupatum (1029.)

A VIDA de D. Fr. Bartholome dos Martyres da Ordem dos Pregadores, Arcevispo y Senhor de Braga, reformada em eſtilo è Ordem è ampliada per Fr. Luis de Souſa. Vianæ 1619. in folio. Reliqua Cacegæ opera adhuc inedita in ſcriniis latent, quæ inter præcipue laudatur (1030.)

DAS GENEALOGIAS de Portugal liber a Georgio Cardoſo (ω) ut & (1031.)

DAS

(χ) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 18. pr.
(ψ) Ibid. pag. 19. b.
(ω) In Hagiologio Luſitanico Parte 2. d. 19. Mart.

(1032.) *DAS MATRONAS illustres da Ordem de S. Domingos*, quod authenticum asservatur in Cœnobii Benficensis Archivo, teste eodem Cardoso. (α)

DXXV. LUDOVICUS COELLO seu COELHO de la BARBUDA, Olyssiponensis Lusitanus, teste Nicolao Antonio (β) vernacula Castellæ lingua scripsit:

(1033.) *REIES de Portugal y empresas militares de los Lusitanos.* Olyssipone 1624. in quarto, in quo dubio procul Regum æque ac nobilium Lusitanorum fortia facta & res præclare gestæ percensentur.

DXXVI. FR. LUDOVICUS de CORDUBA RONQUILLO, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis in Cœnobio urbis Ubetensis sodalis, Theologiæ Magister, Ordinisque sui per Bæticam Provincialis, postmodum Carthaginis Americanæ Præsul, unde reversus in Hispaniam Granatæ diem supremum clausit, designatus Truxiliensis apud Occidentales Indos Episcopus; edidit, ut Nicolai Antonii fide (γ) asserimus

(1034.) *SERMONES funebres de los Excellentissimos Condes de Olivares*, quibus de Guzmannico eorundem stemmate nonnulla insertæ censemus.

DXXVII. DON LUDOVICUS HENRIQUEZ de NAVARRA, Alcayde sive Præfectus perpetuus Castri Almanzæ, Ordinis Sancti Georgii de Montesa Eques, & ejusdem Ordinis Præses Provincialis in Oretanis (vulgo la Mancha) Vir studio Genealogico addictissimus, ut testantur plurimæ ipsius

(1035.) *GENEALOGIÆ præcipuorum stemmatum nobilium in Regnis Castellæ novæ, Murciæque florentium*, magno studio & collectæ & elucubratæ, quæ tamen lucem hactenus publicam non viderunt; quin &

(1036.) *CODICEM antiquum Genealogicum de præcipuis familiis Regnorum Castellæ* possidet, quem jure hæreditario a majoribus acceptum indiesque novis accessionibus adauctum ad posteros transmisit. Vidit omnia hæc, qui cum veritatis æque ac exactitudinis laude conscripta censet, Ludovicus de Salazar & Castro. (δ)

DXXVIII. DON LUDOVICUS LOBO de SILVEIRA Dominus oppidi de las Sarçedas & Sobrera fermosa, Nobilis Lusitanus ac Ordinis Sancti Christi Eques, progenitorque Comitum de las Sarçedas & Marchionum de

(α) Ibid. d. XI. April. & d. 28. Maji lit. b.
(β) Bibl. Hisp. Tom II. pag 23. a. m.
(γ) Bibl. Hisp. Tom. II. pag. 23. fin.
(δ) In MSCto cit. num. 181.

de Sobrera fernoſa, Vir eruditiſſimus, ſtemmatumque patriæ nobilium hiſtoriæ gnariſſimus, abſolvit prælo paratum ante obitum habens

LIBRO de linages reales, cenſura jam ſolenni munitum, quo fato tamen neſcio, adhuc ineditum; Autographum auctoris ex Bibliotheca Excellentiſſimi Medinæ Turrium Ducis coemtum poſſedit Don Petrus de Brito Coutinho inferius ſuo loco laudandus, poſt cujus obitum illud nactus eſt ſummus Vir Joannes Lucas Corteſius, & ex ejusdem relicta ſuppellectile libraria cœmit Ludovicus de Salazar & Caſtro; vidimus & apographum ejusdem operis in Regia Pariſienſi Bibliotheca in fol. deſcriptum (ε). Summis illud extollunt laudibus dictus Salazarius de Caſtro (ζ) Antonius Suarez de Alarcon (η) aliique. Speciatim præterea magno ſtudio & labore a noſtro fertur exaratum. (1037.)

NOBILIARIO de Portugal, ea ſolummodo inter nobilia Luſitaniæ ſtemmata, quæ ab aliis Genealogis ſilentio prætermiſſa fuere, recenſens; quod opus ibidem inter ἀνέκδοτα latet, dilaudaturque tum ab Antonio Suarez de Alarcon (θ) tum & a Salazario noſtro (ι). (1038.)

DON LUDOVICUS DE SALAZAR ET CASTRO, Ordinis Calatravenſis Eques & Commendatarius oppidi Zurita, ac Ordinis ejusdem Procurator Generalis, Primariusque Apparitor (Alguaz il mayor vocant) Inquiſitionis Fidei per regnum Toletanum; olim Cubicularius Miniſter Caroli II. p. m. Regis, ejusdemque Bibliothecæ in palatio regio præfectus, a quo anno MDCLXXXV. Franciſco Sotæ ſupra ſuo loco laudato ſuffectus eſt regnorum Caſtellæ Chronographus, tandemque ſupremus Hiſpaniarum Indiarumque conſtitutus Hiſtoriographus, Vir, in quo cum ſumma eruditione integritas humanitasque eximia certant; quippe Hiſtoriæ, Antiquitatumque patriarum non modo, ſed & omnis rei Genealogicæ tam quod Hiſpanicas quam quod exteras Galliæ, Italiæque imo univerſæ pene Europæ, familias attinet, peritiſſimus; quemve cum Excellentiſſimi Marchionis de Mondejar (κ) Joannis Lucæ Corteſii aliorumque ſummorum virorum encomiis laudare poſſem, unicum ipſius heic inſeram elogium, DXXIX.

(ε) Vid. Catalogum MSCtorum num. 10018.
(ζ) Hiſt. Genealog. de la Caſa de Silva Tom. II. pag. 319. m.
(η) Relaciones Genealogicas de los Marqueſes de Trocifal pag. 426. b.
(θ) ibidem pag. 416. a. m.
(ι) In MSCto ſæpe cit. num. 36.
(κ) vid. Joannes de Roman y Cardenas noticias Genealog. de Segovia pag. 39. & 448. fin.

gium, quo CL mus Jesuita Alvarus Cienfuegos, quem superius loco proprió jam laudavimus, eum orbi erudito commendatum voluit, cujus „hæc sunt verba (λ): Pero confessamos gustosamente deber esta luz al „que lo es oi de la historia y de la erudicion de Espanna, singularmente en „puntos de Genealogia, a Don Luis de Salazar y Castro &c. cuya pluma „ennobleze todo lo que escrive, y retrocediendo con buelo feliz hasta la „antiquedad, rompe su densa niebla con mucho sol, mereccendole sus „incomparables fatigas en las noticias Genealogicas el blason de Principe „en esta siempre dificil parte de la Historia, en que supo quitar yà la osadia à la embidia.„ Plurimos optimus hicce Vir elucubravit partim, partim & edidit doctissimi ingenii foetus, quorum seriem, prout ipse eandem manu sua consignatam nobis transmisit, heic dabimus. Primum omnium typis editorum fuit

(1039.) *CATALOGO Historial-Genealogico de los Sennores y Condes de Fernan-Nunnez, des de la conquista de Cordova anno de 1236. hasta este de 1682.* anno 1682. Matriti in folio excusum, in quo familiam de los Rios succincte explicuit

(1040.) *MEMORIAL dilatado por el tercero Conde de Luque, Don Egas Salvador Venegas de Cordova*; in quo opere omnium Domus Veneganæ ramorum propagines prolixius enarravit, junctamque ei Cordubensem amplissimam stirpem simul explicavit; cœpit quidem illud imprimi anno 1684. sed integrum tamen hactenus e typographia non in lucem prodiit.

(1041.) *HISTORIA Genealogica de la gran Casa de Silva*, duodecim distincta libris, Silvanæque domus per Lusitaniam, Hispaniam, Italiamque diffusæ ortus & propagines omnes, ac cum illustrioribus aliis stemmatibus nexum solide exacteque referens, adjectis Tabulis Genealogicis, insignibus æri incisis. Matriti apud Matthæum de Llanos 1685. in folio 2. voll.

(1042.) *ADVERTENCIAS Historicas sobre las obras de algunos doctos Escritores modernos, donde con las Cronicas y con las Escrituras solicita su mejor inteligencia.* Ibidem apud eundem 1688. in quarto. In hoc libro correxit Auctor plurimos errores a celebrioribus Hispanis Genealogis hinc inde in suis operibus commissos, inprimis ab Alphonso Lopez de Haro, Josepho Pellicerio, Josepho Tornero, & Alvaro Ferreira de Vera viris clarissimis.

(1043.) *REFLEXION Historica sobre los Casamientos de las Casas de Austria y Bavie-*

(λ) Vida de San Francisco de Borgia Lib. I. cap. 10. §. 2. fin.

Baviera. Ibidem apud eundem 1689. in folio, in hoc ſtemmata Auſtriacum Hiſpanum Regium, Palatinumque Rheni & Bavaricum recenſuit, idque occaſione ſecundarum Caroli II. Regis Hiſpaniæ cum Mariana Principe, Philippi Guilielmi Electoris Palatini filia nuptiarum illo anno celebratarum.

HISTORIA Genealogica de la Caſa de Lara, opus IV. Tomis comprehenſum, quorum primus continet Libris 7. 1.) generalia. 2.) antiquos Caſtellæ Comites & Laræ Dominos ex Regibus Gothorum oriundos. 3.) Vice-Comites Narbonæ & Barones de Taylaran ex maſcula Larana ſtirpe ortos. 4.) Comites & Dominos Molinæ. 5.) Manriquezios, Amuſei & Sanctæ Gadeæ Dominos. 6.) Caſtannedæ Comites & Marchiones de Aquilar. 7.) Oſſorni Comites ſecundus 8. libris. 8.) Nageræ duces. 9.) & 10.) Comites de Paredes. 11.) Dominos de Valdeſcaray & Comites ſanctæ Gadeæ. 12.) Dominos de Villazopeque & Hita. 13.) Dominos de Frigiliana & 15.) Dominos de Pergola, Torre de Quadros, Guillena, Manriquios Najarenſes, Marchiones ſancti Jacobi in regno Peruviano, Dominos de Maganna, Zagra, Nogales, Sotillo, Vice-Comites de Ambite &c. Tomus tertius Libris 5. 16.) & 17.) alios Dominos Laræ & Ricoshombres antiquos. 18.) Dominos Lievanæ, Pennalvæ, Ontoriæ, Turrisquebradilli, Torralvi, Fermoſellæ, Valtierræ &c. 19.) Dominos de Aza & familiam cognominem. 20.) Dominos de Manzonedo & Villalobos &c. Tomus quartus non niſi Diplomata & Scripturas authenticas, variaque continet teſtimonia, quibus ad illuſtranda ſtemmata iſta, comprobandasque earum ſucceſſiones Auctor uſus fuit, quæ bona fide & exactitudine poſſibili recenſet. Prodiit integrum opus hoc Matriti apud Matthæum de Llanos & Guzman 1696. & 1697. in folio, quatuor voluminibus. Præter hæc præfixo ſuo nomine edita opera, & aliorum plurium, quæ ſuppreſſo nomine typis prodiere, libellorum Genealogicorum ſemet ipſe auctorem profitetur, quales ſunt. (1044.)

MEMORIAL de la Caſa del Conde de Clavijo Don Marcos de Lanuza Arellano y Linnan, Gentilhombre de la Camerra del Rey don Carlos ſegundo, Sennor de Mira flores y la Aldeguela. Quanuzanum celebre inter Aragonica ſtemma libellus iſte pertractat; Marcumque illum Carolus II. Rex creavit Comitem de Clavijo, quod opidulum eſt in Riojæ provincia ſitum, eundemque ſimul in redituum Cameræ ſenatu conſtituit Conſiliarium, quo munere eundem poſtea abdicavit Philippus Dux Andegavenſis, Vtus hodie Hiſpaniarum Rex. (1045.)

(1046.) *RESUMEN de las succeſſiones de los Condes de Luque*; eſt quaſi Compendium atque continuatio majoris illius ſupra num. 1040. recenſiti operis, Veneganæ domus Genealogiam integram breviter ſiſtens.

(1047.) *MEMORIAL de Don Pedro Hiacinto de Narvaez, Sennor de Bobadilla.* Bobadilla, Comitatus eſt in regno Granatenſi prope urbem Antequeram ſitus, domuique Narvaez proprius, quæ jam antiquitus titulo iſto a regibus fuerat donata, eundem tamen jure ſibi non vindicavit, antequam anno 1688. Salazarius hocce libello id efficeret; unde ex eo tempore Don Petrus Jacinthus de Narvaez & Rojas ſibi aſſeruit titulum Comitis Bobadillæ, Domini del Cambron, Præfecti Vexilliferique ſupremi Antiquarienſis perpetui, quæ officia illuſtri huic inter Bæticas familiæ ſunt innexa.

(1048.) *NOTICIAS de las Caſas, que poſſee la Duqueſa de Najara, Donna Nicolaſa Manrique de Lara, Mendoza y Valeſco.* Nata illa fuit die 26. Februarii 1662. nupſitque die 6. Junii 1687. Don Beltrano de Guevarra Domino de Fuente Almexir, Comitis Onnatenſis fratri, Claſſisque Hiſpanicæ præfecto generali; vid. de ea Salazarii Hiſt. Geneal. Domus Laranæ.

(1049.) *MEMORIAL de Donna Anna Maria de Caſtilla, hermana del Sennor de Gor.* Fuit illa Didaci, octavi Domini de Gor ex prima uxore Franciſca Iſabella Laſo de Caſtilla filia, Domina de Cardela, nupſitque Don Alvaro Ludovico de Cordova, ſecundo Marchioni de Valenzuela.

(1050.) *MEMORIAL de Don Juan de Hineſtroſa.* Suſpicor eſſe hunc Don Joannem Fernandez de Hineſtroſa & Ribera, Dominum majoratus de Utreca, illuſtrem equitem Hiſpalenſem, quem Carolus II. Rex creavit Marchionem oppidi Cueval del Rey in Andaluſia ſibi, quo adhuc dum fruebatur anno 1702.

(1051.) *MEMORIAL del Marques de Valverde.* Eſt is Don Ferdinandus de Tovar Henriquez de Caſtilla, Ordinis Calatravenſis Eques, Dominus Terræ de la Reina, oppidorumque Valverde, Villamartin, Siero &c. in regno Legionis, creatus a Carolo II. Marchio de Valverde, Vir Genealogico ſtudio hiſtoriæque patriæ addictiſſimus.

(1052.) *MEMORIAL del Conde de Torrejon Don Alvaro Pantoja de Caravajal Portocarrero, Texto Conde de Torrejon, Marques de Valenzina, Sennor de Mozejon y Benacazon.* Heredavit is Comitatum ab Antonia matre, quinta Comitiſſa, ſorore Beatricis 4tæ Comit. & Alvari Pizarro 3tii Comitis, cujus avia Maria de Caravajal 2da Comitiſſa ſoror fuerat Franciſci de Caravajal, quem primum oppidi Torrejon el Rubio in Extremadura Comitem creaverat Rex Philippus III. Alvarus iſte Pantoja etiam ab avia paterna hære-

hæredavit Marchionatum Valenzinæ in regno Hispalensi, & ex Melchiora de Mendoza, Marchionis Villægarciæ & Valentiæ Proregis sorore duos suscepit filios Alvarum successorem & felicem in Flandriæ anno 1702. militantem.

MEMORIAL de la Grandeza del Conde de Palma. Nomen illius est (1053.)
Don Ludovicus Antonius Thomas Portocarrero, Bocanegra & Mendoza, quintus Palmæ Comes, Marchio de Montesclaros, Ordinis sancti Jacobi Eques & Cataloniæ quondam Pro-Rex, famosi illius Cardinalis de Portocarrero ex fratre nepos, quem Carolus II. Rex petito supplici isto libello Grandatus honore mactavit.

MEMORIAL por Don Juan de Prado y Marmol. Fuit is Nobilis au- (1054.)
licus (Gentilhombre de la Boca vocant) Regis Caroli II. & in Curia redituum Senator, ac dein Decurio Segoviensis, frater Donnæ Mariæ, Manuelæ de Prado, Josephi Portocarrero & Silva, Marchionis de Castrillo uxoris, quæ Belmontii, oppidi ad Tagum fluvium in Regno Toletano siti Marchionissa cluet, concessitque Joanni nostro Rex Carolus II. titulum Comitis de Belmonte.

MEMORIAL de los Condes de Lerin sobre la Grandeza de la primera (1055.)
classe; pertractat iste libellus Beaumontium, illustre inter Navarros stemma; possidentque Lerinensem hodie Comitatum Duces Albæ de Tormes. Et hæc sunt, quæ typis impressa prodiere amicissimi Salazarii opera, quamvis quo anno quodlibet eorum in lucem sit emissum, ipse non annotavit, sequuntur nunc, quæ inedita quidem, sed absoluta præloque parata asservat.

MEMORIAL por la Classe de la Grandeza del Marques de los Velez. (1056.)
Fuit is Don Ferdinandus Joachimus Fajardo, sextus Marchio de los Velez, Condestabilis Indiarum, Pro-Rex Neapolitanus, tandemque status Consiliarius, Senatusque Indiarum supremi præses, qui obiit ἄπαις 1694. & quoniam frater ipsius Don Petrus Carmelitarum nudipedum ordinem ingressus erat, hæredavit Marchionatum soror Maria Theresa Fajardo & Requesens, septima Marchio de los Velez, uxor Don Ferdinandi de Aragon & Moncada, octavi Ducis de Montalto & Bibona, Consiliarii status præsidisque supremi Senatus Aragonici, cujus filia unica nubsit 1683. Josepho Federico de Toledo Osorio Fernandinæ Duci, sexti Marchionis Villafrancæ primogenito.

MEMORIAL del Sennor de Gor por el Tratamiento de pariente del Rey. (1057.)
obtinuitque a Rege Carolo II. petitum istud, qui supplicem hunc libellum

obtulit, Don Sanctius de Castilla, nonus Dominus de Gor, Didaci octavi Domini ex secunda uxore Donna Isabella de la Cueva & Benavides filius.

(1058.) *MEMORIAL de Grandeza por el Almirante de Aragon.* Erat ille Don Isidorus Thomas de Cardona. Marchio de Guadaleste, ultimus Cardonensis prosapiæ masculus, qui cum ad Gallæcos, quos pro Rege gubernandos susceperat, abitum pararet, Matriti mense Augusto 1699. obiit, anno ætatis 30. post cujus obitum de Marchionatu isto contenderunt Marchiones Arizæ & Castelli novi, prior agnatus defuncti, posterior vero proximior cognatus; quænam vero sit lata sententia, adhuc nescimus.

(1059.) *MEMORIAL por el Conde de Teva.* Possedit Comitatum istum a Carolo V. Imperatore quondam erectum nobile Guzmannicum stemma, ex quo tandem recidit in Comitem de Montijo Don Christophorum Portocarrero Guzman & Luna, cujus filia Catharina Comitatu isto fruitur, uxor Don Antonii de Corduba, Ludovici Ignatii sexti Marchionis de Priego Ducisque Feriæ ex Donna Mariana de Corduba filii.

(1060.) *GENEALOGIA de la Casa de Alvaro*

(106 .) *GENEALOGIA de la Casa de Cabrera.*

(1062.) *HISTORIA Genealogica de la Real Casa de Castilla por la linea Borgonna Condado.* Opus duobus Tomis constans in folio, & regium Hispanicum stemma ex Burgundico sanguine deducens.

(1063.) *ARBOLES de Costados de los Titulos de Espanna, al tiempo de la Creacion de cada uno*; Opus ibidem duobus in folio voluminibus absolutum.

(1064.) *ARBOLES de Costados, y relacion de los Titulos de Espanna, que oi viven,* sub initium nempe hujus Sæculi post Christum XVIII.

(1065.) *NOTICIAS Genealogicas y relacion de las Casas y Estados de los Grandes y Titulos de Espanna, que oi viven.* Hocce anno 1702. absolutum opus propria Auctor manu descriptum donavit illustri Ehrencronio, qui nobis ejus copiam fecit, eratque in animo, illud latino idiomate redditum huic nostræ Bibliothecæ adnectere, nisi in nimiam libellus molem excrevisset.

(1066.) *GENEALOGIA de la Casa de Prado*

(1067.) *GENEALOGIA de la Casa de Mendoza,* opus sat ampli voluminis, quod brevi se editurum pollicitus est Auctor clarissimus (μ).

(1068.) *GENEALOGIA de los Condes de Modica* Comitatus iste amplissimus æque àc ditissimus inter Siculos Cabrerano olim stemmati adhæsit, hodieque

(μ) Advertencias Historicas §. 256. pag. 318. m.

dieque matrimonii vinculo innexus est familiæ inclytæ Henriqueziorum, Castellæ Almirantium, Ducumque Medinæ de Rio Seco.

COLLECCION de Epitafios y memorias sepulcrales de Espanna, quæ notitiæ nobilium Hispanorum Stemmatographicæ multum lucis fœneratur; nitide descripta præloque servatur parata in folio (1069.)

HISTORIA de los Commendadores de la orden de Sant Jago con sus Genealogias y armas, desde que los Maestrazgos entraron en la administracion de los Reies Catolicos. Opus duorum voluminum in folio, quanquam adhuc imperfectum, sed quod Historiam status hodierni trium Hispaniæ Equestrium ordinum, puta D. Jacobi, Calatravensis, Alcantarensisque affatim suppeditabit, & illustriores Hispanas Familias tantum non omnes complectetur. Congessit quoque, & in (1070.)

TABULAS Genealogicas redegit optimus noster Salazarius universa, quotquot sunt, Grandium Hispanorum stemmata, quæ inter inprimis Toletanum, Velascium, Avilense, Davalense, Centellanum, Guevarricum, Chavesium, Moscosanum Messianumque, quod omnes propagines ramosque exacte deduxit atque enodavit. (1071.)

Ex quibus omnibus satis superque est videre, quam indefesso studio & Herculeo plane labore summus hic vir studium Genealogicum, præsertim quod patriam spectat Hispaniam, excolendum sibi enucleandumque sumserit, unde citra omne dubium inter hujus ævi Genealogos principem ipsi locum decernimus concedendum. Tandem & Colophonis loco

BIBLIOTHECAM Genealogicam adjicimus, seu recensum 239. Scriptorum Genealogicas Hispanas res exponentium, quem nostris per illustrem Ehrencronium iteratis precibus satisfacturus Vir hicce humanissimus benevole nobiscum communicavit, quove nos strenue in hocce opusculo adjutos gratissime lubentissimeque agnoscimus. (1072.)

DON LUDOVICUS DE VARONA SARAVIA, ordinis Alcantarensis Eques, & in Curia Regiorum redituum Matritensi Senator, idem prorsus (nisi omnia me fallunt) quem Juris utriusque Doctorem & in suprema Pinciana Curia circa Annum MDCLII. Consiliarium indigitat Joannes Florez de Ocariz (v), circa annum 1681. typis impressum evulgavit DXXX.

MEMORIAL Genealogico de la Casa de Varona y otras concurrientes en cabeza de Don Francisco Bernardo de Varona. Fuit hic consobrinus Ludovici (1073.)

(v) Nobiliario de nueva Granada Tom. I. pag. 489. m.

dovici noſtri, & Capitaneus generalis Septæ (vulgo Ceuta munitæ in ora Africæ maritima ad fretum Gaditanum urbis,) ac Regii bellici Senatus Conſiliarius.

DXXXI. LUDOVICUS DE VERA, qui primum apud Gaſparum Garceran de Pinos, Comitem de Guimera, & dein apud Monteleonis Ducem Secretarii munere defunctus, præter moralia nonnulla, quæ edidit, etiam Auctor præfigitur operi cuidam Genealogico, quod tali prodiit inſignitum titulo

(1074.) *SUMARIO Genealogico de la Caſa de Pinos*, Barcinone, ut credo, circa initium prioris ſeculi XVII. in folio excuſum; Verum ipſum Gaſparum Guimeræ Comitem genuinum operis iſtius auctorem debere agnoſci monent nos Stephanus Corbera, (ξ) Joannes Franciſcus Andreas de Uztarroz (ο) atque Nicolaus Antonius (π)

DXXXII. LUDOVICUS DE VERA, quem alium diverſumque a priori credere nos & ætatis & muneris cogit conditio; hicce enim Comitum de Eril domeſticus miniſter, conſcripſit circa annum 1650. libellum, qui

(1075.) *GENEALOGIA de la Caſa de los Condes de Eril inſignitur*, & in Archivo eorundem Comitum manuſcriptus aſſervatur.

DXXXIII. DON LUDOVICUS ZAPATA Dominus vel Zehel, Polopos & el Bunnol, Franciſci ni fallor Zapatæ Portocarrero Domui del Zehel ex Donna Mencia Manuel uxore filius: conſobrinam ſuam Donna Eleonoram Portocarrero, Roderici Hieronymi, quarti Metellini Comitis ſororem conjugem habuit, claruitque ſub Carolo V. & Philippo II. Hiſpaniæ regibus, cujus prioris fortia geſta heroico carmine, cui titulum

(1076.) *CARLOS FAMOS en cien octavas impoſuit*, concelebravit; & in qualibet octava, ut vocant, inſeruit inſignium unius ex centum illuſtrioribus Hiſpanis ſtemmatibus deſcriptionem. Prodiit opus iſtud Valentiæ apud Joannem Mey 1566. in quarto, & P. Ferdinandus Pecha inſeruit illud Hiſtoriæ ſuæ Guadalaxarenſi. Monent nos autem ſummi viri, Gundiſalvus Argote Molina (ρ) & Antonius Auguſtinus (σ) apud Dormerum (τ) erroribus quoad præcepta artis Heraldicæ ſcatere hoc Zapatæ o-

(ξ) Vida de Donna Maria de Cervellon cap. 78. fol. 205.
(ο) in nott. marginal. ad Blancas Coronationes regum Aragoniæ pag. 71. lit. R.
(π) Biblioth. Hiſp. Tom. I. pag. 402. 6. & Tom. II. pag. 55. fin.
(ρ) in præf. libri nobleza del Andaluſia
(σ) in Epiſtola quadam ad Hieron. Zuritam
(τ) progreſſos de la Hiſtoria de Aragon pag. 393. b. m.

tæ opus, & plus poeticam quam hiſtoricam ſapere ſpirareque artem.

LUGO, familia nobilis Gallæca, ab urbe cognomini nomen procul dubio ſortita, quæque inde per Caſtellæ Andaluſiæque ſe dilatavit regna; præter auctores alios, qui ejus in ſcriptis ſuis Genealogicis nobis notitiam ſuppeditarunt, etiam Anonymum nacta eſt Encomiaſten, qui librum hujus tituli DXXXIV

GENEALOGIA de los Lugos; ſeu, ut aliis citatur, *de la Caſa de Lugo* evulgavit, ſæpius ejus meminerunt Philippus de Gandara (υ) & Joannes Florez de Ocariz (φ). (1077.

LUNA, clariſſima inter Aragonenſes familia, quæ præter plurimos alios illuſtres Viros etiam Petrum protulit, ſub Benedicti XIII. Pontificis Rom. nomine notiſſimum. Altius ea origines ſuos repetit, & Martinum quoque Gomezium, qui cum Roderico Didaci de Bivar vulgo *el Cid* cognominato dimicavit, ſibi vendicat; Teſtatumque id facit Anonymus quidam Auctor Navarrus, qui ſæculo jam decimo quarto opusculum compoſuit DXX XV

DEL origen de los Lunas de Aragon, in quo accurate ortum hujus gentis expoſuit, eumque a prædicto Martino Gomezio, ut & Don Bachalla, qui Oſcenſi contra Mauros expugnationi interfuit, derivavit; indeque factum putat CLmus Hieronymus Zurita in epiſtola quadam ad Antonium Auguſtinum Matrito die 29. Septembr. 1576. exarata & a Dormero (χ) exhibita, quod altera Lunarum proſapia Gomezii, altera vero Ferrenches prænomina adſciverat, usque dum expugnatis oppidis Tauſte & Luna ſub Alphonſo Hiſpaniæ Imperatore, ejus nominis IIX. a poſteriori oppido, nempe Luna, nomen ſuum utraque fuerit mutuata. (1078.)

CORONICA de Don Alvaro de luna condeſtable de Caſtilla &c. Opus abſque auctoris nomine editum Mediolani 1546. in fol. quem tamen *Antonium Caſtellanos* eſſe ſupra jam (LX. 102.) comprobavimus. (1079.)

LUPIAN ZAPATA, a Nicolao Antonio (ψ) aliisque DON ANTONIUS ZAPATA dictus, non, ut eidem Antonio videtur, gente Valentinus DXXXVI

(υ) Nobiliario de Galicia Lib. 3. cap. 8 pag. 348. b.
(φ) Nobiliario de nueva Granada Tom. I pag. 351. f.
(χ) progreſſos de la Hiſtoria de Aragon pag. 350. pr.
(ψ) Bibl. Hiſp. Tom. 1. pag. 131. b.

lentinus, patria Segobricensis sed ut Josephus Pellicerius (ω) ex supplici ad regem Lupiani libello (α) comprobat, Ruscinonensis, homo prostitutæ fidei, quique ut apud Benedictinos Monachos victui prospiceret, orbi literario mirum in modum imposuit, confectis non solum illorum in favorem depravatisque diplomatibus quam plurimis, sed & suppositis celebriorum virorum medii ævi nominibus scriptis ex proprio cerebro enatis, quorum magnam partem compilavit, ediditque Gregorius Argaiz ejusdem farinæ homo, Benedictinus supra CCCXXIX. 563. recensitus. Communicavit edenda sua ipse Lupianus Nicolao Antonio, e quibus solum heic damus

(1080.) *PRINCIPES y obispos de Espanna*, quo in opere stemmata a regia Hispana antiquo æque ac recentiora explicanda sibi sumsit præterea quoque

(1801.) *DE BERENGARIA Alphonsi regis filia primogenita* adversas falsam quorundam persuasionem libellum conscripsit, & uti Josephus Pellicerius (β) asserit, ἀνωνύμως edidit anno 1665.

DXXXVII DON LUPUS seu LOPE DE ACUNNA, Petri, Domini de Sentar, Baneyro, Sennorin &c. Commentarii Tondelæ, & Generalis præfectus territorii urbium Viseo & Lamego, ex Donna Elvira de Villena filius, ipse primus Comes de Sentar, & Senatus bellici Consiliarius sub Philippo IV. rege; uxorem habuit Donna Violantam de Meneses, primi penalvæ Marchionis sororem, ex qua Petrum genuit, primum Sentaris Marchionem, Gubernatorem urbis septæ, & Generalem exercitus Flandrici Campi-Magistrum, qui in Senefensi prœlio occubuit anno 1674. Fuit Don Lupus Genealogico studio addictissimus, & proprio marte congessit duo sat grandia in folio volumina, in quibus illustrium Lusitaniæ nobilium majores utriusque sexus in Tabulas progonologicas, (Hispanis id audit

(1082.) *ARBOLES de Costados de familias noble, Portugueses y Castillanas redegit;* Inedita illa in scriniis Auctoris relicta domesticis asserunt in prædam, a quibus distracta tandem in manus devenerunt curiosissimi harum rerum viri, Don Ludovici de Salazar & Castro, qui eadem hodiernum, ut nobis fidem fecit (γ) inter κειμήλιν sua literaria Genealogica diligenter asservat.

LU-

(ω) in lib. Auberto sin mascara pag. 26 b.
(α) ubi vitæ suæ historiam ipse recenset, extat illud in Pellicerii lib. cit. pag. 37.
(β) Bibliotheca de sus escritos fol. 163. a. m.
(γ) in MSCto cit. num. 142.

LUPUS BRAVO, Civis Hiſpalenſis circa initium ſæculi XVI. florens DXXXIIX

NOBILIARIO de Linages de Eſpanna, opus 400. & amplius foliorum conſcripſit, quod adhuc ineditum latet; poſſedit ejus exemplar Gundiſalvus Argote Molina, qui ſæpius ſe illo uſum fatetur (δ), ut & Joannes Florez de Ocariz (ε), qui etiam alibi (ζ) aliud, uti videtur, Bravi noſtri opus, (1083.)

LIBRO de blaſones inſcriptum, Heraldicum intelligo, in teſtimonium adducit. Conferantur de Bravo Didacus Ortiz de Zunniga (η) & Nicolaus Antonius (θ). (1084.)

LUPUS DE ESPEJO, Oriolæ in Epiſcopali regni Valentini urbe natus, in ſchola primum urbana Valentina, dein & Neapoli literas docuit humaniores ſub Nicolao V. Pontifice Romano, circa medium ſæculi a Chriſto nato decimi quinti; ibidem quoque compilavit de Stemmate Regio Aragonico-Neapolitano opus Hiſtoricum lingua Italica conſcriptum, tali titulo conſpicuum DXIL.

ISTORIA de' primi Ré delli regni di Napoli & Aragona. Nuncupavit illud auctor Don Alphonſo Aragonio Calabriæ Duci, quem eundem Nicolaus Antonius (ι) putat Ferdinandi patris in regno ſucceſſorem; Autographum auctoris Romæ in ſcriniis ſuis aſſervat Cœnobium Sanctæ Annæ Carmelitarum, Hoſpitii Hiſpanorum; ubi illud Antonius vidit, qui bis Eſpejum noſtrum recenſet (κ). (1085.)

DON LUPUS GARSIA DE SALAZAR, nobilis Cantaber, Dominus domuum Sancti Martini de Somorroſtro & Munnatones, Ochoæ de Salazar & Donna Thereſæ de Munnatones filius, Vir, prout illa ferebat ætas, bellicoſiſſimus, variisque divexatus calamitatibus, quæ ſenem jam in proprio caſtro Somorroſtrenſi carcere detextum vitam tranſigere coegerunt, ubi & circa annum MCDXCII. conſcripſit peculiari opere fata & viciſſitudines nobilium in Cantabria familiarum, earundemque inteſtina diſſidia, bella & pugnas ſtylo ſimplici & virum Sago quam togæ aptiorem arguente fuſe deduxit: DXL.

(δ) in præf. libri nobleza del Andaluſia & lib. 7. cap. 12. fol. 236. a. fin.
(ε) Nobiliario de nueva Granada Tom. I. pag. 377.
(ζ) ibid. pag. 375. m.
(η) Anales de Sevilla pag. 590. b.
(θ) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 59. b.
(ι) Bibl. vet. Hiſp. Tom. II. pag. 167.
(κ) Bibl. vet. Hiſp. Lib. X. cap. 7. §. 350. & Bibl. novæ Tom. II. pag. 59. b.

(1086.) *LAS Bienandanças y fortunas* ipse illud indigitavit Auctor, Don Thomas Tamajus de Vargas (λ) vero, aliique illud hoc sub titulo citant: *PRIMERA segunda y terzera de los sumarios de la historia del mundo;* additque Tamajus hæc verba: Escriviolas estando presa en su casa de San Martin Acabolas Christoval Mieres Estan repartidas en veinte y cinco libros: Escrivieronse ario de MCDXCII. qui Codicem illum in folio manu exaratum vidit, alium itidem in Bibliotheca Serenissimi Ferdinandi Cardinalis & Hispaniarum Infantis usurpavit Don Petrus de Escalera Guevarra (μ). Vidit & penes Marchionem Mondejarensem aliquam Historiæ illius partem Nicolaus Antonius (ν) scilicet quinque libros posteriores, quorum 21mus est de familiarum Guipuscoæ, Biscajæ Alabæque & oræ maritimæ quatuor, ut vocant, villarum usque ad Astures historia, 22dus 23tius & 24tus de dissidiis & præliis inter privatos nobiles earundem partium, 25tus de Asturum familiis & earum dissidiis. In fine libri 24ti de rebus suis non perfunctorie agit Auctor, usus ea excusatione, ne periret eorum memoria, quæ pro defensione sui honoris, semperque ab adversariis provocatus, atque ideo nunquam non feliciter gessisset. In amplissima Comitis Ducis Olivariensis Bibliotheca exstitere etiam Tomi 1mus & 2dus historiæ hujus manuscripti, quos dein in illam Marchionis del Carpio devenisse credit Nicol. Antonius; aliud exemplar exstat in regia Escorialensi Bibliotheca, Catalogo manuscriptorum teste (ξ) sex libros posteriores tantum complectens, sed exquisitum eorundem exemplar in Collegio Jesuitarum in urbe Bilbao asservari asserit P. Gabriel Henao (ο) Nos etiam ex Bibliotheca Joannis Lucæ Cortesii quondam coemtum ab illustri Ehrencronio exemplar nacti sumus, sat exacte, sed literis vetustioribus & ferme Auctori coævis exaratum, unde nostrum, qua fieri fide potuit, descripsimus apographum; Continet illud libros V. nempe 20mum, qui Dominos & Comites Biscayæ, 21mum, qui nobilia Cantabriæ stemmata. 22dum & reliquos, qui pugnas & dissidia eorundem, ut dictum est, enarrant. Est vero multi hic liber pretii ob argumenti raritatem, cum perpauca de nobilibus Cantabriæ familiis literis

(λ) in collectione maxima librorum Hispanicorum

(μ) origen de los Monteros de Espinosa cap. 11.

(ν) Bibl. vet. Hisp. Lib. X. cap. 14. §. 196. pag. 216. a. f.

(ξ) Pluteo O. serie I. num. 6.

(ο) Averiguaciones de las antiquedades de Cantabria in præf.

teris extent consignata; & dolendum est, apographa, quæ exstant, fere omnia vitiose admodum fuisse descripta. Meminit & Nicolaus Antonius, peculiarem

HISTORIA de los Condes de Viscaya insignitum, Salazario nostro tribui libellum, quem tamen jam laudati operis partem reputare fas est. Sed & præterea exstat Lupi nostri Garsiæ de Salazar liber, inscriptus (1087.)

TRATADO de la Casa de Salazar, seu de proprio stemmate Commentarius, eum enim manu exaratum possedit, sæpiusque nescire fructu consuluit Gundisalvus Argote Molina (π). Obiit Salazarius hicce admodum senex circa finem sæculi XVti. Uxorem anno MCDXXV. duxerat Donna Joannam, Gonsalvi Gomez de Butron & Mariæ Alphonsæ de Moxica filiam, qua cum anno MCDLII. majoratum fundavit ex bonis prædiisque paternis maternis atque uxoriis; nempe domibus sancti Martini, Munnatones, Nograro & la Sierra, Monasteriis item Sancti Juliani de Musques, Sancti Romani de Cierbana, Sancti Michaelis de Aldo, Carranza, Sancti Petri de Galdamez, Sanctæ Julianæ de Abando & Sancti Vincentis de Baracaldo &c. Vide ipsum Auctorem (ρ) & Ludovicum de Salazar & Castro (σ). (1088.)

LUPUS GUILLARTE Navarrus, Joannis de Cardona, Navarræ Pro-Regis Sacellanus, ejus ortum, vitamque descripsit, hoc titulo DXLI.

DISCURSO de la vida y muerte de Don Juan de Cardona Virrey de Navarra, notatam; in octavo; manuscriptam illam adhuc latere asserit Nicolaus Antonius (τ) qui & nos edocet, alium Guillarte nostrum edidisse. (1089.)

RELACION de las fiestas que se hizieron en Pamplona en los Casamientos de los Condes de Lodosa inscriptum & Pampilone apud Carolum de Labayen anno 1608. in octavo impressum libellum, in quo dubio procul de Navarrico Mendozinoque stemmate quædam notata cernuntur. (1090.)

DON FREY LUPUS DE SEQUEIRA PEREIRA, Lusitanus, Ordinis Equestris Avisiensis Sacerdos, & Monasterii ejusdem præfectus (quod munus Lusitani Dom Prior mor vocant;) Episcopus dein Portalegrensis tandemque Guardiensis, eruditum, civium judicio, conscripsit opus DXLII.

(π) Nobleza del Andalusia in præf. & lib. 2. cap. 236. fol. 338. pr.
(ρ) Lib. 21. de las bienandanzas y fortunas.
(σ) Hist. Genealog. de la Casa de Lara Tom. II. pag. 158. m.
(τ) Bibl. Hisp. Tom. I. pag. 64. b. m.

(1091.) *TRACTADO das Casas insignes da Ordem de Avis*, nuncupatum, in quo plurima de Equitum ejus Ordinis stemmatibus, sanguinisque nobilitate exposuit. Laudant opus Fr. Antonius Brandano in Monarchia Lusitanica (υ) & Michael Ramon Zapater (φ), qui Lupum nostrum optimam asserit mereri fidem, quippe non solum in oppido Avis commorantem, sed & universo Ordinis istius Archivo libere usum

DXLIII. LUPUS DE VADILLO, non alio nobis nomine innotuit, quam quod auctor perhibeatur operis cujusdam Genealogico-Heraldici

(1092.) *NOBILIARIO o libro de linages* inscripti, quo se usum adjutumque sæpius fatetur Franciscus Ruiz de Vergara & Alava, quem supra (CCLXXVIII. 471. 472.) laudabimus (χ)

LUSITANIA vide PORTUGAL.

M.

DXLIV. Fr. MALACHIAS DE LA VEGA V, Ordinis Cisterciensis Monachus in Cœnobio Vallisbonæ (vernacule Valbuena) prope Durium amnem, ejusdemque Cœnobii, ut & illorum in oppidis Sacramenia & Rivisicci aliquandiu præfectus, præterea & in Comitiis Regiis anno MDCXXV. constitutus regnorum Castellæ Historiographus, composuit elegans opus.

(1093.) *CRONOLOGIA de los illustrissimos Juezes de Castilla, Nunno Nunnez Rasura, y Lain Calvos, y los que de ellos descienden en estos Reynos* inscriptum & duobus voluminibus in folio comprehensum. Pertractat Auctor in hoc adhucdum inedito opere non stemmata solum antiquorum Castellæ Comitum, sed & omnis fere præcipuæ in regnis utriusque Castellæ florentis nobilitatis, ideoque maximi ab omnibus ævi sequioris Genealogis Hispanis, inprimisque Ludovico de Salazar & Castro æstimatur (ψ). Præterea &

(1094.) *GENEALOGICAS varias Schedas*, plus uno volumine complexas & a Malachia nostro elaboratas se in scriniis suis possidere gloriatur Don Thomas

(υ) Lib. 16. cap. 1.

(φ) Cister militante o Historia de las tres ordenes militares pag. 458. b.

(χ) Discurso del linage de Vergara, adjecto Historiæ Collegii veteris Salmanticensis pag. 19. m.

(ψ) in MSto. cit. num. 191.

Thomas, Tamajus de Vargas (ω) Quin & Fr. Philippus de Gandara (α) in Gallæco ſuo Nobiliario expreſſis citat verbis Malachiæ noſtri

EPITOME de la Caſa de Andrada, de Joannes Florez de Ocariz (β) (1095.)

HISTORIA de la Caſa de Caſtro ſub ejusdem Vegæ nomine laudat; (1096.) quæ tamen ſingula, num ab inſigni illo Judicum Caſtellæ Genealogico opere diverſa ſint, an ex eodem excerpta, tuto nobis definire non licet.

MALDONADO, perantiqua in Caſtellæ Legionisque regnis reſidens nobilis familia, quæ plurimos ſago togaque illuſtres progenuit viros, inſignem quendam in Salmanticenſem urbem extendit ramum, qui radices ibi egit hodienum virentes, Exacte illum deſcripſit anonymus auctor DXLV.

ARBOL Genealogico de los Maldonados de Salamanca inſignitum libellum componens, cujus Prototypon exemplar hodienum aſſervatur in Archivo ædis ſancto Stephano in illa urbe ſacra; apographumque inde obtinuit Joannes Florez de Ocariz (γ) qui nobis illud laudavit. (1097.)

MANUEL nobiliſſima & Regio ex Caſtellæ ſanguine ortum derivans familia, quæ Comites de Fuente el Sauce, & Villamanuel, Dominosque de Cheles produxit, præter celeberrimum illum Gundiſalvum Argote Molinam, etiam Anonymum nacta eſt hiſtoricum, qui ſub Philippo IV. Rege DXLVI.

LA GENEALOGIA de los Sennores de Cheles de la Caſa de Manuel conſcripſit, quod opus tanquam exacte admodum, & cum veritatis laude exaratum commendat Ludovicus de Salazar & Caſtro (δ) (1098.)

DONNA MARIA DE GUEVARA AVENDANNO ET BEAUMONT, tertia Comitiſſa de Eſcalante, Don Ludovici Ladron de Guevara primi Comitis de Eſcalante ex fratre Petro, Ordinis Alcantarenſis Equite, ejusque uxore Donna Franciſca de Mendoza neptis, ac Don Andreæ Velasquez de Velaſco, Domini de Villavaqueria (de cujus ſtemmate vide Joſephi Pellicerii librum ſupra CDLXXXVIII. 893. recenſitum) uxor, ex ſcriniis ſuis ipſamet compilavit, & in juſtam libri formam redegit. DXLVII(2)

MEMO-

(ω) in notis ad Luitprandi Chronicon pag. 215. m.
(α) in Nobiliario de Galicia Lib. 2. cap. 25 pag 250. b. pr.
(β) Nobiliario de nueva Granada Tom. 2. pag. 159. fin.
(γ) in eod. Nobiliario Tom. I. pag. 295.
(δ) in MSto cit. num. 216.

(1099.) *MEMORIAL de las Genealogias de las Casas de Guevara, Avendanno y Beaumont*, quem typis curavit imprimi; sed in eo illas tantum familiarum dictarum prosapias, ex quibus ipsa ortum traxit suum, perstrinxit, Adauxit dein eundem librum, proeloque recudi fecit inferius suo mox loco laudandus Don Martinus de Guevarra & Saavedra, quartus Comes de Escalante. Laudaturumque Ludovicus de Salazar & Castro (ε).

DXLVIII. Fr. MARCUS SALMERON quibusdam in Buendia Conchensis Dioeceseos oppido, aliis in urbe Huete natus perhibetur, Ordinis sanctæ Mariæ de Mercede redemtionis captivorum sodalis, Theologiæ Magister, & Philippi IV. Regis Concionator aulicus, ac post gubernatam his domum Ordinis sui Matritensem aliasque ut & Castellanam Ordinis provinciam, vicesque generalis præfecti in Aragoniæ Navarræque provinciis gestas summus ipse Ordinis præfectus, tandemque anno 1647. Truxiliensis apud Indos Occidentales Episcopus, præter alia moralia atque Theologica opuscula etiam scripsit

(1100.) *RECUERDOS Historicos y politicos de los servicios, que los Generales y Varones ilustres de la Religion de la Merced han hecho a los Reies de Espanna des de su gloriosa fundacion el anno de MCC XVIII. hasta el de MDCXL.* Valentiæ 1646, in folio; continet hoc opus plurimorum inter alia nobilium qui ordini isto se adscribi passi sunt, egregia facta. Obiit Salmeron noster Matriti die 20. Januarii MDCLVIII. ætatis LX.

DIL. DONNA MARIA BAZAN, Monasterii Sanctæ Fidei Toletanæ urbis militaris Ordinis sancti Jacobi præfecta, seu, ut vulgo vocant, Commendatrix, peculiari libello stemma vitamque Sanctiæ Alfonsæ, Castellæ Regiæ Infantis explicatum ivit, quem sub hocce titulo.

(1101.) *VIDA de la Sennora Infanta Donna Sancta Alfonso, Comendadora de Sant-Jago* Matriti excudi fecit anno 1651. in quarto.

DL. MARTINUS ALPHONSUS DE SARRIA, laudati supra (CDXCII. 972. seq.) Josephi de Sarria frater, nobilis Cantaber, multo studio congessit.

(1102.) *LIBRO de las familias de Biscaya Guipascoa y Alava*, cujus autographum apud Josephum, nostri fratrem, vidit, qui laudat, Ludovicus de Salazar & Castro, dolens illud adhuc luce publica destitutum esse (ζ)

DLI. MARTINUS ANTONIUS DELRIO, Antonii Cantabrii de Artzelara & Cleidal ex Elisabetha Lopez de Villanova filius, natus Antverpiæ

1551.

(ε) in MSto. cit. num. 152.
(ζ) ibidem num. 177.

1551. primum Salmanticæ Juris Civilis lauream adeptus 1574. unde in Belgium reversus Juridicum (Auditorem generalem vocant) militarium copiarum & Fisci Regii præfectum egit, mox mutato animo Pinciæ Jesuitarum allexit Societatem, & sacras literas Salmanticæ docuit, uti videre est in Valerii Andreæ Dessélii Bibliotheca Belgica, Francisci Sivertii Athenis Belgicis, Auberto Miræo & Philippo Alegambe, qui ejus scripsere elogia, & Hermanno Langeveltio, qui peculiari libello de nostri vita commentatus est. Scripsit inter plurima alia, ut huc referri posset.

COMMENTARIUM rerum in Belgio gestarum a Petro Henriquez Comite Fontano, cujus herois ex Henriqueſiano stemmate ortum vitamque & gesta inseruit; publicavit illud Auctor sub anagrammatico Rolandi Mirtæi Onatini nomine Matriti 1610, & Lovanii, 1611. in 4to. Obiit calculi doloribus oppressus Lovanii, recens ex Hispania redux die 19. Octobris MDCVIII. ætatis suæ LVIII. vel ut aliis placet LVII. Conf. Elogium ejus apud Joannem Uwenum (η) nimis iniquus in eum fuit celeberrimus Josephus Scaliger, qui si Grubinio (vel potius Gaspari Scioppio) (θ) fides, Delrium, quo in omni disciplinarum genere præstantiorem ætas nostra non habuit, Stercus Diaboli, lutum stercore maceratum, Sterquilinium, retrimentum inscitiæ, κάθαρμα, pecus, canem, asinum, scarabæum, propadium, postremam bestiarum, dæmonicum Antichristum &c. salutavit. (1103.)

MARTINUS ANTONIUS de MIRANDA nobis haud aliter notus, quam quod Auctor præfigitur libro, cuidam, cui titulus: DLII.

DISCURSO de la vida y muerte de Don Antonio de Zunniga, Capitan General de Portugal; Prodiit ille Olyssipone 1618. in 4to, nosque merito cum Nicolao suspicamur Antonio (ι) eundam hunc esse Auctorem cum Fr. Martino Alphonso de Miranda, Lusitano, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis redemptionis captivorum monacho, qui de Triumpho Sanctissimæ Crucis, & Dialogum de tempore duobus Tomis Olyssipone 1624. edi curavit. (1104)

DON MARTINUS DOMINICUS de SAAVEDRA LADRON de GUEVARRA, mox (DXLVII. 1099.) laudatæ Mariæ de Guevarra, tertiæ Comitis de Escalante nepos ex sorore Donna Luisa de Guevara Don Martini de Saavedra & Guzman (mox quoque suo loco recensendi) uxore, DLIII.

(η) In Prolegomenis Comm. sui in Jonam.
(θ) In Amphotidibus Scioppianis pag. 11. in f.
(ι) Bibl. Hisp. Tom. I. pag. 73. pr.

uxore, Comes de Tahalú, & poſt materteræ obitum quartus Comes de Eſcalante, editum ab illa

(1105.) *MEMORIAL de las Genealogias de las Caſas de Guevara, Aventanno y Beaumont* inſcriptum opus adauxit, typisque Matritenſibus prodire fecit anno 1665. in folio; laudant illud Ludovicus de Salazar & Caſtro (κ) atque Ferdinandus de Saavedra. (λ) Filius Martini noſtri Don Joſephus de Guevara Saavedra & Beaumont, quintus Comes de Eſcalante hodienum in vivis ἄγαμος eſt, & unicam habet ſororem Donna Mariam de Atocha, Guevara, Don Sanctii de Miranda tertii Marchionis de Valdecorzanæ uxorem. Meminit & prædicti libri Joſephus Pellicerius. (μ)

DLIV. MARTINUS LOPEZ de LEZANA Haraldus ſeu Fecialis Excellentiſſimi Medinæ Sidoniæ Ducis, compoſuit librum

(1106.) *NOBILIARIO de linages de Eſpanna* inſcriptum, quem reliquis ejus ævi (medio enim Sæculo XVI. exaratus creditur) præfert Gundiſalvus Argote Molina. (ν) Ejus quoque auctoritatem magni facit Alphonſus Nunnez de Caſtro in Appendice apologetica (ξ) itemque Pellicerius in variis ſuis ſcriptis Genealogicis.

DLV. DON MARTINUS de LOS RIOS CERON, Don Franciſci, quem Carolus II. Rex primum creavit oppidi Gavia in Regno Granatenſi ſiti Comitem, filius unicus, ſecundus Gaviæ Comes, Vice-Comes de los Caſtellanes, Dominus de la Herradura & el Morillo, Ordinis Calatravenſis Eques, Vir notitia ſtemmatum Bæticorum, inprimis vero Cordubenſium apprime imbutus, prout teſtatur variæ

(1107.) *GENEALOGIÆ nobilium familiarum in Regno Cordubenſi* quas in ſchedas retulit; nil tamen eorum typis publicis innotuit, præter unicum nomine parentis ſui elaboratum, &

(1108.) *MEMORIAL al Rey Don Carlos II. de la Calidad y Caſa de Don Franciſco Lopez de los Rios Conde de Gavia* inſcriptum opuſculum, quod pro meritis laudavit Ludovicus de Salazar & Caſtro (ο) uxorem non duxit Martinus noſter, ſed ἄγαμος obiit, hæredem habens ſororem ſuam, Don Lu-

(κ) In MSCto num. 152.
(λ) Memorial de ſu Caſa fol. 7. b. §. 13.
(μ) Bibliotheca de ſus eſcritos fol. 154. pr.
(ν) In Præf. libri nobleza del Andaluſia.
(ξ) Adjecta libro Cronico de los tres Reies Don Sancho Don Alonſo VIII. y D. Enrique I.
(ο) In MSCto num. 156.

Ludovicam de los Rios Ceron, quæ hodie tertia Gaveæ cluet Comes, nupſitque Don Didaco de los Rios & de la Madriz, Ordinis Sancti Jacobi Equiti & Vice-Comitis de Miranda fratri, cui inter alios liberos peperit Don Lupum de los Rios, in Comitatu Gaveano ſucceſſorem.

MARTINUS de ROA, Cordubenſis, Jeſuitarum ſodalis, in quorum Collegio in urbe patria juventutem integris 16. annis bonis in literis erudivit, Rhetorum, diſciplinam primum, mox & ſacras literas profeſſus, ingentem (ut verbis utar Nicolai Antonii (ϖ)) ſibi eruditionis, eloquentiæ atque omnigenæ doctrinæ laudem comparavit, vulgaris maxime linguæ puritatis atque elegantiæ nomine, in paucis, qui hoc Regnum tenent, numerandus. Collegia ſodalium rexit Aſtæ, Hiſpali, Malacæ, Aſtigi, Cordubæ, Vices-Præpoſiti domus profeſſæ Hiſpalenſis atque item Provincialis Præfecti totius Bæticæ Provinciæ geſſit; à qua etiam ivit in Romanam Curiam Procurator. Plura ſcripſit latina æque ac vernacula, Theologici partim, partim Hiſtorici argumenti opuſcula, quæ inter ad rem Genealogicam Hiſpanæ, ſigillatim vero Bæticæ nobilitatis haud parum illuſtrandam faciunt ſequentia: DLVI.

DE CORDUBÆ in Hiſpania Bætica Principatu, & de authoritate & antiquitate Sanctorum Martyrum Cordubenſium, ac de Cordubenſi Breviaria, Lugduni apud Horatium Cardon 1617. in 4to. (1109.)

ORATIO Panegyrica ad Dominum Franciſcum de Reinoſo Epiſcopum Cordubenſem (1110

VIDA y maravilloſas virtudes de Donna Sancha Carrillo Hiſpali 1615. in quarto. (1111.)

VIDA de Donna Ana Ponce de León, Condeſa de Feria, monja en Santa Clara de Montilla. Hiſpali apud Alphonſum Rodericum Gamarra 1615. in 4to, quam editionem præceſſit illa Cordubenſis anni 1604. (1112.)

FLOS Sanctorum, fieſtas y Sanctos naturales de la Ciudad de Cordova, algunos de Sevilla, Toledo, Granada, Xerez, Ecija, Guadix, y otras Ciudades & Cugares de Andaluſia, Caſtilla y Portugal. Hiſpali 1615. in 4to. (1113.)

SANTOS Honorio, Eutichio, Eſtevan, Patronos de la Ciudad de Xerez de Frontera; nombre, ſitio, antiguedad de la Ciudad, valor de ſus Ciudadanos. Hiſpali apud Alphonſum Rodriguez 1617. in 4to. (1114.)

ECIJA y ſus Santos, ſu antiguedad Ecleſiaſtica y ſeglar Hiſpali apud Emanuelem de Sande anno 1629. in 4to. (1115.)

MALAGA, in fundacion, ſu antiguedad Ecleſiaſtica y ſeglar, ſus San- (1116.)

(ϖ) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 89. a. b.

tos Cyriaca y Paula Martires, San Luis Obispo, ſus Patronos. Malajæ typis Joannis Rene 1627. in 4to.

(1117.) *DE LAS antiguedades y excelencias de Cordova*, ibid. 1627. in 4to.

(1118.) *ANTIGUO Principado de Cordova en la Eſpanna alterior o Andaluz, traducido del Latin y acrecenta do en otras Calidades Ecleſiaſticas y ſeglares*. Cordubæ 1636. in 4to, Idem opus eſt, quod ſupra num. 1109. recenſuimus, in Hiſpanum ſermonem converſum, acceſſionibusque variis adauctum, contra hunc librum Auctoremque, ob aſſertum Sanctum Laurentium Martyrem patria Cordubenſem ſtylum acuit Joannes Franciſcus Andreas de Uztarroz edito peculiari libro defenſa de la patria de San Lorenzo, in quo Oſcenſi urbi vulgo Hueſca in Aragoniæ Regno natales illius vindicavit.

(1119.) *ANTIGUO Monaſterio de San Criſtoval de la Ciudad de Cordova iluſtrado.*

(1120.) *LA VIDA del Hermano Franciſco de Moſcoſo de la Compannia de Jeſus natural de Badajoz.* Tandem & ineditam reliquit in ſchedis.

(1121.) *HISTORIAM Bæticæ Provinciæ Jeſuitarum* integram vernaculo idiomate exaratam, cujus priorem partem ab exordio Societatis usque ad annum ſæcularem MDC. pertingentem Granatæ apud ſodales Collegii Sancti Pauli vidit Nicolaus Antonius. Obiit Roa noſter Montillæ, quod Priegenſis Marchionatus oppidum eſt, die 5. Aprilis anni MDCXXXVII.

DLVII. DON MARTINUS de SAAVEDRA GUZMAN, Don Gundiſalvi de Saavedra, Decurionis (vulgo veintiquatro vocant) Cordubenſis, cognominati *el tuerto*, ex Donna Joanna Galindo de Guzman filius, Cordubæ natus, juvenis miles Regi inſerviit Barcinone, ab anno inde MDCXIV. Vexillifer, hinc Centurio peditum, inde Locumtenens Tribuni Satellitum Marchionis de Santacruz, in prælio navali cum juratis ſtrenue fortiterque pugnavit, caſuque in mare delapſus vix vivus evaſit, ſurditie tamen exinde contracta, ſanitati tamen reſtitutus in Italiam conceſſit, ubi Præſes Provinciæ Barenſis ac Baro de Prædo, dominusque oppidorum Caroſino & Lacoſta evaſit, ac creatus eſt Eques Ordinis Calatravenſis, tandemque in Americam miſſus anno MDCXXXVII. Præſes, Gubernator, Capitaneusque Generalis Regni novæ Granatæ conſtitutus eſt, quo munere, licet turbulento admodum rerum ſtatu ſtrenue defunctus, Matritumque revocatus ibidem fatis conceſſit anno MDCLIV. uxorem habuit Donna Ludovicam de Guevarra, Mariæ, quam ſupra (DXLVIII. 1100.) laudavimus ſororem ac hæredem, ex qua genuit inter

ter

ter alios Don Martinum Dominicum de Guevarra & Saavedra, quartum Escalantis Comitem supra itidem (DLIII. 1105.) laudatum. Conscripsit vero Martinus noster de Saavedra

MEMORIAL al Rey Don Phelipe IVto de su Calidad y servicios, qui supplex libellus typis Matritensibus prodiit, & Joanni Florez de Ocariz (ρ) sæpius citatur, qui & prolixius de vita nostri Herois commentatus est. (σ) Edidit quoque olim, cum in Italia degeret, Martinus noster librum (1122.)

DISCURSOS de razon de Estado y guerra, Trani impressum anno 1635. in octavo, cujus meminit Nicolaus Antonius. (τ) (1123.)

MARTINUS de VICIANA, Nobilis Valentinus, natus in oppido Burriana dicto patre cognomine, Ordinis Calatravensis Equite, & Ferdinandi Aragonii Archi-Episcopi Cæsaraugustani Oeconomo (vulgo mayor domo,) qui in tumultu populari pro tuenda patroni salute dimicans cæsus fuit anno MDXXII. sat amplum elucubravit Historiæ Regni Valentini opus, cujus duo priores Tomi lucem publicam videre, hoc titulo: DLVIII.

CORONICA de la Ciudad de Valencia y su Reino Valentiæ anno 1564. in folio; Tomus tamen secundus, qui de Nobilibus Regni istius familiis agit, maligna civium Valentinorum invidia mox suppressus fuit, adeo, ut exemplar ejus typis impressum vix ullibi amplius cernere liceat, nec nisi manu descriptus in scriniis quorundam curiosorum reperitur; Credo tamen ejusdem partem aliquam esse (1124.)

LIBRO quarto de la Coronica de la inclyta Ciudad de Valencia, en el qual se contienen las discordias, guerras y muentes causadas por la conjuracion plebeia nombrada Germania, y como fenecio, y fue el Reino restituido en par y sossiego, quam Barcinone anno 1566. in folio prodiisse nos edocet Nicolaus Antonius. (υ) Multa hunc Auctorem laude prosequitur Ludovicus de Salazar & Castro (φ) qui deperditum istum Tomum secundum, & ob argumenti raritatem, & ob fidem ac ἀκρίβειαν, qua istud argumentum Auctor executus est, magni facit, serioque ejus jacturam dolet. (1125.)

DON MARTINUS de VIZCAY, Navarrus, Presbyter, edidit anno 1621. in folio librum tali frontispicio insignitum DLIX.

DERECHO de la naturaleza, que tienen los de la Merindad de San Juan del (1126.)

(ρ) Nobiliario de nueva Granada Tom. 2. pag. 302. m.
(σ) Ibidem Tom. I. pag. 95. §. 66.
(τ) Bibl. Hisp. Tom. I pag. 90. a. m.
(υ) Bibl. Hisp. Tom. II. pag. 91. a. m.
(φ) In MSCto num. 32.

del Pie del Puerto à los Reinos de la Corona de Castilla; in quo libro Nobilium Domuum in jugis Pyrenæis residentium historiam deduxit, unde sæpius citandus venit Genealogis, Hispanis, inprimis Josepho Pellicerio (χ) Joanni Francisco Andres de Ustarroz (ψ) & Joanni Florez de Ocariz (ω) aliisque.

DLX. DON MARTINUS de XIMENA JURADO, natus in oppido Villanueva de Andujar dicto, & Diœcesi Giennensi subjecto circa annum MDCXVI. ut ipse fatetur, (α) Presbyter ac Rationarius, uti vocant, Ecclesiæ Toletanæ, simulque Archi-Episcopi ibidem Don Balthasaris de Moscoso & Sandoval, Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, (cui opus suum nuncupavit) Secretarius, scripsit:

(1127.) *CATALOGO de los Obispos de las Iglesias Catedrales de la Diœcesi de Jaen, y Anales Eclesiasticos deste Obispado.* Matriti apud Dominicum Garcia & Mora 1654. in folio. Inseruit operi isti Auctor non solum insignia & majores plurium Episcoporum, sed & nomina scutaque gentilitia trecentorum urbis Beaciæ conquestorum, prout illa in arca majori illius Ecclesiæ Cathedralis depicta cernuntur, adductis ejus in rei fidem plurium coævorum Historicorum æque ac Genealogorum testimoniis. (β) Promisit & in eodem opere Ximena, se itidem peculiari libro editurum

(1128.) *CATALOGO de las Varones insignes en piedad y letras del Obispado de Jaen;* quem tamen lucem hactenus publicam adspexisse dubitamus.

DLXI. DON MAURUS de CASTELLA FERRER, Nobili Valentino patre, matre Gallæca itidem nobili prognatus in Gallæcia, Salmanticæ Grammatices, Rhetoricæ, Philosophiæ, Canonum atque Theologiæ studia coluit inprimis sub Joanne Vincentio, Ordinis Sancti Dominici Prædicatorum, & Ludovico de Leon, Ordinis Sancti Augustini Eremitarum sodalibus atque ibidem Professoribus; Sagum dein togæ prætulit, & militiæ nomen dedit anno MDLXXXVIII. in expeditione navali Britannica alibique militans; tandem Præfectus militaris in territoriis Auricensi & Cellanova in Gallæciæ Regno constitutus, opus 20. annorum spatio elaboratum, &

(1129.) *HISTORIA del Apostol de Jesu Christo Sant-Jago el Zebedeo, Patron y Ca-*

(χ) In Præf. ad Syncellum §. 54.
(ψ) In noticia manuscriptor. adjecta Blancas Coronatt. Regum Aragon. lit. F.
(ω) Nobiliario de nueva Granada Tom. I. pag. 373. in.
(α) Anales de Jaen pag. 274. †.
(β) Pag. 124. seb.

Capitan General de las Espannas inscriptum Matriti evulgavit apud Alphonsum Martinez Balboa 1610. in folio; ad quod opus edendum Philippus III. Hispaniarum Rex mille ducatorum sumtus contulit. Ne mireris autem, benevole Lector, Auctorem hunc in censum nobis venire Genealogorum, celebriorum enim inter Gallæcos stemmatum nobilium ortus & propagines illi operi immiscuit; unde & sæpius citatur recentioribus Genealogico, Philippo de Gandara, Josepho Pellicerio, Joanni Florez de Ocariz, Ferdinando de Saavedra aliisque.

MEDRANO, Nobilis in Castellæ Regnis florens familia, ex qua ortum deducunt suum Toparchæ de Sancto Gregorio, & Comites Torruviæ, itemque Domini de Almarza, & Fuenmayor. De posterioribus exstat ab Anonymo Auctore compilatum, & tali titulo: DLXII.

GENEALOGIA de la Casa de Medrano en la linea de los Sennores de Almarza y Fuenmayor anno 1623. insignitum opus, adhuc quidem *ἀνέκδοτον*, sed quod multam meretur fidem, quippe maximam partem ex authenticis familiæ istius documentis, Auctori subministratis, conflata; ceu nos edocet Ludovicus de Salazar & Castro. (γ) (1130.)

DON MELCHIOR de CABRERA, NUNNEZ de GUZMAN JCtus & Advocatus Curiæ Matritensis varia scripsit Juridici æque ac Historici argumenti opuscula, quæ cum in Antonii Bibliotheca non exstent, eorum, quæ nobis innotuere, heic aliquam dabimus notitiam: DLXIII.

EL CONSUELO en la mayor perdida de Espanna, opusculum anno 1665. editum, & Philippi IV. Regis obitum, ni fallor, deplorans; Citat id sæpius Josephus Pellicerius in operum suorum Bibliotheca. (1131.)

IDEA de un perfeto Abogado, seu de officio Advocatorum Commentarius Matriti 1683. editus, quem laudat Augustinus Padilla. (δ) (1132.)

ORIGEN de la Casa de Guevara, ilustrada con el renombre de Ladron; pertractat in hocce quinque plagularum libello Auctor stemma Comitum de Onnate; nuncupavitque illum Dominæ Catharinæ Velez Ladron de Guevara & Jassis, nonæ Comitissæ de Onnate, & 4tæ Comitissæ de Villamediana, viduæ Don Ramiri Nunnez de Guzman, Ducis de San Lucar & Medina de las Torres; Prodiit Matriti apud Dominicum Morras 1671. in quarto. (1133.)

ARBOL Genealogico de Don Gaspar de Haro y Guzman, 7mo Marques del Carpio, y de Donna Theresa Enriquez de Cabrera su segunda Esposa Hermana (1134.)

(γ) In MSCto num. 234.

(δ) Origen de Marquez, §. 75. pag. 191. m.

mana del Almirante; opus circat annum 1674. impressum, in quo stemmata Haro, Guzman, & Enriquez explicuit Auctor. Laudat opus hocce Hieronymus Sosæ (ε) qui Cabreram nostrum vocat Vasallum, domesticumque ministrum Almirantis Castellæ.

DLXIV. FR. MELCHIOR PRIETO, Gasparis Viri Clarissimi scriptisque editis noti frater, nativitate Burgensis, Ordinis Beatæ Virginis de Mercede, Redemtionis Captivorum, Monachus, post exacta Salmanticæ in Collegio Sanctæ Crucis studia Theologiæ creatus Magister Indias Occidentales adiit, ubi Peruani Regni Provincias Vicarius supremi Ordinis sui Præfecti rexit, destinatus etiam Paraguayæ Provinciæ ibidem Episcopus, quod munus tamen declinavit, ac in Hispaniam redux in domo Matritensi resedit, Provincialis per Castellæ Regna Præfectus, obiitque ibidem anno MDCXLVIII. teste Ægidio Gonsalez Davila. (ζ) Præter alia Theologica & Historica scripsit etiam

(1135.) *GRANDEZAS de la Ciudad de Burgos*, opus notitia stemmatum nobilium Dioeceseos illius refertissimum, simulque rarissimum, duobus in folio voluminibus comprehensum; Licet enim id, vivo adhuc Auctore, jam prœlo maturum exstiterit, lucem tamen temporum injuria non vidit; Asserit autem ex fida illustrissimi Hydruntini Archi-Episcopi Don Fr. Gabrielis Adarzo de Santunder, ejusdem Mercenariorum Ordinis sodalis, relatione Nicolaus Antonius (η) operi isti scriptorem incubuisse exquisita diligentia, multisque in id collatis expensis corrasisse quam plurima ex manuscriptis Codicibus documenta, quo spartam suam apprime ornaret, consignatamque historiam istam fuisse post Auctoris obitum Don Joanni Bravo, Canonico Burgensi Magistrali, Prieti nostri nepoti, qui postea Lucensis Episcopus est creatus. Apographum operis hujus exemplar ex summi viri Joannis Lucæ Cortesii eximia Bibliotheca magno pretio coemtum possedit illustris Ehrencronius, qui magni id ob res Genealogicas semper fecit; Sæpius & eodem usum se fatetur in scriptis suis Josephus Pellicerius. (θ)

DLXV. DON MELCHIOR de TEVES, Don Gasparis de Teves, Ordinis Sancti Christi Equitis, & Principissæ Lusitanicæ Regiæ supremi Stabuli Præfecti ex Donna Anna de Brito filius, Philippi III. Hispaniarum

(ε) Genealogia de los Marqueses de Villafranca pag. 230. fin.
(ζ) In Theatro Ecclesiæ Burgensis fol. 16.
(η) Bibl Hisp. Tom. II. pag. 99. f.
(θ) Trofeo de la verdad de la Historia fol. 20. §. 27.

rum Regis in Senatu & Camera Castellæ Consiliarius, scripsit inter alia insigne opus Genealogicum

GENEALOGIA de la Casa de Sandoval nuncupatum, in quo non tantum ramos præluftris hujus familiæ singulos, sed & inprimis illum Ducum Lermensium, ex utroque paterno æque ac materno sanguine deductum explicuit, idque in gratiam Don Francisci Gomez de Sandoval & Rojas, primi Ducis Lermæ, & primarii sub Philippo III. Rege status ministri, cui opus istud nuncupavit, quique auctoris autographum in celebri sancti Pauli in urbe Vallisoletana Cœnobio, cujus patronatum Dux ille possidet, reposuit. Exstat & aliud inde descriptum exemplar in regia Parisiensi Bibliotheca, ceu ex Catalogo manuscriptorum ejus (ι) videre est; Cæterum adhuc ineditum latet, quamvis quantivis pretii, nec unquam sine encomio Genealogis Hispanis citatum, vid. Jo. Bapt. Labanna (κ) Ludovicus de Salazar & Castro in Silvana (λ) æque ac Laranna (μ) Historia Genealogica, alibique (ν) fuit Melchior hic noster de Teves ex uxore Donna Mariana Tella de Guzman, Petri Telli & Marianæ ponce de Leon filia progenitor Marchionum de Fuentes, filius enim ejus Don Gaspar de Teves, Tello de Guzman a Philippo IV. primus fuit creatus Marchio de Fuentes. (1136.)

MENDOZA, illustrissima inter omnes nobiles Hispanas familia, quippe quæ Duces Infantati, Comites Corzanæ, Gaunæ, Orgazi, Lodosæ, Marchiones Acropolis, Villægarsiæ, Valmediani, Mondejaris, Almenaræ &c. produxit, sat multos nacta est Genealogos, quorum nomina passim in hocce libello obvia sunt; præter quos etiam anonymi cujusdam, qui se Ministrum Ducum del Infantado appellat, exstat libellus DLXVI.

GENEALOGIA de la Casa de Mendoza inscriptus, in qua illorum inprimis Ducum prosapia prolixe deducitur, in quorum etiam archivo iste liber adhucdum ἀνέκδοτος asservatur, brevis is quidem, sed veridicus atque exacte scriptus, censente ita Ludovico de Salazar & Castro (ξ). (1137.)

MEXICANUM regnum, seu ut Hispanis audit, nova Hispania, DLXVII
Borea-

(ι) Num. 10011.
(κ) In nott. ad nobiliarium Comitis Petri de Bracelos Tit. 58. lit. A. pag. 325. m.
(λ) Tom. I. pag. 5.
(μ) Lib. I. cap. II. pag 31.
(ν) Advertencias historicas pag. 358.
(ξ) In MSCto cit. num. 226.

Borealior Americæ continens, cum ab his circa initium ſæculi XVI. detegeretur primum atque occuparetur, permultos ad incolendum tuendumque illud extra barbaros adlexit ex Hiſpania nobiles, quorum nomina & fortia facta paſſim in variorum novi orbis Hiſtoricorum monumentis (o) occurrunt; quin & peculiaris eorundem & ab anonymo auctore congeſtus in Regia Eſcorialenſi Bibliotheca (π) extat Catalogus inſcriptus.

(1138.) *MEMORIAL de las perſonas, que paſſarona la Bueva Eſpanna con el Marques del Valle y Don Fernando Cortes, yſe hallaron en el deſcubrimiento, toma y conquiſta della.* Manuſcriptus ille nec adhuc editus.

DLXIIX. DON MICHAEL BAPTISTA DE LANUZA, Cæſarauguſtæ, quæ Aragoniæ eſt metropolis, nobili Lanuzarum tot amplis togæ muneribus in regno iſto celebri ſtemmate ortus, ordinis Sancti Jacobi Eques, & poſt geſtum in urbe patria Jurati in capite (uti vocant) munus Philippi IV. Regis in ſupremo Aragonico Senatu Matriti Secretarius, regni dein ejusdem Protonotarius & Senator, vir prudens æque ac pius, ſcripſit complurium pietate morumque ſanctitate celebrium Ordinis Carmelitarum nudipedum Monialium vitas, ex quibus huc referimus ſequentes:

(1139.) *VIDA de la Bendita madre Jſabel de Santo Domingo, Coadjutora de la ſanta madre Tereſa de Jeſus, fundadora del Convento de ſan Joſef de Zaragoça.* Matriti anno 1638. in folio.

(1140.) *VIDA de la venerable madre Feliciana de ſan Joſef, Carmelita Descalza, y priora del Convento de ſan Joſef de Zaragoza.* Cæſarauguſtæ 1654. in 4to.

(1141.) *VIDA de la venerable madre Geronima de ſant Eſtevan.* ibid. 1653. in 4to.

(1142.) *VIRTUDES de la venerable madre Tereſa de Jeſus, Carmelita deſcalza del Convento de Valladolid, en el ſiglo Donna Brianda de Acunna vela.* Cæſarauguſtæ 1657. in 4to.

(1143.) *LA VENERABLE madre Catalina de Chriſto Carmelita in deſcalza Compannera de la ſanta madre Tereſa de Jeſus.* Cæſarauguſtæ apud Joſephum Lanaja 1657. in 4to.

(1144.) *VIDA de la Sierva de Dios Franciſca del ſantiſſimo Sacramento Carmelita deſcalza del Convento de San Joſef de Pamplona ibid. apud eundem 1659.* in 4to. Hiſce libellis plurima inſeruit auctor notatu digna de nobilibus, unde

(o) Vid. Joannes Florez Ocariz Tomo I. Nobiliarii del Reino de nueva Granada.
(π) pluteo O ſerie IV. num. 3.

unde Moniales istæ ortum traxere suum, familiis, inprimis vero in illa sanctæ Theresæ de Jesus cap. XXXVI. integrum exhibet stemma Avellanedanum, a Don Lope Ochoa primo ejus progenitore deductum usque ad Donna Mariam de Avellaneda, Comitissam de Castrillo, Don Garsiæ de Avellaneda & Haro, Castrilli Comitis & Senatus Castellæ supremi præsidis uxorem, quam Genealogiam sæpius laudat Josephus Pellicerius, (ρ) qui & alibi (σ) nos edocet, mortuum esse Lanuzam sub initium mensis Augusti anno MDCLIX. ejusque funus depositum in Cœnobio Carmelitarum nudipedum Matriti, unde postea in Sacellum gentilitium Lanuzarum Cæsaraugustam fuit deportatum. Vide elogium nostri apud Hieronymum Fuser in prologo vitæ Hieronymi Baptistæ de Lanuzæ, Albarrajinensis Episcopi.

MICHAEL JOANNES VIMBODI ET QUERALT, natus in oppido Ontinnent regni Valentini, Theologus & Poeta insignis, Augustini Spinolæ, Granatensis primum & dein Compostellani præsulis, tandemque Cardinalis Romani Secretarius, Cathedralisque Compostellanæ ædis Canonicus, præter editum DLXIX

PANEGYRICUM B. Thomæ de Villanova, Archi-Episcopi Valentini, Valentiæ 1619. in 4to, qui magno, teste Leone Allatio, ubivis in pretio est habitus, ut & (1145.)

EPITAPHIA, inscriptiones, elogia varia, Matriti 1625. in folio excusa, etiam de nobili, cui ortum debuit ipse, stemmata commentatus est peculiari (1146.)

DISCURSOS Genealogicos de la familia de Vimbodi, inscripto libello, quem manu exaratum apud Auctorem Romæ vidit idem Leo Allatius (τ); ejusdem quoque meminit Joannes Franciscus Andres dellztarroz, (υ) qui nostrum laudat, eumque Compostellæ diem supremum obiisse testatur. (1147.)

MICHAEL MARTEL Lucroniensis, scripsit elegans opusculum DLXX

FUNDACCION de la Ciudad de Soria, y origen de los doze linages della, y de las antiquedades desta Ciudad. Ineditum illud adhuc latet, ejusque apographum possedit doctissimus Marchio Mondejarensis, Don Gaspar Ibannez de Segovia in locuplete sua Bibliotheca, qui & ipse nos edocet (φ) (1148.)

Rr 2 Mar-

(ρ) Memorial del Conde de miranda fol. 53. & fol. 57. b.
(σ) Bibliotheca de sus escritos fol. 62. fin. & fol. 97. fin.
(τ) in Apibus urbanis.
(υ) in Historia de san Domingo de Val cap 13.
(φ) v. Joan de Roman & Cardenas Genealogias de Segovia pag. 67.

Martellum hunc in dicto libro (χ) teſtari non Franciſcum de Mosquera, ſed ſemet ipſum verum eſſe Auctorem celebris illius operis La Numantina inſcripti, quo de ſupra Franciſco Mosquera mentionem jam fecimus.

DLXXI DON MICHAEL MARTINEZ DEL VILLAR, Monobrigæ (oppidum iſtud duabus leucis Prilbili diſtans hodie Munebrega audit) in Aragonia natus, Juris utriusque Doctor, Juſtitiæ Aragonum Locumtenens, & ſupremæ dein Balearidum Inſularum Curiæ Senator; poſtea Fiſci Patronus ſupremæ Curiæ Aragonenſis, & circa annum MDCXXI. ejusdem Senator & regens; Vir Juris hiſtoriarumque peritiſſimus, ſcripſit inſigne opus Juridico-Hiſtoricum, cujus pars prior, hocce conſpicua titulo

(1149.) *TRATADO del Patronado, antiquedades, Govierno y Varones iluſtres de la Ciudad y Communidad de Calatayud y ſu Arcedianado*, prodiit Cæſarauguſtæ apud Laurentium de Robles 1598. in 4to. 3. alphabetorum mole; Poſterior vero ejusdem pars, quam tali auctor inſignivit lemmate

(1150.) *SEGUNDA parte de la apologia del patronado de Catalayud, donde ſe trata de la antiquedad de la religion Chriſtiana en Aragon, y pureza, conque la han conſervado ſiempre desde los tiempos de ſant Jago el mayor ſu Apoſtol, de la innata fidelidad ſuya, y excelencias de ſus Fueros y govierno, con las de la eleccion, Genealogia, conquiſtas y grandezas de ſus leges*, & anno 1604. deputatis regni Aragoniæ Gubernatoribus nuncupavit, manuſcripta latet apud Auctoris filium Don Martinum Martinez del Villar, ordinis S. Jacobi Equitem, apud quem & vidit, qui luce digniſſimum opus cenſet, Joannes Franciſcus Andres de Uztarroz (ψ). Meminit & P. Jaimus Bleda in magno ſuo opere (ω) ſcripſiſſe noſtrum Michaelem Martinez opus quoddam Genealogicum.

(1151.) *DISCURSO de la nobleza del Conde de Alaquaz.* Situs eſt hicce Comitatus in regno Valentiæ, eumque hodie poſſidet pardorum de la Caſta familia, quæ Marchionum de la Caſta in Aragonia dignitate floret; num autem typis impreſſus prodierit diſcurſus iſte, num vero inter inedita adhuc lateat, neſcire nos ingenue profitemur.

DLXXII MIRANDA, celebris inter Aſturicas Ovetenſes familia, unde ortum traxere Marchiones de Valdecorzana, qui hodie Caput ſunt ejusdem familiæ; Exſtat de ea ſcriptus ab anonymo Auctore liber

GE-

(χ) fol. 82. ubi de ſtemmate Biarrionuevano agit.
(ψ) in defenſa de la patria de San Lorenzo pag. 132. fin.
(ω) Coronica de los Moros pag. 1071. pr.

GENEALOGIA de la Casa de Miranda en Asturias nuncupatus, qui ad finem usque Sæculi XVIImi porrigitur, & exacte satis elaboratus est; authenticum ejus exemplar in Marchionum de Valdecorzana scriniis asservatur, unde apographum nactus est Ludovicus de Salazar & Castro, qui ut melioris notæ opus nobis commendat (α). (1152.)

Licenciatus MOLINA, (alio enim prænomine non innotuit) Malacitanus, pusillam (verba sunt Nicolai Antonii (β) Nani staturam ingenii ac industriæ dotibus conspicuam reddidit; Juris etenim & Historiæ studio non leviter imbutus Compostellæ publice de jure disserens pumilio omnibus fuit admirationi, teste Bobadilla (γ). Claruit circa annum MD. quo & conscripsit. DLXXIII

DESCRIPCION del Reino de Galicia, y de las armas y blasones de los linages de Galicia; dedonde proceden Casas Sennaladas de Castilla. Prodiit prima hujus operis editio anno 1550. mox alia anno 1552. & rursus Pineciæ 1650. tandemque Matriti apud Rochum Ricum de Miranda 1675. in 4to, 12. plagulis, partim prosa partim vorsa exaratum est oratione, quod laudare solent Gundisalvus Argote Molina passim, Ferdinandus de Saavedra, Josephus Pellicerius, Salazarius, Philippus Gandara, aliique plures Genealogi. (1153.)

MONCADA illustris Dapiferorum in Catalonia familia, ex qua tot Principes, Duces, Comites, Marchiones, Baronesque suum traxere ortum, plures nacta est Historicos, quorum passim in hoc nostro libello occurrit mentio, præter quos heic enumeremus oportet anonymum quendam, cujus eximium opus, quamvis ineditum adhuc, habetur, inscriptum: DLXXIV

GENEALOGICA Succession de las familias y linages de Moncada jacadas de Escrituras authenticas y auctores antiquos y modernos. Sæpius in stemmate Rocabertino deducendo illo se usum ingenue fatetur Josephus Torner (δ). Præterea etiam illustris Dominus LOZANO, Episcopus Potentianus in Italia celeberrimus, qui Librum (1154.)

DE TRIUMPHIS Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Pazzis a se editum Cardinali Montaltio (jam jam §. seq. laudando) nuncupavit, in Epistola Dedicatoria, stemma Moncadanum eleganter deduxit; His tertium adjungi- (1155.)

(α) in MSCto cit. num. 227.
(β) Bibl. Hisp Tom. 2. pag. 275 b.
(γ) Politica para Corregidores Lib. I. cap. 8. num. 15.
(δ) Grandezas de los Vizcondes de Rocaberti fol. 47. b. & seqq.

jungimus illuſtriſſimum Pariſienſem Archi-Epiſcopum, & Cataloniæ aliquandiu Pro-Regem Gallicum PETRUM DE MARCA, Benearnum, qui Moncadani ſtemmatis ortum egregie in ſua

(1156.) *HISTOIRE de Bearre* Pariſiis anno 1640. in fol. edita explicuit, ut taceamus Eliam Reuſnerum, Jacobum Gordonium aliosque exteros.

DLXXV. MONTALTO Ducatus in Regni Neapolitani provincia, la Baſilicata dicta ſitus, & a Ferdinando I. Rege Neapolitano filio ſuo Don Ferdinando de Aragon collatus, a cujus poſteris ad Moneadanum ſtemma tranſiit; poſſeditque eundem medio ſeculo ſuperiore XVIImo Don Ludovicus Guilielmus, ſeptimus Montaltii & Bivonæ Dux, Paterni Princeps &c. qui poſt duplex matrimonium ab Alexandro VII. Pontifice Romano anno 1667. creatus fuit Cardinalis, annosque 1672. die 4. May diem ſupremum clauſit. Fuit is ſtudio Genealogico addictiſſimus & conſcribi curavit ab auctore anonymo (quem tamen Don Ludovicum de Aquilas & Lodoſa ſupra ſuo loco laudatum fuiſſe non levi conjectura ſuſpicatur Ludovicus de Salazar & Caſtro (ε).)

(1157.) *LA GENEALOGIA Hiſtoriada de las Caſas de Moncada, Selofana, Peralta, Aragon y Cardona, que poſſee el Duque de Montalto.* Opus adhuc ineditum in Scriniis curioſorum latens, cætera veridicum, exactum, elegans; quoque non parum adjutus fuit in conſcribenda Hiſtoria Genealogica Domus Moncadenſis Excellentiſſimus Mondejarenſis Marchio, Don Gaſpar Ibannez de Segovia.

DLXXVI. MOXICA, non alio nobis nomine, nec aliunde quam ex Gundiſalvi Argote Molinæ (ζ) teſtimonio notus, qui Haraldum vulgo Rey de Armas Regum Catholicorum Ferdinandi V. & Iſabellæ eum fuiſſe ſuſpicatur, & quædam Genealogici argumenti ſcripta reliquiſſe memorat, quæ inter

(1158.) *GENEALOGIA de la Caſa de Moxica* ab eodem laudatur.

DLXXVII MUDARRA familia nobilis Hiſpana, quæ origines ſuos vendicat a Mudarra Gonſalez, Gonſalvi Guſtios Domini de Lara antiquiſſimi Herois Filio, in Caſtellæ Aragoniæque reſedit regnis; deque eadem Philippi IV. Hiſpaniarum Regis ævo conſcriptus ab anonymo auctore libellus, &

(1159.) *GENEALOGIA del linage de Mudarra* notatus prodiit; quem ex authenticis familiæ hujus documentis fabricatum, & veridice exacteque ſatis

(ε) in MSCto num. 199.

(ζ) in libro Nobleza del Andaluſia fol. 204. b.

ſatis elaboratum aſſerit, qui manu exaratum eundem poſſidet, Ludovicus de Salazar & Caſtro (η).

Doctor MUNNOZ Conchenſis aut ortu aut incolatu, claruit circa medium Sæculi XVIti. quo mangno conſcripſit ſtudio libellum. DLXXIIX

DISCURSO de la familia de los Albernozes inſignitum, & adhuc ineditum. Illum anno 1559. Antonius Barba, Archi-Presbyter Eccleſiæ Conchenſis, & Secretarius Cardinalis Don Franciſci de Quinnones cum Hieronymo Zurita communicavit, uti patet ex ipſius Barbæ ad Zuritam Epiſtola Conchæ die 20. May exarata & apud Didacum Joſephum Dormerum (θ) exſtante, ubi inter alia hæc leguntur verba: „ Por obedecer a V.M. yo hize diligencia de aver eſta relacion, que con eſta va, laqual he avido de un Doctor Munnoz, que aqui haze gran profeſſion, de eſtas coſas, el qual eſcrivio un libro en gracia del Sennor Luis Carrillo de Albornoz, Sennor de la Caſa de Albornoz, y nunque en algunas caſos me pareie, que le liſongea, en otras me parece que puſo buena diligencia en Saber la verdad; „ Teſtatur etiam citatus Dormerus, Munozium hunc fuiſſe virum eruditiſſimum, & in ſtudio Genealogico apprime verſatum,, & me haud falli crediderim, ſi hunc Munnozium eundem credam cum Euſtachio Munnoz, ſupra CCX. 345. 346. laudato, Conchenſis ædis Cathedralis Canonico ejusdemque urbis hiſtoriographo. (1160.)

N.

NAVARRA, Regnum inter hodierna Europæ paucis antiquitate ſecundum, de cujus Regum Genealogica ſucceſſione præter Auctores, quorum nomina hoc libro damus, etiam in regia Eſcorialenſi Bibliotheca (ι) exſtat manuſcriptus Auctoris Anonymi libellus DLXXIX

GENEALOGIA de los Reies de Navarra; item alius adhuc (κ). (1161.)

GENEALOGIA Regum Francorum, Aragoniæ & Navarræ. Habetur præterea aliud Anonymi Auctoris, qui Joannis Labætani & Catharinæ Foxiæ, Navarræque regum ævo floruit, opus manuſcriptum (1162.)

RELACION de la deſcendencia de los inclitos Reies de Navarra, quod in ſua utriusque Vaſoniæ notitia laudat Arnaldus Oihenart (λ) ex eoque Ni- (1163.)

(η) in MSCto num. 219.
(ι) pluteo N. ſerie III. num. 10.
(κ) pluteo η. Coculo 5. num. 23.
(λ) Lib. II. cap. 3. pag. 96.

Nicolaus Antonius (μ), quorum uterque (ν) meminit alterius adhuc Anonymo itidem ab Auctore conscripti operis, quod

(1164.) *CHRONICON seu series Navarræ regum audit*, & stemma illud regium ab Enecone (vulgo Innigo) Aristaad Sancium usque Garciæ filium, Sancii majoris nepotem deducit; Exstat illud in Codice manuscripto Legerensis Monasterii (vulgo Leiria,) quo regulæ S. Benedicti continentur, usumque se eo fatetur idem Oihenartus (ξ). Meminit itidem Stephanus Garibayus (ο) duplicis operis ejusdem farinæ; alterum

(1165.) *CATALOGO de los Reis de Navarra inscriptum*, adjectis figuris regum insigniumque pictis exstat in ædibus Don Francisci de Lodoso, in oppido Pueunte de la Reina dicto, alias Cares; alterum vero, etiam

(1166).) CATALOGO y sucesion de los Reies de Navarra nuncupatum asservabatur Garibayi ævo in urbe Pampilonensi, in ædibus civis cujusdam Cidaci Cruzat prope portam sancti Nicolai sitis, sed uterque Codex, eodem Garibayo teste, in multis a vero aberrat, inprimis, quod seriem temporum regumque successiones attinet, unde &, qui illos consuluit, Joannes Vasæus plures iis seductus errores in suo regum Navarræ Catalogo commisit.

DXXC. NAVARRICORUM stemmatum Nobilium Insignia, uno volumine collecta, vivisque coloribus, quanquam minus eleganter depicta, vidimus olim in Regia Parisiensi Bibliotheca; Exiguæ molis libellus est, & in Catalogo Manuscriptorum tali notatur titulo (π)

(1167.) *BLASONES de linages nobles de Navarra*; unde eadem olim, indultu amicissimi Domini Clementis Bibliothecæ istius Custodis, propria quondam manu descripsimus.

DXXCI NAVARRA, cognomen est Fecialis cujusdam seu Haraldi Caroli V. Imperatoris, qui de nobilibus Hispanis familiis, conscripto

(1168.) *NOBILIARIO de linages de Espanna*, commentatus est. Mentionem ejus faciunt Genealogici nonnulli recentiores, quos inter nominamus Andream Gutierrez de los lios (ρ) & Sanctium Doriga de Valdes (σ).

DXXCII NAVARRETE familia nobilis Hispanica, iisdem cum nobilibus Quin-

(μ) Bibl. vet. Hisp. Tom. II. pag. 260. b. m.

(ν) Antonius loc. cit. pag. 260. f.

(ξ) Lib. 2. Vasconiæ cap. II. pag. 235.

(ο) Compendio historiar. Hispan. Lib XXI. cap I. pag. m. 5. pr.

(π) num. 10521.

(ρ) relacion del linage de los Rios.

(σ) origen de la Casa de Asturias pag. 94. b. lit. D.

Quintanilla, Guemez, Boves, Fuenmayor & Argote ſtemmatibus inſignibus gentilitiis decorata, quæ per Caſtellæ, Andaluſiæque Regna ſe dilatavit; Proſapiam illam, quæ Hiſpali, Eſtepæ Rondæ & Oſſunæ ſedes fixit, exacte deſcribit libellus hujus tituli:

PRINCIPIO, armas y origen de los Navarretes del Andaluſia, cujus ab Anonymo Auctore exarati exemplar authenticum poſſedit Ferdinandus de Saavedra, qui plurima ex eo excerpta ſubminiſtrat in ſuis ſcriptis (τ) & circa annum 1624. conſcriptum cenſet. (1169.)

NICOLAUS AUGUSTINUS Luſitanus, Eborenſiſque Archi-Epiſcopi Theodonii de Braganza Sacerdos, hujus Patroni ſui ortum vitamque conſignavit in libro lingua vernacula ſic inſcripto: DLXXXIII.

SUMARIO da vida do Illuſtriſſimo Senhor Dom Tevtonio da de Braganza quarto Arcevispo de Evora. Prodiit ille Eboræ apud Franciſcum Simoens 1614. in 4to. Pauca ſaltim inibi exſtant notatu digna de Theodonii majoribus, Ducumque Brigantinorum ſtemmate; erat enim Theotonius, Jacobi Ducis Brigantini & Guimaraenſis, Marchioniſque Villævicioſæ ex ſecunda uxore Joanna de Mendoza, Didaci filia, filius, Theodoſiique quinti Ducis Brigantini frater. (1170.)

NICOLAUS CAPUTO, quem Neapolitanum credimus (quanquam nulla ipſius apud Nicolaum Toppum (υ) occurrat mentio) ſcripſit lingua Hiſpanica opus Genealogicum, cui titulum fecit. DLXXXIV.

DESCENDENCIA de la Caſa de Aragon en Napoles. Liber nobis viſus non eſt, nec an typis editus, an ſaltim manuſcriptus extet, definire licet, meminit ejuſdem ſæpius Hieronymus Soſa. (φ) (1171.)

NOBILIARIA exſtant varia ab Anonymis Auctoribus de nobilibus Hiſpaniæ æque ac Luſitaniæ (de quibus tamen ſeorſim infra ſub titulo *Portugallia* dicemus) familiis, nos, quotquot apud Hiſtoricos æque ac Genealogos Hiſpanos invenimus citatos, heic recenſebimus. DLXXXV.

NOBILIARIO antiguo. Hujus tituli Codex manuſcriptus aſſervatur in Archivo Simancenſi, ex quo de clariſſima Velaſcorum ſtirpe nonnulla excerpta dedit Franciſcus Sota. (χ) In Regia Pariſienſi Bibliotheca exſtant itidem tres Codices manu exarati, videlicet (1172.)

NO-

(τ) Memorial de la Caſa de Saavedra fol. 307 ſeqq.
(υ) In Bibliotheca Neapolitana.
(φ) Noticia de la Caſa de los Marqueſes de Villafranca pag. 125. m.
(χ) Cronica de Aſturias Lib. 3. cap. 45. §. 15. pag. 446. a. f.

(1173.) *NOBILIARIO de los linages de Efpanna*, feu, ut Gallice in Catalogo Manufcriptorum titulus fonat: Armorial de plufieures familles d'Efpagne, in folio, (ψ) non nifi infignia depicta continens.

(1174.) *LIVRE des Genealogies de Efpagne* in folio. (ω)

(1175.) *LIVRE des Genealogies d' Efpagne tire de la Biblioteque de Saint Laurent.* (α) Præterea quoque memoratur Codex infcriptus:

(1176.) *ARMAS y linages de Caftilla y Efpanna.* Perantiquus ille fed acephalus, quo ufus eft, qui fæpius citat, Petrus de Efcalera Guevara. (β)

(1177.) *LIBRO de linages.* Codex manufcriptus, quem Hifpali olim poffedit Don Alvarus Dominus de Fuentes, quoque ufum fe fatetur, qui laudat, Hieronymus Gudiel. (γ) Exftant præterea & in Regia Efcorialenfi Bibliotheca plures Nobiliariorum Codices manufcripti, ut

(1178.) *LINAGES y Solares & Efpanna*, liber in folio. (δ)

(1179.) *LINAGES de Efpanna por Caravajal y Salazar.* (ε) Itidem in folio, quod, ni fallor, opus ex fupra laudatorum Laurentii Galindez de Carvajal & Lupi Garfiæ de Salazar nobiliariis conflatum eft.

(1180.) *LINAGES de Efpanna con otras cofas mui curiofas de los Reies, Sennores, Ciudades, y Ordenes della, y fus fundaciones, y las naciones de Chriftianos, que ay en el mundo, y a que en viven fujetos.* (ζ)

(1181.) *LINAGES de Efpanna.* (η)

(1182.) *ESCUDOS de armas de los Sennores, Titulos y linages de Efpanna.* (θ)

(1183.) *CATALOGO Real, Imperial, y Pontifical en tres partes; la primera de la Genealogia y fucceffion de los Reies de Efpanna; la fegunda de los Reies de Francia, Duques de Borgonna y Condes de Flandes, la tercera de los Emperadores y Pontifices; anna de fe un Epilogo de los Prelados, Grandes, y Cavalleros de los Reinos de Caftilla y fus rentas.* Opus hoc ab Anonymo Auctore confcriptum, & Carolo V. Imperatori anno 1535. nuncupatum poffedit olim

(ψ) Num. 10003.
(ω) Num. 10008.
(α) Num. 10009.
(β) Origen de Monteros de Efpinofa fol. 47. a. †.
(γ) Compendio de los Girones fol. 3. lit. F.
(δ) Pluteo O. loculo V. num. 11.
(ε) Pluteo O. loc. I. num. 6.
(ζ) Pluteo O. ferie V. num. 12.
(η) Pluteo N. ferie IV. num. 25.
(θ) Pluteo O. ferie V. num. 12.

olim Martinus Vasquez Siruela, Ecclesiæ Hispalensis Portionarius, apud quem illud vidit conjunctissimus ejus amicus Nicol. Antonius. (ι)

NOBOA perantiqua nobilis Gallæciæ Regni familia, ex qua ortum trahunt Comites de Maceda aliæque illustres prosapiæ, præter Comitem Petrum de Bracelos, Philippum de Gandara aliosque Genealogos, etiam Anonymum nacta est Historicum, qui peculiarem de ipsa conscripsit libellum: DLXXXVI.

GENEALOGIA de la Casa de los Noboas Condes de Maceda; manu exaratum illum possedit dictus Philippus de Gandara, qui & cum Comite de Maceda Don Alphonso de Lanzos Andrade & Noboa communicavit, ac ex authenticis domus Noboanæ documentis conflatum asserit, ob exactitudinemque & veritatem laudat. (κ) (1184.)

O.

OCA, perantiqua itidem in Gallæcia æque ac Biscaja florens familia, quam prolixe in suo Gallæciæ Nobiliario (λ) pertractat Philippus de Gandara. Quod originem illius spectat, eam Gallæciæ deberi asserit, seductum se tamen olim fuisse fatetur, ut ex Cantabris ipsam derivaret, ab Anonymo quodam Auctore, qui libellum typis subjecit hoc titulo insignitum: DLXXXVII.

ORIGEN y succession de la Casa de Oca, nobis ille cætera incognitus est, nec ubi locorum, quo tempore quave forma prodierit, scimus. (1185.)

DON ONUPHRIUS VINCENTIUS ESCRIVA de HIJAR & MOMPALAU, secundus Comes de Alcudia & Gestalgar, Baro de Galon & Gata, Dominus de Resalan, filius secundus & (ob mortem primogeniti fratris Don Francisci, Ordinis Montesæ Equitis ἀγάμȣ) hæres Don Gundisalvi Escriva de Hijar, primi Alcudiæ Comitis, & Annæ Mariæ de Mompalau, Vir omni literarum genere instructissimus, Historiæ præsertim patriæ stemmatumque Regni Valentini nobilium gnarissimus de suis uxorisque majoribus integrum sat amplum posteris reliquit ineditum opus DLXXXVIII

GENEALOGIA de las Casas de Escriva, Hijar, Monsoriu, Mompalau y Ferrer, y à ellas tocantes; vidit illud, qui laudat, (μ) Ludovicus de Salazar (1186.)

(ι) Bibl. Hisp. Tom. II. pag 270. a. m.
(κ) Lib. III. Nobiliario de Galicia cap. 8. pag. 348. b. pr.
(λ) Ibid. Lib. IV. Partis II. cap. 6. pag. 511. seqq.
(μ) In MSCto num. 182.

zar & Castro, qui & alibi (ν) Onuphrii nostri majores æque ac posteros fusius recenset. Testatur item Josephus Pellicerius (ξ) ipsum magno conatu

(1187.) *HISTORIAM universalem Hispaniæ* elaborasse; ita enim ejus verba sonant. „ A la esclarecida pluma de Don Onofre &c. devera Espanna „una cumplida y celebre historia, que tiene formada con elegancia suma, noticias selectas y pureza de Estilo; huic etiam adjicimus: „

(1188.) *EPITOMEN magni Aragoniæ Annalium Hieronymi Zuritæ operis*, quam à Comite nostro perfectam Matriti apud Don Franciscum de la Torre, Ordinis Calatravensis Equitem anno 1674. edit Didacus Josephus Dormerus, cujus hæc sunt verba. (ο) „ No solo cinita Don Onofre à Floro „en la brevedad, pues es su epitome el mas succinto de los, que hasta aora „se han hecho de Zurita, sino en la disposicion y el estilo de la obra, grave, „pero con suavidad y mui suelto, aunque tan cennido lo que refiere. „ Uxorem Onuphrius habuit Donna Franciscam de Monforau Mompalau & Ferrer, quartam Comitem de Gestalgar, dominam oppidorum Estibella, Becelga, Arenes, Chera, Miralbo, Sanz, & Turris Loriz, filiam hæredemque Don Josephi de Monsoriu, Domini Estibellæ & Donna Mariæ de Mompalau & Ferrer, tertiæ Comitis de Gestalgar, ex qua pluribus relictis liberis, quos inter hodienum in vivis est Don Balthasar, tertius Alcudiæ Comes (qui ex uxore Donna Mariana de Bracamonte & Noronna, Ludovici secundi Marchionis de Fuentelsol filia ἄπαις vivit) obiit anno MDCLXXXVIII.

DLXXXIX. ORENSE, nobilis in urbe Burgos Castellæ veteris metropoli residens familia, quam fusius enarrarunt Fr. Thomas de Sterrera in eleganti sua Conventus Sancti Augustini in urbe Salmanticensi Historia (ϖ) ut & Ludovicus de Salazar & Castro (ϱ) qui & ibidem nos edocet, se in scriniis suis asservare consarcinatum ab Anonymo quodam Auctore opusculum, cujus epigraphe est

(1189.) *GENEALOGIA de la Casa de Orense*, quo se haud parum adjutum ingenue fatetur.

DXC. OSORIO illustris ex Cantabris Gallæcisque oriunda, Regioque Le-

(ν) Hist Genealog. de la Casa de Lara Lib X. cap. 14 pag. 404.
(ξ) In Bibliotheca de sus escritos fol. 191. a. fin.
(ο) Progressos de la Historia de Aragon pag. 305. pr.
(π) Pag. 170. seqq.
(ϱ) Advertencias Historicas pag. 242. num. 203.

Legionensi sanguine superbiens familia, celebris olim Trastamaræ Comitum, hodieque Marchionum Astorgæ Comitum Altamiræ &c. titulis, omnibus fere Genealogis Hispanis in censum venit; peculiariter tamen de eadem commentatus est Auctor Anonymus, cujus exstat

DESCENDENCIA de los Osorios, liber typis impressus in quarto; vidimus illam olim Matriti coemtum ex Bibliotheca Clarissimi Viri, Don Laurentii Ramirez de Prado, supremæ Castellæ Regnorum Curiæ Senatoris, in cujus quoque Catalogo titulus libelli istius recensetur. (σ) (1190.)

P.

PALAFOX nobilis inter Aragonenses familia, cui ortum debent hodierni Arizæ Marchiones, interque eos laudatus supra Joannes Palafox, Pueblæ de los Angeles Episcopus, Regnique Mexicani Pro-Rex, ac Osmensis tandem Præsul; Ejus ut & Rebolledanæ conjugii vinculo ipsi innexæ Historia-Genealogica ab Anonymo Auctore conscripta, atque hoc titulo: DXCI.

GENEALOGIA de las Casas de Palafox y Rebolledo insignita, Regique Philippo IV. oblata fuit; pertingit illa usque ad Don Joannem de Palafox & Rebolledo, Arizæ Marchionem, hodierni cognominis octavum; Manuscriptam illam possidet Ludovicus de Salazar & Castro (τ) qui brevem quidem, sed magno studio & accuratione elaboratam censet. (1191.)

PARADINAS oppidum in Regnis Castellæ, Commendataria Equestri insigne, licet illius nomen inter oppida trium Ordinum Sancti Jacobi Calatravæ & Alcantaræ nullibi compareat; ab eo mutuatus nomen est Anonymus quidam, qui nobis haut alio, quam el Comendador de Paradinas nomine innotuit, & DXCII.

DE ALGUNOS linages de Espanna Commentarium Genealogicum conscripsit, quem Josephus Pellicerius manu exaratum penes se habuit, qui illum laudat, (υ) & Auctorem ex celebri Sarmentorum de Villamayor familia oriundum credit. (1192.)

PASCHASIUS, primus Monasterii Canonicorum Regularium Sanctæ Mariæ de Benevivere Dioeceseos Palantinæ Abbas, qui sub Alphonso VIII. cognomine Bono, Castellæ Rege floruit, atque DXCIII.

(σ) Fol 13. a. m.

(τ) In MSCto num. 202.

(υ) Memorial de la Casa de los Sarmientos de Villamayor fol. 31.

(1193.) *VITAM Didaci Martinez de Villamayor,* Viri Equeſtri dignitate conſpicui, pro dictique Monaſterii Fundatoris diſtichis latinis, &, ut Nicolaus Antonius (φ) loquitur, non omnino incultis conſcripſit. Inſeruiſſe illi operi Paſchaſium quædam de Villamajorum antiquiſſimo ſtemmate patet ex nonnullis à Joſepho Pellicerio in egregio ſuo opere, Informe de los Sarmientos (χ) ſupra ſuo loco laudato citatis fragmentis ex Paſchaſio, cujus librum manu exaratum uſurpavit.

DXCIV. FR. PAULUS CALDERON, Ordinis Franciſcanorum ſodalis & antea Collegiatus major (uti vocant) Collegii Sanctorum Petri & Pauli Complutenſis, ex genuinis atque authenticis documentis conflavit opus

(1194.) *DE LA Caſa y Genealogia de los Manriques de Lara* inſcriptum; Ineditum illud adhuc latet in ſcriniis curioſorum, magnoque ſemper cum Auctoris operiſque elogio citatur Genealogis recentioribus, puta Joſepho Pellicerio (ψ) Philippo de Gandara (ω) & Ferdinando de Saavedra. (α)

DXCV. PAULUS de LANA Cæſarauguſtanus de celebrioribus inter Cantabricas familiis Andiana & Yrazavalenſi bene pr neritus eſt, edito Matritenſibus typis anno 1620. opere Hiſtorico-Genealogico

(1195.) *DESCRIPCION de los Solares de Andia y Yrazaval* inſcripto, quam nobis quidem videre non contigit, laudavit tamen illud Franciſcus Ruiz de Vergara in diſcurſu Genealogico de proprio ſtemmate. (β)

DXCVI. PAULUS MORIGIA, Mediolanenſis, Ordinis Jeſuitarum Sancti Hieronymi ſodalis, Auctor egregii illius operis Genealogici

(1196.) *NOBILITATIS urbis Mediolanenſis,* edidit etiam inter plura alia Italico ſermone evulgata opera librum hoc titulo notatum

(1197.) *ISTORIA breve della Auguſtiſſima Caſa de Auſtria, con la vita de tutti gli huomini e Donne di queſto gran Ceppo, con la deſcrittione della Fabrica del Eſcoriale di Spagna:* Bergomi apud Cominventuram 1593. in 4to, in quo Regium Hiſpanum ſtemma explicuit.

DXCVII. PAULUS de VITORIA, & DON PETRUS de VELASCO, Jurium Licentiati & Cauſarum in Regio Senatu Caſtellæ Patroni juncta opera,

(φ) Bibl. vet. Hiſp. Lib. VII. cap. 6. §. 107. pag. 19. col. 1.
(χ) Fol. 32. & fol. 33.
(ψ) Memorial por el Marques de Ribas.
(ω) Nobiliario de Galicia Lib. 2. cap. 25. pag. 264. pr.
(α) Memorial de ſu Caſa fol. 106. fin.
(β) Adjecto Hiſtoriæ Collegii veteris Salmanticenſis. pag. 25. m.

opera, ut partes Marchionis Arizæ ejusdemque agnatorum, qui pro retinenda majoratum Monclas & Salas Domui suæ annexorum unione litigabant, tuerentur, eruditum typis Matritensibus ediderunt librum:

RAZONES de eguidad y congruencia, paraque no se deshaga el Mayorazgo de Monclas y Salas; in folio, cui seriem Genealogicam æque ac merita stemmatum Palafox & Rebolledo inseruerunt, quo nomine scriptum illud eximia laude dignum censet Ludovicus de Salazar & Castro. (γ) (1198.)

PEREIRA illustrissima inter Lusitanicas prosapia ex perantiquis Trastamaræ Comitibus masculo progerminans tramite ortum dedit Don Alvaro Gonsalez Pereiræ, Ordinis Equestris Sancti Joannis magno per Lusitaniam Priori, Betri Castellæ Regis intimo status Ministro, qui inter tres & triginta variis ex uxoribus susceptos filios ex Eiria Gonsalez de Carvajal, Petri Gonsalez Filia progenuit Don Nonnium Alvarez Pereiram, Lusitaniæ Condestabilem, Comitem de Bracelos & Ouren, Ducum Brigantiæ, præsentiumque Lusitaniæ Regum per Filiam unicam Beatricem Alphonsi Brigantiæ Ducis Joannisque I. Regis Portugalliæ filii uxorem progenitorem. Hujus vitam, majores, posterosque singulari exposuit opere Anonymus quidam Auctor Lusitanicus, ita vernacule inscripto: DXCVIII.

CHRONICO do Condestable de Portugal Don Nuz Alvarez Pereira, Principiador da Casa de Braganza; sem mudar da antiguidade de suas palabras nem stilo. Olyssipone 1526. & iterum ibidem apud Antonium Alvarez 1623. in folio. Exstare etiam latinam Chronici hujus versionem à Joanne Ferdinando, quem Theodosius Brigantiæ Dux Joanni filio unico Præceptorem dederat, adornatam nos edocet Joannes Vasæus. (δ) Conferatur pluribus Nicolaus Antonius. (ε) (1199.)

PETRUS IV. hujus nominis Aragonum Rex, Alphonsi IV. cognomento Pii filius, & in solio Regio anno MCCCXXXVI. constitutus successor, ob studium magnificentiæ Aulicæ vulgo *el Coremonioso* cognominatus, literarum amantissimus, literatorumque Fautor eximius. Prius testatum faciunt plura, quæ ipsemet composuit, Juridici æque ac Historici argumenti opera à Nicolao Antonio (ζ) diligentissime recensita, ea inter ad nostrum spectat forum opus Genealogicum DXCIX.

NOBILIARIO del Serenissimo Rey Don Pedro el Ceremonioso inscriptum, (1200.)
in

(γ) In MSCto num. 140.
(δ) Chronici Hispaniæ cap. 4.
(ε) Biblioth. vet. Hisp. Tom. II. pag. 258. b.
(ζ) Ibid. lib. IX. cap. 7. §. 342. seqq.

in quo nobilia Regni ſui ſtemmata explicuit. Ineditus ille verſatur inter manus curioſorum, quamvis nobis ejus intuendi copia hactenus fuerit denegata.

DC. PETRUS ABARCA, Jacca, Aragonum urbe oriundus, Ordinis Jeſuitarum ſodalis, Theologiam in Collegiis Ordinis ſui Valliſoletano ac Salmanticenſi è primaria Cathedra docuit, variaque edidit Theologici argumenti opuſcula, quorum titulos ſuppeditat Nicolaus Antonius. (η) Præterea etiam de Hiſtoria patria optime meritus eſt, edito inſigni opere:

(1201.) *LOS REIES de Aragon en Anales Hiſtoricos diſtribuidos en dos partes;* ſive Regum Aragoniæ Hiſtoria inſcripto, cujus prior Tomus Matriti è Typographia Regia prodiit anno 1682. in folio; poſterior vero Salmanticæ apud Lucam Perez anno 1684. itidem in folio; operis iſtius hiſtoriam & elogia qui noſſe percupit, adeat Didacum Joſephum Dormerum. (θ) Eo labore effecit, ut dignus haberetur, quem Carolus II. Rex ſupremum Caſtellæ Hiſtoriographum denominaret. Præter generalem autem illam fortium à nobilitate Aragonia geſtorum hiſtoriam, etiam ſpecialiter de familia nobili Solis cognomine illuſtri commentatus eſt, edito Genealogico libello tali in fronte conſpicuo epigraphe:

(1202.) *SUMARIA noticia de los aſcendientes de Don Alonſo de Solis Oſorio.* Eſt hic unicus Don Joſephi de Solis & Valderrabano, Ordinis Sancti Jacobi Equitis & olim Sardiniæ Pro-Regis, dein Senatus ſupremi Indiarum tandemque illius Ordinum Equeſtrium Gubernatoris (quem Carolus II. Rex Montisplani (vulgo de Montellano) Comitem creavit) ex Donna Clara Oſorio & Fonſeca, Comitis de Villanueva de Cannedo ſorore filius. Verum in libello iſto Abarca noſter Joſephi Pellicerii (qui elegans de familia Solis opus, olim ediderat) vitula ut plurimum aravit, cenſente ita & merito quidem Ludovico de Salazar & Caſtro. (ι)

DCI. PETRUS AINGO de EZPELETA, Aſturicenſis, ædis Cathedralis patriæ Canonicus, & in Univerſitate ibidem Theologiæ Profeſſor, & SS. Bibliorum interpres, cauſam Eccleſiæ ſuæ tuendam ſuſcepit, edito eleganti de ejusdem fundatione & fatis Commentario Hiſtorico, cui hæc rubrica.

(1203.) *FUNDACION de la Santa y Cathedral Igleſia de Aſtorga, vida, predicacion y Martyrio de ſu primer Obispo San Efrem, diſcipulo del Apoſtol Sant-Jago.*

(η) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 130. a. f.

(θ) Progreſſos de la Hiſtoria de Aragon fol. 302. pr.

(ι) In MSCto num. 166.

Jago. Prodiit liber iſte typis Matritenſibus anno 1634. in quarto, nobisque heic memorandus venit, ob inſertum illic inclytum Oſoriorum, primarium inter Aſturicenſes Gallæcosque nobile ſtemma; quo nomine & laudatur a P. Gabriele Henao Antiquitatum Cantabricarum Hiſtorico (κ).

PETRUS ALBERIT Aragonenſis, Synchronus Petri de Luna, qui circa finem ſæculi XIV. floruit, Eccleſiamque Romanam ſub Benedicti XIII. Antipapæ nomine aliquandiu rexit, cujus etiam, dum adhuc Cardinalis eſſet, juſſu Genealogicum quoddam opus hoc titulo notatum DCII

NOBILIARIO de las Caſas nobles del Reino de Aragon compoſuit. Poſſedit illud manuſcriptum Joannes Martinez de Bahamonde ſupra laudatus, qui Alberitium laudat (λ); idemque credo opus indigitare vult Alphonſus Lopez de Haro, (μ) quando citat Sumario de linages de Aragon, que mando hazer el Papa Benedicto XIII.

DON PETRUS DE ARRESE ONTIVEROS, ordinis Calatravenſis Eques, in urbe Antiquarienſi regni Andaluſiæ municipio reſidens ſcripſit DCIII

COMPENDIO Genealogico de la Caſa de Narvaez, typis Matritenſibus editum anno 1687. Antiqua hæc in regno Andaluſiæ floret familia, ortum ex regno Navarræ derivans, in cujus oppido San Juan del pie del puerta domus ejus gentilitia, quod *Solar* vocant, exſtitit. Succincte autem admodum & compendioſe nimis ſtemma hocce in illo libello pertractavit auctor, malæ quoque fidei a Ludovico de Salazar & Caſtro (ν) inſimulatus, quod illuſtri cuidam proſapiæ, quæ vere ex Narraëſiis orienda, ortum ex iiſdem denegaverit. (1205.

PETRUS BARRANTES MALDONATUS natales debet urbi Alcantaræ ad Tagum fluvium ſitæ, & ordinis Equeſtris cognominis primariæ ſedi, Nobilis Aulicus Ducum Medinæ Sidonia floruit circa medium ſæculum XVI. & de Patroni ſui illuſtri ſtemmate, Guzmannico puta, optime meritus eſt, inſigni conſcripto opere Genealogico, quod DCIV

ILUSTRACIONES de la gran Caſa de Niebla nuncupavit. Magno illud habetur in pretio apud Hiſtoricos Hiſpanos, inprimis Ambroſium Mo- (1206.)

(κ) Antiguedades de Cantabria Lib. I. cap. 21. in notis num. 11. pag. 104. b.
(λ) In Elencho Auctorum operi ſuo Elogios de algunos ſantos præfixo.
(μ) Nobiliario Genealogico de Eſpanna Lib. V. cap. 15. pag. 463. b. pr.
(ν) In MSCto num. 11.

Moralem (ξ) Gundisalvum Argote Molinam (ο) Ludovicum de Salazar & Castro (π) aliosque innumeros. Ineditum hodienum latet, & authenticum ni fallor ejus exemplar olim extititin instructissima Comitis Ducis Olivariensis Bibliotheca, in cujus manuscriptorum Catalogo ita notatur (ρ)

CORONICA de la Casa de Niebla; alium itidem ejus Codicem possedit Didacus Ortiz de Zunniga, uti ipse fatetur (σ). Aliud ab hoc diversumque opus Maldonati est, quod itidem ineditum sub hocce titulo

(1207.) *CRONICA de Espanna* citat P. Gabriel de Henao (τ), cujus tamen nulla plane apud Nicolaum Antonium (υ) occurrit mentio.

DCV PETRUS BERMUDEZ, Secretarius & mox Camerarius Don Petri Fernandez de Velasco, tertii Ducis de Frias, Castellæque Condestabilis, Canonicus item ædis Cathedralis palentinæ conscriptum ab isto Patrono suo opus

(1208.) *GENEALOGIA de la Casa de Velasco* dictum in ordinem redegit anno 1571. illudque Innico de Velasco, Castellæ Condestabili, Petri consobrino dedicavit. Ineditum illud adhuc latet, & plura de eo infra dicendi locus erit.

DCVI PETRUS BLASIUS TORRELLAS non alio notus nobis nomine, quam quod indice Nicolao Antonio (φ) ex Latino Pauli Jovii Novocomensis Episcopi in Hispanicum idioma traduxerit

(1209.) *LA VIDA y Chronica de Gonsalo Fernandez de Cordova*, qui vulgo el gran Capitan audit, regnique Neapolitani expugnatione sub Ferdinando Catholico rege inclaruit. Prodiit illud Romæ apud Gabrielem Simònem 1555. in 8vo, & quædam de Cordubensi stemmate habet.

DCVII DON PETRUS BOIL DE ARENOS, Baro de Boil & Porriol in Aragonia, & Toparcha oppidorum Alfarfar & Mazanasa in regno Valentino, obtulit circa annum 1670. Marianæ Austriacæ reginæ & Caroli II. regis Tutrici Matriti typis impressum in folio supplicem libellum inscriptum *ME-*

(ξ) in Discurso del linage de Sto Domingo.
(ο) in præf. libri Nobleza del Andalusia.
(π) in MSto num. 15.
(ρ) num. 100. 10.
(σ) in præf. libri Anales de la Ciudad de Sevilla
(τ) Antiquedades de Cantabria Tom. II. pag. 76. a. f. num. 15.
(υ) Bibl. Hisp. Tom. II. pag. 139. a.
(φ) ibid. pag. 139. fin.

MEMORIAL de sus ascendientes de la Casa de Boil, idque ad obtinendum Marchionis titulum & honores, quibus & paulo post a Carolo II. rege mactatus fuit. Dolendum vero ipsum argumenti dignitatem succincto nimis isto libello neutiquam adæquasse, cum Boilana domus una ex præcipuis nobilium Aragoniæ merito reputetur, quæ tres illustres progerminavit ramos, Baronum puta de Manizes, qui ex matre Donna Alta de la Scala Ducum Veronensium filia orti cognomen Boiles de la Escala adsciverunt, secundo Boilorum de Arenos, de quibus jam diximus, tandemque Dominorum de Betera & Muzamagull, qui Boiles de Viras audiunt, ut prolixe nos edocet Hippolytus Samper (χ). (1210.)

DON PETRUS DE BRITO COUTINHO, Lusitanus nobilis, Eques Ordinis Calatravensis, qui tempore revolutionis Lusitanicæ, cum regnum hocce a Castellæ regibus deficeret, regemque sibi Ducem Brigantinum constitueret, in Castellam cum plurimis aliis nobilibus se recepit, Matritique sedem fixit, ubi & anno MDCXXII. diem supremum vidit, in senectute oculorum lumine orbatus, quod, ut plura, quæ meditabatur, ingenii monumenta in lucem ederet, impedivit. Fuit is in studio Genealogico versatissimus, unde Josepho Pellicerio (ψ) Homerus Genealogorum (scilicet ut cœcus ille Poetarum, hic noster Genealogorum princeps) audit; multus quoque in ejus laudibus encomiisque est Ludovicus de Salazar & Castro, qui familiariter Brito usus est, tum in operibus suis (ω) tum & in Genealogicorum Scriptorum recensu (α), item Antonius Suarez de Alarcon (β). Multa scripsit, ex quibus tamen pauca solummodo typis impressa prodiere, quæ inter heic recensemus. DCVIII

DE LA Varonia del Marques de Penalva liber in folio editus, in quo Brito Don Ludovici de Meneses Comitis de Tarouca stemma, Menesianum scilicet erudite & exacte ex documentis authenticis eruit. (1211.)

LAGRIMAS de Portugal, opus historicum, in quo statum rerum Lusitanarum turbulentum illum descripsit, & plurima eidem de nobilibus Lusitaniæ stemmatibus notatu digna inseruit; prodiit illud in 4to. (1212.)

GENEALOGIA historia de los Duques de Albuquerque; absolutum (1213.)

 præ-

(χ) Montesa ilustrada Parte III. §. 854. pag 516.

(ψ) Bibliotheca de sus escritos fol. 42 a.

(ω) Advertencias Historicas pag. 337. m. Hist. de Silva Tom. I. pag. 43. f. hist. de Lara Tom. I. pag. 34. m.

(α) in MSCto num. 67

(β) Relaciones Genealog. de los Marqueses de Trocifal pag. 147. a. fin.

præloque paratum opus hocce habuit Auctor; lucem tamen non vidit, & Auctoris Autographum in Ducum de Albuquerque archivo aſſervatur

(1214.) *MEMORIAL por Don Fernando de Noronna, Conde y deſpues Duque de Linares.* Libellum hunc ſupplicem Auctor rogatu ipſius Ducis conſcripſerat, cui dein Tabulas Genealogicas Noroniani ſtemmatis adjecit Joſephus Pellicerius, qui ſummis illum æque ac Auctorem laudibus extollit (γ).

(1215.) *TRATADO de la Caſa de Guzman.* Hunc Brito anno 1669. elaboravit ad teſtandum obſequium Excellentiſſimo Medinæ Turrium Duci, cui familiaris admodum, intimæque admiſſionis amicus exſtiterat. Laudat hoc opus, quod ineditum adhuc latet, Ludovicus de Salazar & Caſtro (δ), cui & ſuffragium ſuum adjicit Fr. Hieronymus Soſa (ε).

(1216.) *ORIGEN y ſucceſſion de la Caſa de Coutinho.* Nobilis hæc eſt inter Luſitanicas familia, ex qua maternum Auctor ſanguinem paternum vero Comites de Borba, Redondo, Mannalva aliique traxere MSCtum.

(1217.) *TRATADO de la Genealogia de la Caſa de Fonſeca.* Opus hoc laudant, qui videre, Joſephus Pellicerius (ζ) & Ludovicus de Salazar & Caſtro (η), qui tamen aſſerit, illius autographum poſt Auctoris obitum ſtatim diſparuiſſe, nec cum juſſu regio ad inſtantes regii Luſitanici Legati, qui omni conatu illud expetebat, ſollicitudines a Salazario quæreretur noſtri in ſcriniis Briti potuiſſe inveniri; nec poſtea de eo quidquam reſcitum eſſe

(1218.) *ORIGEN de la Caſa de Portocarrero,* Hunc librum apud auctorem olim vidit, qui eundem laudat (θ) Ludovicus de Salazar & Caſtro.

DCIX Fr. PETRUS DE SANCTO CAECILIO, Granatæ natus parentibus Auguſtino Matthia de Velaſco Murillo, & Donna Franciſca Lopez Rubio de Valdes, cujus majores fuſius exhibet Rodericus Mendez Silva (ι). Adultior factus ordinem intravit reformatorum, qui Excalceati audiunt, Divæ Mariæ de Mercede Monachorum, cujus & ſucceſſu temporis evaſit Chronographus Generalis, & anno MDCL. Diffinitor, ceu vocant, ejus-

(γ) Bibliotheca de ſus eſcritos pag. 138. f. & pag. 153. f.
(δ) Hiſt. Geneal. de la Caſa de Lara Lib. I. cap. 11. pag. 34.
(ε) Genealogia de los Marqueſes de Villafranca pag. 206. pr.
(ζ) in Bibliotheca de ſus eſcritos pag. 42. pr.
(η) in MSCto. num. 67.
(θ) Advertencias Hiſtoricas pag. 337. m.
(ι) Origen de la Caſa de Valdes fol. 45. pr.

ejusdem in Bætica ſacræ Conceptionis Provincia; Varia elucubravit ingenii monumenta, quorum ſeries apud Nicol. Antonium (κ) evolvi poteſt; Ea inter præcellit grande duorum voluminum opus.

HISTORIA de la religion de nueſtra Sennora de la Merced, en particular de la Reforma, quod, ut muneri Hiſtoriographico ſatisfaceret, congeſſit; Diu delituit illud manu exaratum, editioni quippe anno jam MDCLXVII. paratum, ſed nec dum anno MDCLXXIX. typis evulgatum. In illo vero plurima inſeruit Genealogica de nobilibus Hiſpaniæ ſtemmatibus documenta, unde ſæpius citandum venit ſtemmatographis, inprimis Joſepho Pellicerio (λ) ut & Ferdin, de Saavedra (μ) Meminit & Auctoris cum elogio ei debito Didacus Ortiz de Zunniga in eleganti ſuo Hiſpalenſium Annalium opere, ubi quoddam ipſius exhibet Memoriale lectu haud indignum (ν). (1219.)

DON PETRUS DE CARDENAS ET ANGULO, Cordubenſis Ordinis Sti Jacobi Eques, Vir diſertus & curioſus antiquitatum, ut de eo verba ſonant Nicolai Antonii (ξ), cui elaboraſſe memoratur DCX.

TRATADO de la Caſa de Haro, quem Commentarium in Schedis manuſcriptum ab Auctore relictum, ejus vidua filiique Excellentiſſimo Domino Ludovico Mendez de Haro, primario ſtatus Miniſtro Regis Philippi IV. Corduba Hiſpalim tranſeunti anno MDCXLV. obtulerunt, in cujus poſterorum ſcriniis adhuc diligenter aſſervatur (1220.)

PETRUS DE CAZERES, Granatenſis, haud alio nobis titulo notus, nec in hanc producendus ſcenam, quam quod Franciſco de Pedraza (ο) ex quo ejus mentionem repetiit Nicolaus Antonius (ϖ), perhibeatur Auctor libelli cujusdam Genealogici metrico genere exarati, & DCXI.

DESCENDENCIA de los Arandas inſcripti; Carmenque illud parum cultum cenſetur eidem Antonio. (1221.)

PETRUS DE ESPINOSA Antiquarienſis, in famulitio Emanuelis Pereſii de Guzman, Medinæ Sidoniæ Ducis ætatem tranſegit, ejusdem DCXII.

(κ) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 140. b.
(λ) in Bibliotheca de ſus eſcritos, ut & Memorial por el Marques de Ribas fol. 5.
(μ) Memorial de ſu Caſa fol. 4. a. & fol. 10. pr.
(ν) Anales de Sevilla ad A. C. 1614. pag. 614. a.
(ξ) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 142. b.
(ο) in Hiſtoria de la Ciudad de Granada.
(ϖ) Bibl. Hiſp. T. II. pag. 142. b.

Sacellanus, & Collegii Sancti Ildephonsi in urbe San Lucarensi Rector, scripsit præter alia in gratiam prædicti Patroni sui libellum

(1222.) *ELOGIO al retraro del Excelentissimo Sennor Don Manuel Alonso Perez de Guzman el bueno, Duque de Medina Sidonia*; Malacæ editum 1625. in 8vo panegyricum illum quidem magis quam Genealogicum attamen nonnulla de stemmate Guzmannico notantem.

DCXIII. PETRUS DE ESQUIVEL VEL ESQUIVIAS, rectius vero DE ESCAVIAS, uti quoque eum appellat Gundisalvus Argote Molina (ϱ) Præfectus Iliturgitanæ in Bætica urbis, vulgo Alcaide de Anduxar, scripsit Historiam quandam, qua idem Argote in Genealogico opere suo adjutum se fatetur, recteque conjicit Nicol. Antonius, (σ) eandem esse, quam in Olivariensi Bibliotheca manu exaratam olim exstitisse, &

(1223.) *REPERTORIO de principes de Espanna* in Catalogo ejusdem nuncupatam certior factus est; Continet illa stemma inprimis regium, multaque nobilium Hispaniæ familiarum memoratu digna.

DCXIV. PETRUS FERNANDEZ DEL PULGAR, Ecclesiæ Palentinæ Canonicus, ut & Regius supremus Indiarum Historiographus, elegantissimum, notitiisque Genealogicis refertum collegit opus.

(1224.) *HISTORIA de Palencia* inscriptum, & adhuc, quod sciam, in editum; Debito illud cum encomio citat Ludovicus de Salazar & Castro (τ). Quin & Josephus Pelliceriùs nos edocet, Pulgarem nostrum in detegendis Chronici Haubertini Spurii illius Lupiani de Zapata partibus erroribus figmentisque strenuam collocasse operam, plus 500. ejus lacunis, plagiisque felicissime erutis (υ).

DCXV. DON PETRUS FERNANDEZ DE VELASCO, Innici Fernandez secundi Ducis de Frias ex Maria de Tovar filius, Castellæ Condestabilis, tertiusque Dux de Frias, ac pro Carolo V. Imperatore aliquandiu Hispaniæ Pro-Rex, Vir sago togave præstans, & studio Genealogico addictissimus, ceu testatur elaboratus ab eo de proprio stemmate Commentarius.

(1225.) *ARBOL y abolorio de la Casa de Velasco* inscriptus, qui sæpius Genealogi, qui apographa ejusdem in suis asservant scriniis, laudatur; Eundem deinceps post Auctoris obitum ex ejusdem schedis in ordinem redegit,

(ϱ) in præf. libri Nobleza del Andalusia.
(σ) Bibl. Hisp. Tom. II. pag 151. m.
(τ) Hist. Genealog. de la Casa de Lara, Lib. II. cap. 6. pag. 66.
(υ) in præf. Trofei veritatis pag. 9.

git, adauxit, illustravitque laudatus supra (DCV. 1208.) Petrus Bermudez, Petri nostri Ducis Secretarius simulque Cubicularius. Conf. Ludov. de Salazar & Castro (φ). Extat & inter Codices manuscriptos a B. Ehrencronio ex Hispania allatos. *HISTORIA de los Reyes de Leon y de Castilla desde el Rey Don Pelayo hasta el Rey Don Enrique III. y de muchos linajes de Grandes destos Reinos*; in cujus fine hæc leguntur: Acorde de hazer este libro Don Pedro Hernandez de Velasco, quem eundem cum nostro Auctore facile credimus. Obiit Dux iste improlis ex Donna Juliana Angela de Aragon & Velasco, patrui Bernardini primi Ducis de Frias ex secunda uxore D. Joanna de Aragon filia, eidemque in Ducatu isto successit frater natu minor Joannes de Velasco & Tovar.

DON PETRUS FERRER DE VILLAVICENCIO, supremæ Curiæ, seu, ut vulgo vocant, Cancellariæ Granatensis Consiliarius, scriptum a laudato superius (CCLXIX. 459.) Francisco Ortiz de Medina Rosas opus DCXVI.

GENEALOGIA de la Casa de Villavicencio uberius illustrandum, emendandum, continuandumque sibi sumsit, anno 1627. ut fide Ludovici de Salazar & Castro (χ) asserimus; quamvis nec Francisci opus, nec Petri nostri accessiones ad illud lucem hactenus publicam adspexerint. (1226.)

PETRUS FRANCISCUS GAYOSO (quem Nicolaus Antonius (ψ) sed minus recte Petrum Fernandez Fragosum appellat) Doctor, nomen suum præfixit edito typis cuidam hujus rubricæ libello: DCXVII.

PARENTESEOS, que tiene Don Juan Antonio de Vera y Zunniga Sennor de las villas de Torremayor &c. Atrebati vulgo Arras 1627. Verum sub hocce Gayosi nomine latere ipsum Joannem Antonium de Vera, Comitem de la Roca supra laudatum asserunt Nicolaus Antonius, atque Ludovicus de Salazar & Castro (ω). (1227.)

PETRUS DE FUNES, Aragonensis, sæculi XVIti scriptor, quamvis aliis antiquior credatur, in literas retulit opusculum DCXIX.

TRATADO de la Casa de Urrea mui noble en el Reino de Aragon inscriptum; Laudat hunc Auctorem, qui eodem in delineando Urrearum stemmate usus est, Vincentius Blasco de Lanuza (α). (1228.)

DON

(φ) in MSCto cit. num. 42.
(χ) ibidem num. 83.
(ψ) Bibl. Hisp. Tom. I. pag. 482. a. m.
(ω) in MSCto cit. num. 117.
(α) Historias Ecclesiast. y seglares de Aragon Tom. 2. Lib. 5. cap. 51. pag. 572. a. fin.

DCXIX. DON PETRUS DE GAMASA Licentiatus, civis oppidi Arcos de la Frontera dicti vastum collegit opus Genealogicum, cui

(1229.) *NOBILIARIO Genealogico de los linages nobles de Espanna,* titulum fecit. Lucem illud publicam non vidit, apographumque ejus possedit, qui laudat, Augustinus Laurentius de Padilla (β),

DCXX. DON PETRUS GARZES DE CARINNENA, Aragonensis Petri Martinez de Luna (qui dein Cardinalis & sub nomine Benedicti XIII. Pontifex Romanus evasit) in Academia Montispessulana Comilito, a quo ex illo tempore sic adamatus fuit, ut cum is Cardinalis crearetur, Carinnenam Cubicularium suum intimumque Ministrum constituerit, a quo & variis negotiis ac Legationibus fuit adhibitus. Videantur Hieronymus Zurita (γ) & Didacus Josephus Dormerus (δ). Hic idem Carinnena, cum Martinus Aragonum Rex die 31. Martii MCCCXCVII. Avenionem venisset, rogatu Don Hugonis de Anglesola composuit, Regique obtulit librum Genealogicum de nobilibus Aragonum stemmatibus, hocce titulo insignitum

(1230.) *GRANDES Casas de Cavalleros, que son antiguas entro à este tiempo.* Hic liber adhucdum ineditus latet, variaque ejus hinc inde cernuntur apographa. Elegans ejus exemplar possedit olim Hieronymus Zurita, qui hunc auctorem suo Aragoniæ Nobiliario integrum inseruit, illamque ejus componendi occasionem, quam modo enarravimus, libri frontispicio propria manu adscripsit. Post Zuritæ obitum exemplar istud pervenit ad manus Don Augustini de Morlanes, supremi Aragoniæ Senatus Directoris (Regente vocant) exindeque sua depromsere apographa Don Ludovicus de Exea & Talayero, Aragoniæ Justitiarius, Marchio item Mondexarensis, ut & Comes Sancti Clementis, Marchio de Villalva, Josephus Pellicerius, Dormerus citatus aliique. Nequeo, quin inter plurimos alios, qui Carinnenam laudarunt, Auctores unicum heic adscribam Pellicerii (ε) suffragium, cujus hæc sunt verba: Escrivio Pedro Garces un libro breve de la Nobleza y Casas de Aragon, pero mui seguido y estimado desde aquel tiempo hasta el nuestro, y que tuvieron por regla y planta Geronimo Zurita y Geronimo de Blancas no solo en sus Anales y Commentarios, pero en sus Libros de linages del Reino, que corren manuescritos:

(β) Origen de Marquez, pag. 108. pr.

(γ) Anales de Aragon L. X. cap. 55. fol. 413. col. 1. cap. 68. fol. 430. col. 4.

(δ) San Lorenzo defendido en Huesca Lib. 2. cap 12. fol. 226.

(ε) Memorial de la Casa de Don Sancho Abarca Conde de la Rosa fol. 15.

nueſcritos. Conf. & idem Pellicerius in Memoriali pro Don Ferdinando de los Rios & Argote edito. (ζ) Notari denique meretur duplex Clarisſmi Nicolai Antonii circa Carinnenam noſtrum lapſus, dum in Bibliothecæ novæ appendice priori (η) eundem inter ſcriptores recentiores Sæculi nempe XVIti collocat, & in Bibliotheca veteri (θ) obſcuris verbis opus illud Genealogicum recenſet, ac ſi de Lunarum tantummodo ſtemmate in eo fuerit commentatus, & quonam idiomate ſcriptum illud ſit, aſſerere vix audet, cum præter ſupra laudatum de ſtemmatibus Aragonicis opus nil quidquam ejus argumenti Genealogici uſpiam exſtet.

DON PETRUS GONSALEZ de SALZEDO idem, niſi omnia me fallunt, quem inter JCtos Hiſpanos in Themide noſtra Hiſpana (θ) laudavimus, præter Juridica varia, quæ typis edidit, opuſcula etiam Auctor præfigitur libello hiſtorico, cujus tale eſt frontiſpicium: DCXXI.

TRATADO de las Damas de Honor de la Reina de Eſpanna; in quo opere vitas majoresque plurium nobiliſſimarum Gynecæi Regii Virginum recenſuit. Manuſcriptum illud opus adhucdum latet, ejusque, ut credo, archetypon aſſervatur in inſtructiſſima Comitis Sancti Clementis Bibliotheca, ceu nobis affirmavit Didacus Joſephus Dormer. (ι) (1231.)

PETRUS de GRACIA DEI, aliis GRACIAS, (ut Philippo de Gandara (κ)) Chronographus & Fecialis (Rey de armas vulgo) Regum Catholicorum Ferdinandi & Iſabellæ, ut & Caroli V. Imperatoris; Scripſit opus Genealogicum de nobilibus Hiſpaniæ familiis, quod variis ſub titulis citatur Genealogis recentioribus. Mox enim audit DCXXII.

LINAGES de Eſpanna por el Rey de armas Gracia Dei. Sic illud indigitat Gundiſalvus Argote Molina; (λ) alibi inſcribitur: (μ) (1232.)

LIBRO de Gracia Dei Interprete de las Eſpannas, en el qual ſe declaran las armas y blaſones de Eſpanna; ubi nota, Interpretem idem eſſe ac Ferialem ſeu Haraldum, quem vulgo Rey de Armas dicunt.

LIBRO

(ζ) § 10. num. 11. fol. 47.
(η) Tom. II. pag. 334 b.
(θ) Lib. X. cap 3. §. 104. pag 140. a. (θθ) Sect 4. §. 9.
(ι) Progreſſos de Hiſtoria de Aragon pag. 257. f.
(κ) Nobiliario de Galicia P. III. pag. 311. b.
(λ) In Indice Auctor præfixa Lib. Nobleza del Andaluſia.
(μ) Apud Nic. Antonium Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 158. b.

LIBRO de Blasones appellant Philippus de Gandara (ν) Sanctius Doriga de Valdes (ξ) & complures alii; Ustarrozius vero (ο)

NOBILIARIO de armas y linages de Espanna; Eundem quoque

VERGEL de Nobleza salutat Ludovicus de Salazar & Castro: (ϖ)

BECERRO de Gracia Dei audit Martino de Ximena (ϱ) & Ferdinando de Saavedra. (σ) Scriptum autem est opus istud carminice, & non tam stemmatum quam clarorum cujusque prosapiæ virorum, insigniumque gentilitiorum suppeditat notitiam; Recte autem asserit Nicolaus Antonius (τ) Gratiam Dei in re Genealogica non multam placuisse viris hujus studii gnarissimis; in paucis enim scopum tetigit, & plerumque à vero longissime aberravit, suamque in Genealogicis prodidit inscitiam, uti censet de eo Gundisalvus Argote Molina; (υ) quin & Cardinalis Don Franciscus de Mendoza (φ) Episcopus Burgensis ita de eodem pronuntiat: *Gracia Dei imagino muchas cosas sin mas autoridad de lo que à el le parecio, y dar contento y metrificar visongeando à unos y otros.* Cæterum & Glossatorem quendam nactum id opus est, quem diversum aliumque ab Auctore haud injuria suspicatur Antonius. (χ) Utrumque opus typis excusum non prodiit, sed hinc inde in scriniis ejusdem asservantur apographa. Extat & præterea sub Graciæ Dei nomine aliud opusculum:

(1233.) *RELACION del Rey Don Pedro de Castilla y de su decendencia, que es el linage de Castilla.* Hoc opus ab Auctore nostro rogatu cujusdam ex illo stemmate oriundi conscriptum fuisse sunt qui suspicantur, vid. Dormerus, (ψ) & Don Didacus de Castilla, Decanus ædis Metropolitanæ Toletanæ Commentariis suis iisque haud proletariis illud adauxit. Ineditum & hocce adhuc est opusculum, nosque ejus ex B. Cortesii Bibliotheca ab Ehrencronio coemti copiam olim nacti sumus, quod idem exemplar est, cujus

(ν) Nobiliario de Galicia P. III. pag. 311. b.
(ξ) Origen de la Casa de Asturias fol. 68. a.
(ο) In vita Hier. Blancæ, præfixa ejus Coronatt. Regum Aragon.
(ϖ) Hist. Genealog. de la Casa de Lara Tom. I. pag. 29. pr.
(ϱ) Anales de Jaen pag. 117. pr.
(σ) Memorial de su Casa fol. 8. & 9.
(τ) Bibl. Hisp. Tom. II. pag. 158. f.
(υ) In Præf. lib. nobleza del Andaluzia.
(φ) In Nobiliario suo MSC. tit. Meneses. f. m. 148.
(χ) Loc. cit.
(ψ) Progressos de la Historia de Aragon pag. 208. f. §. 21.

cujus meminit Nicol. Antonius. (ω) Aliud ejus apographum extat in Regia Parisiensi Bibliotheca in folio, teste Catalogo Manuscriptorum. (α)

HISTORIA Genealogica de los Reies de España, opus nobis non visum, sed quod Gratiæ Dei tribuitur à Nicolao Antonio, & quidem fide Ludovici Arizii, (β) diversumque omnino quod est à superioribus. Obiit Auctor noster in oppido Zafra, Ducibus Feriæ subjecto circa annum MDXXX. videantur de eo Hieronymus Gudiel (γ) Petrus de la Escalera Guevarra (δ) & Barnabas Moreno de Vargas. (ε) (1234.)

PETRUS HIERONYMUS FERNANDEZ de APONTE, Notarius seu Tabellio Philippi II. Regis, & in supremo prætorio Regio Granatensi ab anno inde MDLX. Receptor (ita eos, inquit Nicol. Antonius, (ζ) qui per Provincias delegatis Regiorum Senatorum vicibus ad probationes accipiendas & alia publica negotia agenda utuntur vocant,) jussu auspiciisque Don Francisci de Mendoza, Eul. Rom. Cardinalis, Burgensisque Episcopi pertinaci plurium annorum labore elucubravit egregium Genealogicum Hispanæ nobilitatis opus, cui titulum præfixit: DCXXIII.

LUCERO de la Nobleza de España. Ad hujus libri fidem, ut simpliciorem aliis & puriorem undique provocatur, palmamque is reliquis facile præripit coævis in hoc argumento scriptoribus, quin & ipse Cardinalis Mendoza sua fere omnia ex eodem hausit, unde sæpius utriusque opera inter se invicem confunduntur. Nuncupavit suum Apontius opus tum Carolo Principi, Philippi II. Regis filio in fausto sidere nato, tum & Hispaniæ Magnatibus, inseruitque eidem Epistolam ad Hieronymum Zuritam Matrito die 20. Martii MDLXV. missam, de antiquis Navarræ Regibus detectisque eorum tribus vulgo Historicorum hactenus incognitis, quam Epistolam æque ac ipsum Luciferum inter rariora κειμήλια Genealogica reponunt Dominicus de la Ripa (η) & Sanctius Doriga de Valdes (θ) qui nos edocet, originale Auctoris exemplar exacte scriptum asservari in Bibliotheca Collegii Jesuitarum in urbe Legionis. Nos etiam, (1235.)

Uu 2 coemtum

(ω) Bibl. vet. Hisp Lib. IX. cap. 7. §. 349. pag. 118. fin.
(α) Num. 9995.
(β) Historia de la Ciudad de Avila Parte IV. in fin.
(γ) Compendio de los Girones fol 3. b.
(δ) Origen de los Menteros de Espinosa Parte I. cap. 1. & 4.
(ε) Discursos de la Nobleza de España, disc. 17. num. 19. & disc. 18. num. 2. &c.
(ζ) Bibl. Hisp. Tom. II. pag. 160 b. pr.
(η) Defensa del Reino de Soprarbe Tom. III cap. 4. fol. 146.
(θ) Origen de la Casa de Asturias fol. 66. a. lit. Kk.

coemtum olim à B. Ehrencronio ex Marchionis, Eſtepæ & dein ex Comitiſſæ de Villaumbroſa Bibliotheca nobisque communicatum perluſtravimus elegantem Apontii Codicem manu docta anno 1613. exaratum, unde & notatu digna in noſtros convertimus uſus. Laudant Apontium quotquot poſt eum ſcripſere Genealogi, inprimis Hieronymus Gudiel (ι) Gundiſalvus Argote Molina (κ) Alphonſus Lopez de Haro, (λ) Joſephus Pellicerius, Ludovicus de Salazar & Caſtro (μ) & infiniti alii. Unus inſtar omnium nobis ſit Ambroſius Morales (ν) cujus verba de Apontio ſic jacent: „ Pedro Geronimo de Aponte ha poco que murio, y dexo eſcri„to de muchos linages de los mas Principales de Caſtilla con mejores fun„damentos y mayor averiguacion, que nadæ haſta agora en Eſpanna lo ha „hecho; porque vio muchos y mui buenos Privilegios y otras eſcrituras, „ y ſe ſupo aprovechar dellas con buen juizio para ſu obra; Aſſi ſe tiene „aquella por la mejor eſcritura deſte genero entre todos los que con ra„zon pueden juzgar en eſto. „ Conf. & alium ejuſdem de eodem locum; (ξ) Adſtipulatur Morali Ludovicus de Salazar & Caſtro, his verbis: (ο) „ Es Aponte ſin duda el mejor y el mas cumplido que tenemos „en Eſpanna, apoyado de nueſtras hiſtorias y de mucho numero de eſcri„turas. „ Cæterum bene ſuſpicatur Nicolaus Antonius, (π) Apontii noſtri Luciferum, dum per varia exempla apographa multiplex factus eſt, aliquid alienæ manus & ambitionis ubique ſe ingerentis, odium quandoque contraxiſſe; quin & variat libri titulus, dum quibusdam exemplaribus talis in fronte affixus conſpicitur:

DCXXIV. *GENEALOGIAS iluſtres de las familias mas inſignes de Eſpanna, con ſus principios, aumentos, diviſas y eſtados, que poſſeen;* Præterea & ſe audiſſe ait, recognitum jam olim & amplificatum hoc Apontii opus iviſſe Sanctium Buſtum de Villegas Abulenſem Epiſcopum; qua de re tamen inferius ſub Sanctio plura dicemus. Obiit Aponte circa annum MDLXXX.

DON PETRUS JUNCO, natus Aſtorgæ, Metropoli Principatus cognominis, Canonicus & Archi-Diaconus de Deza in Cathedrali Lu-

(ι) Compendio de los Girones fol. 3. b.
(κ) In Præf. libri nobleza del Andaluzia,
(λ) In Præf. nobiliarii de Eſpanna.
(μ) In variis ſuis ſcriptis paſſim.
(ν) Diſcurſo del linage de Santo Domingo, Chronici P. 3. fol. 334. lit. B.
(ξ) Diſcurſo de los privilegios Tomo IV. Chronici in princ.
(ο) In MSCto ſæpe cit. num. 5.
(ϖ) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 160. b.

Lucensi Asturum, Vir antiquitatum patriarum gnarissimus, conscripsit librum:

FUNDACION nombres y armas de la Ciudad de Astorga nuncupatum, (1236.)
cui Genealogias plures nobilium Asturicensium, inprimis vero Ossorium Marchionum de Astorga stemma inseruit, unde & dilaudatur à P. Gabriele Henao, Jesuita; (ρ) Prodiit illud typis Pampilonensibus anno 1639. in quarto. Tribuit & Junco nostro aliud Nic. Antonius (σ) opus

DEL ORIGEN de las armas y sellos de los Reies de Espanna, quod apud (1237.)
Petrum Garsiam de Sorriba Presbyterum, familiaremque olim Auctoris amicum in schedis mansisse asserit. Idem Juncum nostrum denatum testatur anno MDCLII.

DON PETRUS de LAUNOY ex Belgio Hispanico oriundus DCXXV.
& Regius Philippi IV. in patria Fecialis sive Haraldus, composuit circa annum 1648. historiam stemmatis Bracamontii lingua Hispanica exaratam, &

GENEALOGIA de la Casa de Bracamonte insignitam. Nuncupavit (1238.)
eandem Don Gaspari de Bracamonte, tertio Pennarandæ Comiti, qui tum temporis ad pacem Monasteriensem Legatus Regius Hispanicus fuit, ac dein post obita in Senatibus Ordinum Equestrium, Indiarum, Italiæ, Statusque Consiliarii munia post Philippi IV. obitum unus ex Monarchiæ Hispanicæ Gubernatoribus evasit. Typis expressa non prodiit Genealogia ista, sed ejus archetypon asservatur in Comitum Pennarandæ scriniis, unde apographum sibi desumsit Ludovicus de Salazar & Castro, qui Launojum nostrum laudat. (τ)

DON PETRUS de LEIVA & de la CERDA, Joannis de la DCXXVI.
Cerda Leiva Cueva & Arteaga, quinti Ladradæ Marchionis & Donnæ Marianæ Isabellæ de Leiva secundæ Comitis de Bannos filius, tertius Comes de Bannos & sextus Ladradæ Marchio, Ordinis Sancti Jacobi Eques & Tredecemvir, Cubicularius nobilis Caroli II. Regis, primariusque ejusdem Stabuli Præfectus, apud quem gratia valuit, & die 6. Novembris MDCXCII. creatus est Hispaniæ Grandis, pro quo honorum fastigio obtinendo ab Anonymo Auctore conscribi & typis Matritensibus circa annum 1690. in folio exprimi curavit libellum:

 ME-

(ρ) Averiguaciones de las antiguedades de Cantabria Lib. I. cap. 21. in nott. num. 11. pag. 104. b

(σ) Bibl. Hisp. Tom. II. pag. 166. a. f.

(τ) In MSCto sæpe cit. num. 190.

(1239.) *MEMORIAL del Conde de Bannos Don Pedro de Leiva y de la Cerda, y de la ascendencia de su Casa de Leiva y servicios della, para la pretension de la Grandeza.* Leivanum illic justa serie deductum apparet stemma, eoque nomine commendatur à Ludovico de Salazar & Castro. (υ) Cæterum Petrus noster ex duplici matrimonio nullam suscepit masculam prolem; ex priori enim conjuge Maria de Alencastre, Alphonsi Marchionis de Portoseguro & primi Ducis de Abrantes filia, unicam suscepit Theresiam de Leiva, quæ Matriti die 29. Martii 1693. nupsit Emanueli de Moncada, sexti Aytonæ Marchionis fratri; ex posteriore autem Joanna de Silva & Mendoza, Faderici, quinti Almenaræ Marchionis filia, & Francisci Lopez de Ayala & Velasco, octavi Fuensalidæ Comitis vidua anno 1682. ducta ἄπαις vixit.

DCXXVII. DON PETRUS LOPEZ de AYALA, Ferdinandi Peresii de Ayala, Adelantati Regni Murciæ ex Elvira de Zevallos Vallis Escalante domina filius, vir toga æque ac saga illustris, & quatuor Castellæ Regibus Petro, Henricis II. ac III. & Joanni I. tum ob sanguinis munerumque merita tum & ob eximias animi corporisque dotes apprime charus. Vitam ejus & adversos prosperosque fortunæ casus, quos subiit, silentio heic præterire æquum est, cum partim ipsimet in scriptis suis, partim Ferdinandus Perez de Guzman, Carvajalius, Zurita, Aponte, Cardinalis Mendoza, Haro, Pellicerius, Dormerus, Salazarius, Antoniusque in suis operibus ea sat ample enarrarint. Id solum notamus, eum Castellæ magnum, Cancellarium, supremumque Vexilliferum, item Merinum supremum Guipuscoanæ Provinciæ, Archimetatorem & magnum Camerarium Regium claruisse. (prius illud Aposentador mayor vernaculo sermone audit) Præter Historicum illud opus,

(1240.) *CORONICA de los Reies Don Pedro, Don Enrique II. Don Juan I. y Don Enrique III.* inscriptum, & plurium nobilium magnatumque facta exhibens & fata, quodque varias ob Petri Regis crudelia facta censuras æque ac apologias sustinuit, etiam Genealogicum opus, nempe

(1241.) *LIBRO de linages* composuit Ayala noster. Inediti hujus operis Codex exstitit olim penes Petrum Salazar de Mendoza, inde in Bibliothecam translatus Don Petri de Rojas, Moræ Comitis, unde suum descripsit exemplar Josephus Pellicerius, ut ipse testatur (φ) Autographum quoque ejusdem se manibus tractasse asserit Alphonsus Lopez de Haro, qui Aucto-

(υ) Ibidem num. 231.
(φ) Memorial por el Marques de Ribas fol. 48. item Memorial de los Marteles.

Auctorem hunc curiose eleganterque id opus scripsisse judicat. (χ) Idem iste liber est, quem augendum continuandumque sibi postea sumsit Didadacus Lopez de Ayala, Vicarius Toletanus, de quo supra (CLXX. 275.) egimus, unde quandoque sub hujus nomine Genealogis citatur. Porro & peculiariter commentatus est de proprio stemmate Ayalensi Auctor noster, conscripto libello:

DISCURSO del linage de la Casa de Ayala nuncupato, in quo seriem prosapiæque suæ historiam ad parentis usque obitum, annum puta MCCCLXXXV. summa cum diligentia ac exactitudine deduxit, ceu de eodem censet Gundisalvus Argote Molina. (ψ) Auctoris autographum asservatur in Archivo ædis Quexanensis, teste Antonio Suarez de Alarcon. (ω) Obiit Ayala noster Calahorræ seu Calagurri anno MCCCCVII. ætatis LXV. sepultus in Monasterio Quexanensis sacello tumuloque hæreditario. (1242.)

FR. PETRUS LOPEZ, quem Lusitanum credit Nicolaus Antonius (α) eidem dicitur consignasse literis librum hoc lemmate notatum DCXXVIII

DE LA Vida del Condestable Nunno Alvarez Pereira, quem ab illo Anonymi supra DXCVIII. 1199. laudato opere diversum credimus, domusque Brigantinæ origines scrutari suspicamur. (1243.)

PETRUS MANTUANUS Matritensis (unde forsan cognomentum allexit, cum Mantua Carpetanorum vulgo Latinorum audiat illa Metropolis) vel potius, uti Thomas Tamajus (β) asserit Malacitanus, Don Joannis Fernandez de Velasco, septimi Castellæ Condestabilis Secretarius, Vir, ut Nicolai Antonii (γ) & Ludovici de Salazar & Castro (δ) utar verbis, singulari eruditione, exquisitissimaque totius Hispanicæ Historicæ cognitione ac mira vi memoriæ præstans, ex Archivo & Bibliotheca Heri sui instructissima (quam successores alienare minime debuerunt) emisit in lucem libellum eruditissimum, qui multa continet scitu digna de illo, quo scriptus fuit ævo, maximasque Petri Fernandez de Velasco, quem Joannes II. Castellæ Rex primum Comitem de Haro anno MCCCCXXX. crea- DCXXIX.

(χ) In Præf. nobiliario de Espanna.
(ψ) Nobleza del Andaluzia Lib. I. cap. 80. pr.
(ω) Relaciones Genealogicas pag 144. a.
(α) Bibl. Hisp. Tom. II. pag. 166. b.
(β) In lib. Junta maior de libros Espannoles.
(γ) Bibl. Hisp. T. II. pag. 107. a. fin.
(δ) In MSCto sæpe cit. num. 43.

creavit, laudes, & nobiliſſimam poſterorum ejusdem ſeriem Genealogicam complectitur. Titulus ejusdem eſt talis:

(1244.) *SEGURO de Tordeſillas por el buen Conde de Haro y origen de los Velaſcos.* Mediolani anno 1611. in folio. Teſtatur autem Ludovicus de Salazar & Caſtro, quanti pretii ſit ille liber, his vernaculo ſermone verbis: Es mui eſtimada eſta obra por ſu verdad y por la autoridad, que tiene entre nos otros eſte Autor. Scripſit & præterea

(1245.) *CASAMIENTOS de Eſpanna y Francia y viage del Duque de Lerma.* Prodiit illud opuſculum Matriti anno 1618. in 4to & ſanguinis Regii Hiſpanici Gallicique varios nexus & connubia explicat. Obiit Mantuanus noſter Matriti menſe Martio anno MDCLVI.

DCXXX. DON PETRUS MARANNON de ESPINOSA, qui aliis audit ALPHONSUS MARANNON, Archi-Diaconus de Tineo in Cathedrali Ovetenſi Aſturum Eccleſia, ſcripſit opus Hiſtorico-Genealogicum.

(1246.) *MEMORIAS del Principado de Aſturias* nuncupatum, quod adhuc ineditum latet, poſſeditque ejus apographum, qui ſæpius nec ſine laude ipſum citat (ε) Joſephus Pellicerius, qui Alphonſum ibi ſalutat noſtrum. Num diverſum ab illo aliudque ſit, quod alibi idem Pellicerius (ζ) citat,

(1247.) *VIDA de Diego de Melendez de Valdes* a Marannonio noſtro conſcriptum, aſſerere vix audeo. Fuit iſte Didacus Melendez de Valdes vir ſtrenuus & ob fortia geſta ſub Petro Caſtellæ Rege inclytæ famæ.

DCXXXI. PETRUS de MARIZ, Conimbricenſis Luſitanus ortu æque ac civitate, præter amplam Sancti Joannis de Sahagun Patroni Salmantini hiſtoriam aliaque etiam primus veterum Regum Luſitanorum icones ex veteribus monumentis eruit, & æri inciſas exhibuit in ſcripto vernacula lingua libello hujus tituli:

(1248.) *DIALOGOS de varia hiſtoria, en que ſummariamente ſe referem muitas couſas antigas de Eſpana e todas as notaveis, quæ em Portugal aconteçeraon em ſuas glorioſas comquiſtas antes è deſpois de ſer levantado à dignidade Real è outras muitas de outros Reynos dinas de memoria, com os retratos de todos os Reys de Portugal.* Prodiit hic liber bis Conimbricæ apud Antonium de Mariz, nempe anno 1594. in octavo & rurſus anno 1597. in quarto.

DCXXXII PETRUS de MEDINA Hiſpalenſis, Artium Magiſter & Mathematicus inſignis (id quod ex ejus arte navigandi in varias Europæ linguas tradu-

(ε) In Memorial por Don Fernando de los Rios y Argote Sennor de Miranda fol. 5.
(ζ) Juſtification de la Grandeza del Conde de Miranda fol. 113. a. fin.

traducta patet) præter Historica alia etiam elegans conscripsit opus Genealogicum hujus rubricæ:

LA CORONICA de los Duques de Medina Sidonia; in quo opere (1249.) Auctor ipsomet Ducum Archivo usus stemmatis eorum Guzmannici historiam, heroumque ejusdem fortia facta & propagines summo cum studio & exactitudine recensuit; nuncupavit illud anno MDLXI. Auctor Dominæ Eleonoræ Manrique, Comitissæ de Niebla, & Don Alphonsi Perez de Guzman, 7mi Medinæ Sidoniæ Ducis matri. Ineditum adhuc latet, & authenticum ejus exemplar exstitit in insigni Comitis Ducis Olivariensis Bibliotheca; Apographum ejusdem possedit Don Didacus Ortiz de Zunniga, qui sæpius Medinam nostrum laudat (η) & adhuc aliud Don Ludovicus de Salazar & Castro, qui itidem nostri cum honore meminit (θ) Nec parum ad rem Hispaniæ Genealogicam illustrandam conducit aliud idque eximium Medinæ nostri opus Historicum, inscriptum

LIBRO de las Grandezas y cosas memorabiles de Espanna, quod ta- (1250.) men totum ex Historiæ suæ Hispanicæ 5. libris prioribus, qui jam tunc in lucem prodierant transscriptum monet Florianus de Ocampo (ι). Prodiit illud primum Hispali apud Dominicum de Robertis 1543. in folio dein Compluti apud Petrum de Robles & Joannem de Villanova 1566. in folio; recoctum etiam dein locupletatumque a Didaco Perez de Mesa insigni itidem Mathemathico, editumque Compluti anno 1595. in folio. Ulterius & nos edocet prælaudatus Didacus Ortiz de Zunniga (κ) elaborasse Medinam nostrum amore patriæ incitatum

HISTORIAM urbis Hispalensis nobiliumque & clarorum ejusdem civi- (1251.) *um;* Sed nec hæc lucem adhuc publicam aspexit.

PETRUS MEXIA itidem Hispalensis equestri prosapia oriundus DCXXXIII Carolique V. Imperatoris Chronographus regius Hispanicus, cui muneri parem se ostendit conscripta Augusti illius ad Bononiensem usque coronationem Historia libris 4. absoluta, cujus elegans exemplar manu exaratum (typis enim excusa non prodiit) ex regia Bibliotheca quæ in venatoria domo Casa del Campo dicta asservatur, ut ex ligatura constat, Matriti olim comparavimus; multo itidem studio & labore collegit proprii stemmatis Historiam GE-

(η) Anales de Sevilla in Præf. & pag. 591. b.
(θ) In MSCto sæpe cit. num. 19.
(ι) in notula præfixa Historiæ suæ Hispan.
(κ) Anales de Sevilla pag. 707. a. m.

(1252.) *GENELOGIA de la Casa de Mexia*, quam tamen ad umbilicum non perduxit; fragmenta tamen ejus a Francisco Petri nostri filio sibi communicata possedit Gundisalvus Argote Molina ut ipse fatetur (λ). Obiit Mexia circa annum MDLII. ut ex Matamoro colligit Nicolaus Antonius (μ) quem de nostro Mexia consule.

DCXXXIV PETRUS MICHAEL CARBONELL vulgo MOSSEN PERE MIQUEL dictus Catalanus, Barcinonensis Urbis notarius seu Scriba & Archivarius major regius, mandato Regis Ferdinandi Catholici (ceu patet ex Charta regia ipsius die 7. Augusti 1496. data) gentis suæ historiam scripsit, seriemque tam regum Gothorum in Hispania, quam Comitum antiquorum Barcinonensium regumque Aragoniæ ad Joannem usque II. deduxit. Titulus libri hic est

(1253.) *CHRONIQUES de Espanya, que tracta dels nobles e invictissims Reys de Gots y gestes de Aquells y dels Condes de Barcelona e Reys de Aragon*; Cœpit hoc opus auctor anno 1496. absolvitque anno 1513. adeo 16que annos eidem integros impendit, maximamque ejus partem correxit limavitque doctissimus Carbonelli patruelis Hieronymus Paulus V. CL. ut testatur Josephus Pellicerius (ν). Passim quoque errores a Petro Tomichio, qui idem prius argumentum tractaverat, admissos correxit. Prodiit liber ille primum Barcinone anno 1536. in folio, recusus deinde ibidem anno 1547. in folio. Laudatur & aliis Carbonelli liber

(1254.) *CATALOGO des Bisbes de la Ciudad de Barcelona ab Hieronymo Pujades*, qui authenticum ejus exemplar in Archivo regio Barcinonensi asservari testatur. vid. Nicol. Antonius (ξ).

DCXXXV PETRUS DE MONTEMAYOR DEL MARMOL Giennensis, auctor est operis Historici, quod tali exornatum titulo memoratur

(1255.) *HISTORIA de las tres Ciudades del Reino de Jaen, Jaen, Baeza y Ubeda.* Inseruit operi huic Auctor deductionem Genealogicam celebriorum stemmatum, tribus illis urbibus ortum natalesque debentium, quæ inter clarent præ cæteris Benavides, Caravajal, Cueva Lobos &c. Ineditum adhuc, sed pluribus recentiorum Hispaniæ Genealogorum usitatissimum. Meminit & ejus cum laude Ludovicus de Salazar & Castro (ο).

PE-

(λ) Nobleza del Andalusia Lib. II. cap. 26.
(μ) Bibl. Hisp. Tom. II. pag. 174. a.
(ν) Idea de Catalunna Parte I. num. 37. pag. 126.
(ξ) Bibl. Hisp. Tom. II. pag. 175. fin.
(ο) in MSCto. num. 80.

PETRUS NUNNEZ DE OSMA inter Hiſpanos ſæculi XVti Scriptores a Nicolao Antonio (π) refertur, qui inter alia ei tribuit DCXXXVI

SUMARIO de los Reies de Leon y Caſtilla desde Don Pelayo haſta, los Reies Catolicos. Codex ejus manuſcriptus exſtitit in Bibliotheca Comitis Villæumbroſæ, Regii Caſtellæ Senatus præſidis. (1256.)

DON PETRUS DE OLIVERA ET VERGARA auctor præfigitur libro. DCXXXVII.

DE LA Caſa de Vega de los Sennores y Condes de Grajal, qui circa annum 1680. typis Matritenſibus prodiit in folio; Verum ſub eo nomine latere voluiſſe Excellentiſſimum Don Gaſparem Ibannez de Segovia, Acropolis & dein Mondejaris Marchionem ſuperius ſuo loco laudatum nos edocuit Ludovicus de Salazar & Caſtro (ρ) qui a Marchione iſto librum hunc ſcriptum cenſet in honorem primæ uxoris ſuæ Dominæ Joannæ de Vegas & Acunna, Sueri de Vega & Caſtilla ex Joanna de Acunna & Guzman Filiæ. (1257.)

PETRUS ORDONNEZ DE ZEVALLOS, cujus patria ignoratur, Hiſpali a Novennio educatus, inde ad Indos occidentales profectus, unde tandem rediens Itinerarium edidit anno 1616. e quo ſuam Americæ deſcriptionem latinam petiit Caſpar Barlæus; Paravit & præterea urbis Giennenſis nobiliumque ejus civium hiſtoriam, edendam ſub titulo DCXXXVIII.

DOZE maravillas y doze famoſos hiios de la Ciudad de Jaen; cui opera cum ultimam manum per valetudinem imponere nequiret, illud amiciſſimo ſibi commiſit Bartholomeo Ximenez Paton ſupra ſuo loco laudato, qui & abſolvit opus ediditque ſub hoc lemmate: (1258.)

HISTORIA de la antiqua y continuada Nobleza de la Ciudad de Jaen &c. y de algunos Varones famoſos hiios della &c. Giennii apud Petrum de la Cueſta 1628. in 4to in cujus operis cap. 37. Petri noſtri vitam res geſtas ac ſcripta brevibus celebravit.

DON PETRUS DE PORRES MARAVER ET SILVA, Don Franciſci de Porres & Silva, Decurionis Xenezienſis ex ſecunda uxore Donna Eleonora Maraver & Cespedes filius, Ordinis Sancti Jacobi Eques, Decurio perpetuus Xerezienſis, & olim Equitum in bello Luſitanico Capitaneus, dein Prætor urbium Abulæ, Lucronii Ecijæ, Carmonæ & Granatæ, tandemque anno MDCLXXXV. Segoviæ, Vir ſtudio Genealogico addictiſſimus, ut patet ex Commentario DCXXXIX.

Xx 2 DEL

(π) Bibl. vet. Lib. X. cap. 16. §. 900 pag. 227. fin.

(ρ) Advertencias Hiſtoricas pag. 7. §. 6. & pag. 343. m. & in MSCto cit. num. 125.

(1259.) *DEL linage de Porres*, quem exacte elaboratum manuque sua exaratum cum Ludovico de Salazar & Castro communicavit, qui & eidem, quidquid de illo stemmate compertum habet, unice se debere gratus agnoscit (σ) ubi & Petri nostri ex uxore Donna Maria Francisca de Montemayor susceptos liberos posterosve prolixius una cum ejusdem majoribus recenset.

DCXL. DON PETRUS DE PORTUGAL, Dionysii Lusitaniæ Regis ex Donna Gracia, Domina de la Ribera de Don Gracia in rivo de Sacavem filius nothus, Comes de Bracelos, seu, ut aliis scribitur, Barcelos, Heros bello fortis, & ultra fortis suæ ævique illius morem literis instructus, Apontio (τ) idcirco *valeroso, esforzado, franco, de grandes virtudes* appellitatus, primus animo concepit nobilium universæ fere Hispaniæ stemmatum compilationem Genealogicam quam & opera plurium curiosorum peritorumque harum rerum virorum adjutus felicissime perfecit, nobisque reliquit monumentum ære perennius; audit illud vulgo

(1260.) *NOBILIARIO del Conde Don Pedro de Bracelos &c.* quod postquam per 300. annos non nisi in Archivo regio Lusitanico, quod in Turri do Tombo asservatur, pluriesque inde sed & minus correcte descriptum in variorum curiosorum scriniis hæsit, tandem erutum ex autographoque editum fuit cum Joannis Babtistæ Labannæ notis & Indicibus, qui operis editioni præmortuus facem tradidit Excellentissimo Don Emanueli de Moura & Corterreal, Marchioni de Castel-Rodrigo, qui dum Romæ Philippi IV. Legatum ageret, typis Romanis Stephani Paullini anno 1640. in folio majori charta præloque nitido prodire fecit

NOBILIARIO de Don Pedro Conde de Bracelos hyo del Rey Don Dionis de Portugal, ordenado y ilustrado con notas y Indices por Juan Bautista Labanna, Coronista mayor del Reino de Portugal. Opus hoc ex Lusitanico, quo Romæ prodiit, idiomate dein in Castellanum sermonem transtulit Clarissimus Vir, Emmanuel Faria de Sousa supra suo loco laudatus, adjectis non Labannæ solum, sed & suismet propriis, itemque Marchionis de Montevelo Don Felicis Machado de Castro y Silva, ut & Alvari Ferreiræ de Vera Lusitanorum annotationibus eruditissimis. Prodiit ista Fariæ editio Matriti apud Alphonsum Paredes anno 1640. in folio. Dolendum autem merito est, Fariam isti suæ editioni non adjecisse præstantium quoque virorum, Hieronymi Zuritæ, Ambrosii Moralis, Didaci de Sepes, & Joannis Rodri-

(σ) Hist. Genealog. de la Casa de Silva Lib. V. cap. 6. pag. 593 pr.
(τ) in Nobiliario suo Tit. Sosas de Portugal.

Rodriguesii de Saa in Petrum nostrum Commentaria, quæ tamen magni æstimantur pretii a Gundisalvo Argote Molina (υ) Nicolao Antonio, Ludovico de Salazar & Castro, atque Didaco Josepho Dormero. Quod Codices Nobiliarii hujus manuscriptos attinet, duo exstitere in Archivo regio Lusitanico Turris do Tombo, quorum alter majoris antiquitatis, styloque magis decoro atque modesto exaratus authenticus creditur Comitis Petri, ex eoque notas suas marginales Castellano idiomate exaratas desumsit Labanna; possederatque eundem Codicem circa annum MDCXL. Don Michael de Castro, qui dein obiit Episcopus Viseuensis, eundemque acceperat a Michaele Gudinno de Castelbranco; alter vero paulo recentior idem est, quo Labanna reliquique sunt usi. Habentur & alia Nobiliarii hujus apographa in Regia Escorialensi (φ) æque ac in Regia Parisiensi (χ) Bibliothecis, præter alia plurima, quæ possedere Antonius Augustinus; Franciscus Mendoza Cardinalis, Hieronymus Zurita, Ambrosius Morales, Gundisalvus Argote Molina aliique inprimis & laudatus supra suo loco Doctor Didacus Vincentius de Vidania elegantem possedit Codicem 478. foliorum scripturæ antiquioris, cujus sub finem hæcce leguntur verba: „ Fue Sacado este libro de dos originales de un tenor, de mano de Ambrosio Morales y Geronimo Zurita, los„ quales eran sacados de un original signado, que dellos y el titulo de los„ Reies de Zaragoza y Granada se hizo traer y sarar por Pedro Geroni-„ mo de Aponte. Codicem istum hodie asservari in Archivo Regni Arago-„ niæ nos edocet Didacus Josephus Dormerus (ψ). Sed opus est, ut celebriorum quoque Virorum de Nobiliario hocce subnectamus judicia: Ambrosius Morales ita de eo censet in erudito suo de Sancti Dominici stemmate Commentario (ω): " Todos saben como la obra de las Ge-„ nealogias y linages de Espanna del Conde Don Pedro de Portugal es la„ escritura de mas autoridad y de mayor cumplimiento y certi dumbre„ que en esta materia tenemos. Todos los, que bien sienten, lo dan esto„ al Conde por su mucha antiguedad, pues fue hyo del Rey Don Dionis de„ Portugal, y por la gran diligencia, que puso en inquirir lo que con mucho„ desseo queria enteramente saber, y veen como la pudo hazer, siendo„

 tan

(υ) Nobleza del Andalusia in Indice Auctorum.
(φ) Pluteo O. Serie V. num. 12, 13. & Pluteo D. Serie III. num. 18.
(χ) in Catalogo MSCtorum num. 10008.
(ψ) Progressos de la historia de Aragon in additt. fol. 590. a. f.
(ω) Cronica general de Espanna Tom. III. fol. 393.

„tan gran Principe, a quien todos ayudarian de mui buena gana con ſus „particulares relaciones. Sin todo eſte ſevee en ſu obra, como no le fal- „to al Autor buen juizio ni harta diligencia en lo que eſcrivia. „ Gundi- „ſalvus Argote Molina (α) ita de eodem: Aunque el Conde Don Pedro „(a quien por ſu mucha curioſidad el vulgo dio fama, que anduvo las ſie- „te partidas del mundo) nos dejo un libro de linages, en que moſtro ſu „grande diligencia y a quien la nobleza de Eſpanna deve todo lo que della „ſe ſabe, con ſer la lumbre que vi tenemos deſte genero de hiſtoria, admi- „tio al uſo de aquel tiempo terribles patrannas, y en el ſe hallan algunos „errores, y no eſcrivio ninguna coſa del principio de las armas.

Don Franciſcus de Mendoza & Bobadilla Cardinalis & Epiſcopus „Burgenſis (β) hæc de eodem ſuppeditat: " El Conde Don Pedro traelas „ſucceſſiones de todos los linages con mucha verdad desde el Rey Don Alonſo VI. haſta ſu muerte, que fueron caſi 300. annos; No ay en ellos „Coſa, que no ſea verdadera, y aſſi aunque ſe han hecho grandes verifi- „caciones, no ſe halla coſa en contrario; ay en lo de antes del Rey Don „Alonſo VI. algunas coſas inciertas y ſin comprobacion en quatro o cin- „co linages, que ſon Haro, Caſtro, Lara, Perevia &c. por ſer la ſucceſſion „tan antigua, y no en todo, ſino en parte Devele mucho al Conde Don „Pedro la nobleza de Eſpanna, que cierto no ſe lepuede negar, ſino que de- „xo gran claridad para ponerla en el valor que elle merece. „ Idem ſentit quoque de hoc opere Hieronymus Gudiel (γ) his verbis: „ El „nobiliario del Conde Don Pedro es el mas antiquo y mas abundante y „de mayor autoridad, que ſe puede leer, en declarar deſcendencias de „los que le prece dieron haſta los que el conocio. Fue el Conde hyo del „Rey Don Dionis de Portugal, que comenzo a reynar anno de 1279. y „hermano del Rey Don Alonſo IV. ſuegro del Rey Don Alonſo XI. de „Caſtilla, como ſe lee en ſu prologo. „ Alphonſus Lopez de Haro (δ) ait: „El Nobiliario del Conde Don Pedro es obra Real, y de mucha curioſi- „dad, donde congrandes diligencias ſe eſcriven las caſas nobles de Portu- „gal y las de Caſtilla y Leon, y algunas del Reino de Aragon, aunque en ella parecen algunos defectos. Dormitat autem bonus Haro, dum inte- gro ſeculo antiquiorem, ac reapſe fuit, Petrum noſtrum ibidem ſtatuit, un- de &

(α) Nobleza del Andaluſia in præf.
(β) Nobiliario pag. m. 132. & 133.
(γ) Compendio de los Girmes fol. 3. 6.
(δ) Nobiliario de Eſpanna in præfat.

de & vapulat Joanni Picon de Leca in (ε) ſuis ad Franciſcum Morabelli Epiſtolis. Parachroniſmos Petri Comitis frequentes taxant Philippus de Gandara (ζ) qui Nobiliarium iſtud ſcriptum cenſet circa annum MCCLXXIX. (η) & Ludovicus quoque de Salazar & Caſtro (θ) qui idem illud μεταγραφέων incuria plurimis in locis corruptum vitiatumque conqueritur, cui calculum adjicit Alphonſus Nunnez de Caſtro (ι) obiter & heic addendus venit Don ſanctius de Doriga & Valdes (κ), qui ſic ſcribit: El Conde Don Pedro de Portugal Autor del libro de Genealogias mas autentico y de credito, que ay en Eſpanna, vivio por los annos de 1320. Stephanus item Garibayus, cujus hæc ſunt verba (λ): " El Conde Don Pedro ſiendo Cavallero mui Reido eſcrivio un libro notable que trata de,, los linajes de Eſpanna, obra reputada por de mucha verdad; la qual me,, moſtro el Licenciado Juan Diez de Fuen mayor del Conſejo Real de Ca-,, ſtilla.,, Uxores Petrus noſter, (ceu ipſe in Nobiliario ſuo, cui vitæ hiſtoriam (μ) inſeruit, ſcribit) duas habuit; e priore Donna Blanca Perez de Souſa, Don Petri Yannez, Domini del Portel, intimi Dionyſii Regis Miniſtri & Dominæ Conſtantiæ Mendez filia natus filius unicus paulo poſt matrem obiit, unde Conjugis bona hæredavit, & alteram dein duxit Dominam Mariam Ximenez, Don Petri Ximenez & Urracæ Artal de Luna ex Aragonia filiam, ex qua ἄπαις obiit circa annum MCCCXL; anno etenim MCCCXLVII. vidua jam fuit Maria, ut ex ſepulchrali ejus inſcriptione in Monaſterii Regii Xixenenſis in Aragonia æde ejusque Sacello ab eadem fundato, SS. que Trinitati dedicato patet; unde notandus venit Stephanus Garibayus (ν) qui Petrum noſtrum ab alio Petro fratre, cui Blancam iſtam uxorem aſſignat, diſtinguit; cum non niſi unicus ejus nominis inter ſpurios Dionyſii apud omnes hiſtoricos reperiatur. Sepultus fuit Petrus Comes in Taroucano Ciſtercienſium monaſterio duobus leucis ab urbe Lamacenſi (Lamago) diſtante.

Fr. PE-

(ε) Epiſt. I. MSCta.
(ζ) Nobiliario de Galicia, inprimis Lib. II. cap. 9. pag. 164.
(η) ibidem pag 174. pr.
(θ) Hiſtoria Genealogica de la Caſa de Lara Lib. II. cap. 11. fol. 84. pr. & pag. 128. m. & pag. 292. fin.
(ι) in Appendice Apologetica adjecta lib. Cronica de los tres Reies, circa fin.
(κ) Memorial de la Caſa de Aſturias fol. 47. in marg. lit. C.
(λ) Compendio General de Eſpanna Lib. XXXIV. cap. 22. pag. 810. lin. 38.
(μ) fol. 36. ſeq. edit. Romanæ.
(ν) loco jam cit. lin. 37. ſeq.

DCXLI. Fr. PETRUS DE QUINTANILLA ET MENDOZA Complutensis ex togato ejusdem Academiæ sodali Franciscanus Monachus, Notarius Apostolicus, & in Curia Romana pro promovenda Francisci Ximenezii de Cisneros Cardinalis, Archi-Episcopi Toletani & Hispaniæ aliquando Pro-Regis in beatorum censum relatione Procurator Generalis; post superius laudatum Alvarum Gomezium nomine Collegii Complutensis in lucem publicam emisit.

(1261.) *ARCHETYPO de virtudes, Espejo de Prelados, el venerable Padre y siervo de dios Fr. Francisco Ximenez de Cisneros.* Prodiit liber iste Panormi apud Siculos typis Nicolai Bua 1653. in folio. Num idem sit

(1262.) *PANEGYRICOS del Cardenal Cisneros*, quo titulo Romæ librum edidit anno sequente 1654. nos cum Nicolao Antonio (ξ) ignoramus; in illo equidem de nobili Herois istius stemmate nonnulla immiscuit Auctor.

DCXLII. PETRUS RAMIREZ DOURADO Lusitanus, collegit vitas & elogia illustrium splendore generis virtutumque Lusitanorum, quibus Paralelorum ad Plutarchi institutum imposuit titulum, Lusitanice

(1263.) *PARAGONACANO des Varones illustres* &c.; an editum typis illud habeatur, nos latet; mentionemque ejus fecit Nicol. Antonius (o)

DCXLIII. PETRUS DE RIBADENEIRA ex præclaro inter nobiles Gallæcos Ribadeneirarum stemmate prosatus, Toletanus, Sodalitati (verba sunt Epitaphii nostro a CLmo Viro Joanne Mariana itidem Jesuita erecti) Jesuitarum Romæ se junxit, antequam Sedi Apostolicæ is ordo probatus „esset, morum facilitate, ingenio ardenti, egregia indole tribus præpositis generalibus, Ignatio, Lainio & Francisco Borgiæ gratus inprimis „extitit: Junior multas nationes obivit, de rebus magnis Legatus, deinde variis inter suos muneribus est perfunctus in Tuscia & Sicilia, provincialis Commissarius in Sicilia, in Insubribus Visitator; ætate major „Toletum rediit, si nativo cœlo afflictam valetudinem recreare posset. „In eo secessu & Matriti, ubi vitæ reliquum exegit, multos libros publicavit eruditos & pios in utraque lingua par-Principibus gratus, suis charus, exteris commodus, prudentiæ laude insignis, annos LXXXIV. „vixit, in Societate autem LXXI. Obiit Matriti anno MDCXI. Kal. Octobr.„ Plura scripsit opuscula, quæ inter ad nostrum faciunt institutum sequentia, ex quibus plura nobilium Hispanorum stemmata, inprimis

(ξ) Bibl. Hisp. Tom. II. pag. 184. b.
(o) ibid. pag. 186. a.

mis vero Lojolanum, Borgianum, Lainezium, Mendozinum & Manriquesianum illustrari aliquatenus poterunt:

DE VITA S. Patris Ignatii Societatis JESU Auctoris Libri V. Prodiere illi tum latine typis Plantinianis 1588. Ingolstadii 1590. Lugduni 1595. Parisiis item ac Coloniæ in 12mo, tum & Hispanice Matriti 1586. ac iterum 1601. in folio una Lainezii & Borgiæ vitis; quin & Germanica extat Theobaldi Jesuitæ, ut & Italica quædam versio Venetiis per Giolittos edita anno 1586. in 4to. (1264.)

DE SCRIPTORIBUS Societatis Jesu Tractatus. Hunc Auctor octuagenarius absolvit, ediditque Antverpiæ typis Plantinianis 1608. in octavo; Recusus idem nonnihil auctior est Lugduni typis Joannis Pillehotte 1609. in 8vo, dein una Julii Nigronii Genuensis observationibus denuo ab Andrea Schotto typis Plantinianis editus fuit 1613. tandemque sub Bibliothecæ Societatis nomine multo auctior prodiit studio Philippi Alegambe Bruxellensis Antverpiæ apud Jo. Meursium 1643. in folio. (1265.)

(1266.)

VIDA del Padre Diego Lainez segundo General de la Compannia, ut & (1267.)

VIDA del Padre Alfonso Salmeron; itemque (1268.)

VIDA del Padre Francisco de Borja, tercero General de la Compannia que fue Duque de Gandia. Hi tres libelli junctim prodire Matriti anno 1592. postremamque Borgiæ puta vitam latinitate donavit Andreas Schottus, ediditque Antverpiæ 1598. in 8vo; recusam Moguntiæ 1638. in octavo.

VIDA de la Madre Theresa de Jesus; excusa in 4to. (1269.)

VIDA de Donna Maria de Mendoza, fundadora del Colegio de la Compannia de Alcala de Henares; hæc, prout & sequens (1270.)

VIDA de Donna Estefanca Manrique y Castilla, fundadora con Don Pedro Manrrique su hermano de la Casa professa de Toledo lucem hactenus publicam non vidit, & in schedis consignata utraque mansit. (1271.)

DON PETRUS ROCO CAMPOFRIO, Toparcha oppidi Campofrio in territorio urbis Alcantarensis siti, conscripsit ediditque DCXLIV.

LA GENEALOGIA de los Rocos o Roches y Campofrios de Alcantara. Pinciæ seu Vallisoleti anno 1602. in folio. Liber iste multo cum studio atque sat bene exaratus est, verum à veritate historica longius recedit, dum stemma suum à Comitibus Urgellensibus, qui antiquitus Barcinonensem tenuere Principatum, arcessere conatur; quo nomine & notatur à Ludovico de Salazar & Castro. (ϖ) (1272.)

(ϖ) In MSC. sæpe cit. num. 123.

DCXLV. DON PETRUS de ROXAS, NINNO & AYALA, Don Francisci de Rojas & Guevarra, primi Moræ Comitis ex Donna Francisca Portocarrero de Guzman filius secundogenitus Toleti in lucem editus, Compluti per octennium Philosophiæ æque ac Theologiæ operam navavit, Artium quoque Magister ibidem renuntiatus; Vicarius dein Chori constitutus in æde Cathedrali Toletana, cumque frater ipsius natu major Don Franciscus de Roxas & Guzman secundus Moræ Comes improlis obiret Toleti circa finem mensis Novembris MDCXXI. relicto statu Ecclesiastico tertius evasit Moræ Comes, Oeconomus item (vulgo Mayor domo) Mariæ Annæ Austriacæ Reginæ, ac Regius Italicarum rerum Senatus Consiliarius. Vir ut aliis studiis ita inprimis Historico atque Genealogico, inprimis quod patriam spectat, haud leviter imbutus. Testantur id præter

(1273.) *HISTORIA de la Imperial nobilissima Ciudad de Toledo,* cujus tamen non nisi duæ partes priores lucem videre Matriti apud Didacum Diaz de la Carrera 1654. & 1663. in folio, hæcce opuscula:

(1274.) *DISCURSOS ilustres Historicos y Genealogicos*; Prodiit hicce liber Toleti apud Joannem Ruiz Peredam anno 1636. in 4to & varios utriusque argumenti libellos complectitur, videlicet:

DE LA vida y muerte de Leovigildo Rey de los Godos.

DEL CID Rodrigo Diaz de Bivar y su descendencia.

DEL ORIGEN, antiguedad y succesiones de los Toledos.

DEL APELLIDO de Escovar, y Casa de los Condes de Mora.

Præter hosce typis impressos libros collegit & idem Comes noster

(1275.) *LIBRO de arbores de Costados de los Grandes, Titulos y Sennores de Espanna,* seu illustrium Hispaniæ magnatum, qui ipsius ætate in vivis exstiterunt, majorum utriusque sexus Tabulas Progonologicas, quod opus adhuc ἀνέκδοτον est, extititque autographum Auctoris olim in Bibliotheca Don Petri Brito de Coutinho, unde sibi illud comparaverat Don Joannes Lucas Cortestus, ex cujus dein relicta insigni suppellectile sibi illud vindicavit Ludovicus de Salazar & Castro, qui & ipse nos edocet (ϱ) deberi Comiti nostro non minimam sane partem in adornanda perficiendaque elegantissima illa:

(1276.) *GENEALOGIA domus Lunensis,* quam cum supra suo loco laudatus Antonius de Luna cœpisset, manumque ultimam morte præventus imponere eidem nequiret, Comes noster id negocii in se suscepit, & Salazario dicto

(ϱ) In MSC. sæpe cit. num. 34.

dicto judice dextre est executus. Porro etiam magno studio sumptibusque haud exiguis collegit noster

TOMOS Diplomatum, Privilegiorum, Chartarumque Regiarum & aliorum documentorum veterum, plusquam 7. voluminum vasta mole comprehensos, ac apprime ad Historiam æque ac rem Genealogicam Hispaniæ illustrandam conducentes, quibus & sæpius usum se adjutumque in relationibus suis Genealogicis fatetur Don Antonius Suarez de Alarcon, itemque Josephus Pellicerius. (σ) Extitere illi post Auctoris mortem in instructissima Comitis Villæumbrosæ, Don Petri Nunnez de Guzman Bibliotheca. Obiit Petrus noster Moræ Comes Matriti mense Augusto 1665. ætatis circiter LXX. annorum, nulla relicta prole, unde Comitatus Morensis ad familiam transiit Ybarrensem, posterosque Joannis de Ibarra, Secretarii Regii & Redituum, Indiarumque Senatuum sub Philippo III. Consiliarii, qui Donnam Catharinam de Agnolera & Rojas, Francisci, Petri nostri propatrui filiam uxorem duxerat, possidetque hodie Comitatum istum Don Josephus Gregorius de Ybarra Rojas & Aguilera, sextus Moræ Comes, Toparcha in Congosto, Laços, & el Castannar, anno adhuc 1702. ἄγαμος. (1277.)

PETRUS SALAZAR de MENDOZA, Toleti natus parentibus Don Ferdinando Salazar Equite Toletano, & Donna Catharina de Quintanilla, à juventute Juris utriusque studio se dedidit, ejusdemque Doctor renunciatus, anno ætatis XXI. à Gaspare de Quiroga Cardinali & Archi-Episcopo Toletano domi suæ receptus, ejusque constitutus est Jure-Consultus, Cubicularius, Consiliariusque Archi-Episcopalis, Vicarius dein Generalis, & Judicum Sacræ Toletanæ Curiæ Censor, Thesaurarius item apud Talaverenses, tandemque Canonicus Cathedralis Toletana, & Pœnitentiarius, uti vocant, evasit; sed, (ut verbis utar Nicolai Antonii (τ)) quidquid Jurisprudentia honores, plausum tamen ei viventi, mortuoque non facile inter morituram famam contulit Historiæ totius Hispanicæ, nobiliumque familiarum exactissima, veteribus e monumentis cognitio, qua adeo polluit, ut Ludovicus de Salazar & Castro (υ) dicere non sit veritus: „ que se puede deçir, que libro del olvido las principales noticias Genealogicas de Castilla. „ Patet id ex operibus nostris, quorum, quæ ad nos spectant, heic damus elenchum: DCXLVI.

(σ) In Memorial de la Casa de los Condes de Miranda fol. 39. fin.
(τ) Bibl. Hisp. Tom. II pag. 190. a.
(υ) In MSCto sæpe cit. num. 38.

(1278.) *CORONICA del Cardenal Don Juan Tavera, Arzobispo de Toledo*, Toleti apud Petrum Rodriguez anno 1603. in 4to, in quo libro ſtemmata *Pardo* & *Tavera*, inter Gallæca non ultima erudite explicuit.

(1279.) *CORONICA del gran Cardenal de Eſpanna Don Pedro Gonſalez de Mendoza, Arzobispo de Toledo, Patriarca de Alexandria.* Toleti apud Mariam Ortiz de Sarravia anno 1625. in folio, cui arborem Genealogicam ſtemmatis Mendozini Auctor præfixit.

(1280.) *ORIGEN de las Dignidades ſeglares de Caſtilla y Leon, con relacion ſumaria de los Reies deſtos Reinos, deſus acciones, caſamientos, hijos, muertes, ſepulturos; de los que las han criado y tenido, y de muchos Ricoshembres, confirmadores de Privilegios.* Toleti apud Didacum Rodriguez anno 1618. in folio, & iterum auctius Matriti anno 1657. in folio. Liber ad magnates ſub quovis Hiſpaniæ Rege dignoſcendos apprime utilis, & multam rei Genealogicæ lucem fœnerans.

(1281.) *CHRONICO de la excellentiſſima Caſa de los Ponces de Leon.* Toleti apud Didacum Rodriguez 1620. in quarto. Opus hocce meritis condecoratur elogiis à plurimis Genealogis Hiſpanis, inprimis autem a Philippo de Gandara. (φ)

(1282.) *GENEALOGIA de los Aguilares*; unde Marchiones de Pliego ortum derivant ſuum. Prodiit ea ibidem anno 1625. meminitque libelli hujus cum laude Antonius Suarez de Alarcon in ſuis relationibus Genealogicis pag. 346. a. m. Præter hocce typis edita ingenii monumenta, etiam ἀνέκδοτα adhuc latent ſequentia:

(1283.) *CHRONICO de la Caſa de Sandoval dividido en veinte y dos elogios.* Hocce inſigne opus, quod maximis recentiores Genealogi encomiis mactant, ipſe Auctor fatetur, primum fuiſſe ſcriptorum ſuorum Genealogicorum, abſolutum fuit illud anno ſæculari 1600. oblatumque Regi Philippo III. per Ducem Lermanum intimum ipſius miniſtrum, cui Auctor illud nuncupaverat. Autographum ſervat hodie inter κειμήλια ſua Don Ludovicus de Salazar & Caſtro, de quo ipſe gloriatur. (χ) Aliud ejusdem apographum in quarto poſſedit olim Joannes Gislerius Buitellus Nipæus in Belgio, teſte Antonio Sandero (ψ) ex eoque Nicolao Antonio; (ω) Aliud

(φ) Nobiliario de Galicia Lib. II. cap. 17 pag. 216. b. m.

(χ) Hiſtoria Genealogica de la Caſa de Lara Lib. I. cap. 11. pag. 33. & in MSCto ſæpe cit. num. 38.

(ψ) In Bibliotheca Belgica MSC pag. 284.

(ω) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 190. b.

Aliud quoque Matriti ſibi comparavit cum inſignium figuris in quarto, B. Ehrencronius.

CHRONICO de la Caſa de Ayala. Hujus exemplar manu exaratum in quarto exſtat in Regia Pariſienſi Bibliotheca, Catalogo teſte. (α) (1284.)

CHRONICO de la Caſa de Chacon; Hujus opuſculi cum encomio Auctoris mentionem fecit Ludovicus de Salazar & Caſtro. (β) (1285.)

CHRONICO de la Caſa de Pantoja; Hujus itidem meminit idem ibidem. (1286.)

ASCENDENCIA del Cardenal Don Franciſco Davila, Arcediano de Toledo. in hoc opuſculo Auctor ſtemma Davilanum ſuccincte pertractavit. (1287.)

ASCENDENCIA de Don Juan Franciſco de Cordova, Sennor de Orgiva; Exhibet hicce libellus inclytum ſtemma Cordovanum. (1288.)

GENEALOGIA de los deſcendientes de Donna Elvira Ponce de Leon, hija del Marques de Cadix y de Donna Catalina Gonſalez de Oviedo. Explicavit inibi Auctor plurima nobilia Andaluſiæ ſtemmata, quæ a duabus iſtis feminis derivantur. Laudat hocce opus, quod utique diverſum a Chronico Ponciorum exiſtimamus, Antonius Suarez Alarcon. (γ) Præter hocce plurima adhuc alia minoris molis momentique opuſcula Genealogica, quamvis veraciſſime ſolideque & exacte elaborata extare inedita, quæ Petrum noſtrum Salazarium agnoſcant Auctorem, nos edocet Ludovicus de Salazar & Caſtro, (δ) ut taceamus inſignium operum manuſcriptorum noſtri Auctoris bigam, nempe: (1289.)

HISTORIAM Archi-Epiſcoporum Toletanorum, quam MSCtum in Templi maximi Toletani Bibliotheca aſſervari refert Nicolaus Antonius (ε) qui eandem laudari ait in Theatro Eccleſiæ Compoſtellanæ, rebusque D. Joannis Taveræ ab Ægidio Gonſalez Davila, itemque (1290.)

MONARGUIA de Eſpanna; ſive de Regum Hiſpaniæ juſto Dominio in omnes toto terrarum orbe poſitas ſub ditione & imperio ſuo Provincias, una cum notitia ipſarum, rebusque a diluvii usque ad tempora noſtra cum pace tum bello ibidem geſtis. Meminit hujus operis ipſe Auctor ſub finem libri ſui Origines dignitatum politicarum inſcripti & ſupra num. (1291.)

(α) Vid. Catal. MSCtorum num. 10519.

(β) In MSCto ſæpe cit. num. 38. & Hiſtoria Genealog. de la Caſa de Lara Lib. I. cap. 11. pag. 31. m.

(γ) Relaciones Genealogicas de los Marqueſes de Trociſal pag. 357. pr.

(δ) In MSCto cit. num. 38.

(ε) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 190. a. & b.

num. 1280. recenſiti. Autographum ipſius in Eccleſiæ Toletanæ Archivo aſſervari idem refert Nicolaus Antonius. Coronidis loco duplex appendebimus Petri noſtri Salazarii encomium, alterum Joannis Jacobi Chiffletii, qui (ζ) eum ſalutat eruditum ſæculi noſtri ſcriptorem; alterum Joſephi Pellicerii, qui (η) eundem appellat varon de mui grande autoridad y credito. Obiit tandem doctiſſimus hicce vir Toleti, ni fallor, circa annum MDCXXX.

DCXLVII. FR. PETRUS de SANCTO JOANNE BAPTISTA, qui cujusnam inſtituti Monachus fuerit, ubive in Hiſpania locorum vixerit, nos latet, Auctor inſcribitur libelli Genealogici tali lemmate notati:

(1292.) *GENEALOGIA de los Loſadas.* Nobilis hæc eſt Gallæca familia, natales referens ad Solare Loſada territorii Quirogenſis in oppidulo Sonabria ſitum; de qua plura videſis apud Philippum de Gandara. (θ) Prodiit opus illud typis Matritenſibus anno 1647. ſæpiusque citatur Joanni Florez de Ocariz in ſuo Nobiliario Regni novæ Granatæ. (ι)

DCXLVIII. DON PETRUS SARMIENTO, Didaci Perez Sarmiento, ſecundi Salinarum Comitis ex Donna Maria de Ulloa (non vero Maria de Villandrado ex genere Comitum de Ribadeo, ut perperam ſtatuit Ægidius Gonſalez Davila (κ) hæc quippe primi Salinarum Comitis uxor fuerat) Filius, poſt exacta Salmanticæ Pinciæque Jurium ſtudia Canonicus Tudenſis, Sacellanus item Ferdinandi V. & Iſabellæ, Catholicorum Regum, ut & Caroli dein V. Imperatoris, cujus Eleemoſynarius & Sacellanus quoque primarius fuit, a quo dein evectus eſt ad Præſulatum Tudenſem anno MDXXIII. & mox anno ſequente MDXXIV. ad Badajozenſem, quem antequam adiret, Palentinus Epiſcopus evaſit, menſe Novembri MDXXV. Cæſarem ubivis per Germaniam Italiamque Comitatus eſt, ab eodemque anno MDXXXIV. menſe Auguſto conſtitutus Archi-Epiſcopus Compoſtellanus, ac anno MDXXXVIII. a Paulo V. Pontifice creatus eſt Eccleſiæ Romanæ Cardinalis. Obiit tandem in Lucenſi Italiæ urbe die 13. Octobris MDXLI. ætatis anno LXIII. ſcripſit eminentiſſimus hic vir anno

(ζ) In Vindiciis Hiſpanicis pag. 112. pr.

(η) Memorial por el Marques de Ribas §. 12. Conf. Ferd. de Saavedra Memorial de Caſa pag. 73. b.

(θ) In nobiliario del Reino de Galicia paſſim.

(ι) Tom. II. fol. 217. m.

(κ) In Teatro de la Igleſia de Compoſtella fol. m. 89. f.

anno 1536. (apud Nicol. Antonium errore typothetæ (λ) legitur 1636.) Libellum ſupplicem Carolo V. Imperatori oblatum:

MEMORIAL Genealogico de la Caſa de Sarmiento inſcriptum, quem manu exaratum poſſedit Joſephus Pellicerius, uti ipſe teſtatur. (μ) (1293.)

DON PETRUS SCOTI de AGOIZ, Caſtellæ Regnorum Hiſtoriographus adhuc, ni fallor, in vivis ſuperſtes, prælo paratum, cenſuriſque conſuetis jam munitum anno 1702. habuit opus Hiſtorico-Genealogicum tali rubrica conſpicuum: DCXLIX.

HISTORIA de la Caſa de los Condes de Torralva, y de las que por caſamientos han recaydo en ella. Comitatus iſte in Giennenſi Regno ſitus, & ex oppidis Torrequebradilla & Torralva conflatus a Philippo IV. Rege collatus fuit Don Innico de Cordova & Mendoza ex maſcula Comitum de Cabra ſtirpe oriundo, cujus nepos Don Joſephus Franciſcus de Cordova Mendoza Fuentes Guzman & Lugo hodie vivit, quartus Torralvæ & Talaræ Comes, Marchio de Fuentes, Adelantatus ſupremus Canarienſis Ordinis Sancti Jacobi Eques & Nobilis Cubicularius Regius. An vero liber prædictus lucem interea temporis publicam viderit, ignoramus. (1294.)

DON PETRUS SEGUINUS aliis SENINUS, vel SEGRINUS, ceu in libro antiquo donationum Eccleſiæ Aurienſis ſcribitur, ubi hæc de eo leguntur „ Petrus Segrinus natione Pictavienſis obiit Era MCCVII. qui ſedit in Epiſcopatu annis XIII. „ Fuit is unus ex primis Monaſterii Sanctæ Crucis Conimbricenſis Canonicis Regularibus Sancti Auguſtini, unde Luſitanicum ortu ſuum aſſerunt, quibus & ſuffragari videtur Nicolaus Antonius in Bibliotheca ſua veteri (ν) Aurienſis dein (vulgo Orenſe) in Gallæcia Epiſcopus ab A. C. MCLVII. fuit, quam Eccleſiam rexit annis XII. ac in odore ſanctitatis (ut loqui deamant) obiit anno Chriſti MCLXIX. Fuit quoque a confeſſionibus Ferdinando II. Regi, ut patet ex quodam hujus Diplomate, in quo Seguinum vocat *amigo y maeſtre de ſu conſciencia*; teſte Ægidio Gonſalez Davila. (ξ) Hujus autem Seguini nomen præ ſe fert vulgari ejus ævi Gallæca Lingua exarata interpretatio operis cujusdam Latini ſic inſcripti: DCL.

SERVANDI Epiſcopi de antiquis Hiſpaniæ familiis nobilibus; quodque Seguinus noſter additionibus ſuis locupletaſſe, & ad ſua usque tempora con- (1295.)

(λ) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 191. b.
(μ) Informe del origen de los Sermientos pag. 4.
(ν) Lib VII. cap. 5. §. 92.
(ξ) In Theatro de Orenſe pag. 387.

continuasse fertur; Detectum vero utrumque opus est sæculo demum XVII. Servandi quidem suum Gothico, Seguini vero Lombardico, uti vocant, charactere exaratum; posseditque authenticos utriusque Codices Clarissimus Josephus Pellicerius de Tovar, qui & magni eos ab initio fecit, usque dum multa passim inibi supposititia esse & recentiorum auctorum figmenta deprehendit; unde & iis omnem postea fidem derogare cœpit; qua de re ipse consulendus est in operum suorum Bibliotheca. (ο) Conf. & quæ infra sub Servando dicentur.

CDLI. PETRUS de SOLERA REYNOSO, nobis æque ac Nicolao Antonio (ϖ) cætera plane incognitus, Auctor fertur libri:

(1296.) *POLYENCOMIO de la Ciudad y Obispos de Cuenca y Condes de Benavente*, inscripti, & Cuencæ seu Conchæ anno 1624. editi, in quo Pimentelliorum Benaventanorum Comitum stemma explicari credimus.

DCLII. PETRUS TOMICH seu TOMIC, Nobilis Catalanus, domesticus minister Bernardi Garceran de Pinos Vice-Comitis de Illa & Caneto, cujus fratri Don Dalmao de Mur Archi-Episcopo Cæsaraugustano dedicavit in oppido Baga, sede Domini sui anno MCCCCXLVIII. absolutum opus.

(1297.) *CONQUISTAS è historias de los Reies de Aragon y Condes de Barcelona* inscriptum, idiomateque Catalanico exaratum; Pertingit autem narratio libri istius ad annum usque MCCCCLXXIX. & Joannis II. Aragoniæ Regis obitum, unde ultima bina ejusdem capita ab alio auctore operi assuta fuisse gravis est suspicio; præsertim cum & Dalmaus de Mur ultra annum MCCCCLVI. sedi Cæsaraugustanæ non præfuerit. Immiscuit vero Auctor operi huicce plurima de antiquis Catalanæ nobilitatis stemmatibus, inprimis novem illos Heroas, Principesque viros, qui cum obgero Cataloniam sub Carolo Martello Francorum Rege intrarunt gubernaruntque, ac eorundem posteros recensendo; quæ res etiamsi multis imo tantum non omnibus Historicis recentioribus fabulam sapit, nonnullos tamen & nacta est defensores, inprimis Stephanum Corberum, qui integro id argumentum capite (ϖ) pertractavit, Tomichiumque nostrum contra Michaelem Carbonellum aliosque defendendum sibi sumsit, evincere conatus, ipsum antiquas per universam Cataloniam unanimi quasi consensu susceptas traditiones absque ullo imponendi posteris animo sectatum illo in argumento fuisse; quamquam & ipse inficiari nequeat, plu-

(ο) Pag. 145. b.
(π) Bibl. Hisp. Tom. II. pag. 193. b. m.

plurimis erroribus anilibusque figmentis ſcatere Tomichium; Exempla ejus rei qui noſſe diſcupit, adeat Nicolai Antonii Bibliothecam veterem Hiſpanam (ρ) ubi plura riſum bilemve moventia offendet. Prodiit illud Tomichii opus typis Barcinonenſibus anno 1519. in folio.

PETRUS DE TORRES URRUTIA Calculator (vulgo Contador) Hiſpalenſis urbis Regius, elegans elaboravit opuſculum, cui titulus DCLIII.

GENEALOGIA de los Torres y Zunnigas, y linages, conque han emparentado; Latet adhuc ineditum, ejusque prototypon in archivo ſuo aſſervat Don Alphonſus Ortiz de Zunniga Ponce de Leon, ſecundus Valenzinæ Marchio; Apographum etiam ejusdem poſſedit Don Didacus Ortiz de Zunniga, qui multis illud laudibus proſequitur (σ). (1298.)

DON PETRUS TUTOR ET MALO, Numantinus, uti ſeſe nuncupat, ſeu Sorienſis, Theologiæ Doctor, Eccleſiæ Magiſtralis Sanctorum Juſti & Paſtoris Complutenſis Canonicus, anteaque Sodalis Collegii inſignis Theologici Sancti Hieronymi Trilinguis ibidem, Presbyter quoque oppidorum Tendilla & Santorraz, ac Linguæ Ebrææ in alma Complutenſi univerſitate interpres, circa finem Sæculi prioris XVII. ibidem typis evulgari curavit librum DCLIV.

COMPENDIO hiſtorial de las dos Numancias, ſus grandezas y trofeos, y vida y muerte del inclyto Anachoreta San Saturio, Patron de Soria Compluti apud Franciſcum Garciam 1690. in quarto. Eſt hæcce tantum pars prior majoris operis, quod de Soriæ urbis Hiſtoria meditabatur Auctor, continetque inter alia Libro Imo capite 14. & ſequentibus usque ad 23tium ſuccinctam XII. illuſtrium urbis illius familiarum recenſionem, ſunt illæ: *Salvadores*, *Somos*, & *Hondonneros* duplices familias, *Cancilleres*, *Morales*, *Don Vela*, *San Lorente*, *Santa cruz*, *Calatannazor*, *Santisteban* & *Barnuevos*, cum earundem inſignibus, virisque toga & ſago duriſſimis, Laborat quidem nimia brevitate recenſus ille; ſpem tamen fecerat Auctor, ſe in Parte ſecunda operis iſtius fuſius de ſingulis tractaturum, inſigniaque adjecturum æri inciſa; verum hactenus quod ſciam nil tale lucem publicam aſpexit. (1299.)

PETRUS DE VALENCIA, ex Zafra, Extremaduræ provinciæ opidulo oriundus, Cordubæ vero natus anno MDLIV. Vir linguarum Latinæ Græcæque, imo & Ebrææ ſcientiſſimus, Theologus æque ac Philoſo- DCLV.

(ρ) Lib. X. cap. 16. §. 920.
(σ) Anales de Sevilla Lib. XVII. ad A. C. 1647. num. 3. pag. 707. a. med.

losophus haud proletarius, tandemque a Philippo III. rege Matritum evocatus, regiique Historiographi munere condecoratus illic obiit anno MDCXX. ætatis LXVI. Plurima reliquit maximam partem Theologica opuscula, inedita omnia, quorum haud exiguum numerum collegit suisque in scriniis reposuit Marchio Mondejarensis Don Gaspar Ibannez de Segovia. Nobis vero hic venit commemorandus, ob opusculum quoddam Genealogicum, nuncupatum

(1300.) *TRATADO del linage de los Sepulvedas*, quod Valentiæ nostro tribuit Rodericus Mendez Silva (τ), eum Doctorem, ac Philippi II. (in quo tamen fallitur) Regis Chronographum salutans. Fuit cætera Valentia noster intimus celeberrimi Polyglotti Benedicti Ariæ Montani amicus, quem in scriptis suis acriter defendit, & ut patrem semper veneratur.

DCLVI. DON PETRUS DE VELASCO, Jurium Licentiatus, & Causarum in regia Castellæ Senatu Patronus, magnam sibi vindicat partem, in superius sub Paulo de Victoria (DXCVII. 1198.) recensito opusculo, cui titulus

(1301.) *RAZONES de equidad y congruencia, paraque no se deshaga el mayorazgo de Monilas y Salas*; unde & ibidem jam ejus fecimus mentionem.

DCLVII. DON PETRUS DE VILLACIS ET SANDOVAL, Don Francisci, primi Comitis de Pennaflor ex Donna Maria Enriquez de Sandoval filius, secundus Comes de Pennaflor & Ordinis Sancti Jacobi Eques, Philippo IVto regi circa annum MDCLXV. obtulit supplicem libellum

(1302.) *MEMORIAL representante los servicios y la Genealogica de los Sennores de Villa Garcia de la Casa de Quixada*; opus hocce typis commissum non est, laudatur tamen Genealogis, inprimis Ludovico de Salazar & Castro (φ). Ratio vero vel potius occasio conscribendi ejus Auctori hæc extitit: Duxerat ille uxorem Donnam Elviram Antoniam Quixadam de Villamizar & Ocampo, Petri de Villa mizar ex Maria Quixada de Ocampo, Joannis Domini Villægarciæ sorore filiam, quæ dominium istud hæreditario jure obtentum marito attulit, isque ut Rex illud titulo illustri condecoratum sibi concederet, supplici illo libello petiit, Petri majores æque ac posteros exhibet etiam prædictus Salazarius de Castro in eleganti sua Laranæ domus historia (χ).

DCLVIII. PETRUS VITALIS, Aragonensis, SS. Theologiæ Doctor, Coenobii

(τ) in lib. Memorial de los Sepulvedas.
(υ) vid. Antonii Bibl. Hisp. Tom. II. pag. 200. a.
(φ) Advertencias Historicas pag. 165. num. 154.
(χ) Lib. XIII. cap. 8. in fine & Lib. XIV. cap. 11. toto.

bii Gurreani Prior, & Canonicus inclytæ Abbatiæ Mont-Aragonensis scripsit

NOBILIARIO de las Casas y Linages del reino Aragon. Opus hocce, quod adhuc ineditum latet, ampliandum continuandumque sibi sumsit alius quidam Mont-Aragonensis Canonicus, Zayas cognominatus, de quo plura infra sub titulo ZAYAS dicenda erunt. (1303.)

DON PETRUS DE ULLOA GOLFIN PORTOCARRERO, natus in Cazeres Extremaduræ Provinciæ oppido, fraterque natu minor Don Alvari Francisci de Ulloa Golfin & Chaves, Ordinis Alcantarensis Equitis, & domini Majoratus Castillejo in prædicto Cazerensi oppido; Salmanticæ olim literis Jurisque scientiæ operam navavit, Conchensis ibidem Collegii Sodalis, ubi & Decretorum Cathedram aliquandiu tuebatur; factus dein Judex Curiæ Granatensis, itemque ordinis Alcantarensis Eques, Fiscique in regio ordinum Equestrium Senatu Patronus, ac tandem regii Castellæ Senatus Consiliarius Matritensis, Vir uno omnium coævorum ore celebratissimus, & ut Nicolai Antonii (ψ) utar verbis, ingenio, urbanitate, integritate eximius, amœnioris totius literaturæ gnarus, juris vere peritus, & qui munus, a quo ornatur, vicissim egregieque in paucis ornavit. Scripsit elegans opus, in quo de Hispanorum more novos vexilli regii elevatione acclamandi reges disseruit, quodque typis Matritensibus anno 1671. sub hoc prodiit titulo: DCLIX.

DE LA Ceremonia real de levantar pendones en Castilla por los Sennores Reies, y origen de sus mas ensalzadas dignidades. Multis illud Historici æque ac Genealogi hujus ævi Hispani laudibus extollunt, inprimis Didacus Josephus Dormerus (ω) Josephus Pellicerius (α) P. Claudius Clemens (β) aliique. Præterea quoque Auctor est Petrus noster egregii illius de proprio stemmate conscripti & modestiæ Causa sub Josephi Pellicerii præclaro nomine (quo nec indignum erat) hocce lemmate evulgati libri (1304.)

MEMORIAL de la Calidad y servicios de la Casa de Don Alvaro Francisco de Ulloa Golfin y Chaves, y su hermano Don Pedro de Ulloa Golfin Portocarrero escrito a la Reina Donna Mariana de Austria, madre del Rey Don Carlos II. quo Matritensibus prodiit typis anno 1675. in folio. Agitur hocce libro de universa clarissima per Extremaduram familia Ulloana, magnaque (1305.)

(ψ) Bibl. Hisp. Tom II. pag. 200. fin.
(ω) in notis ad Blancas Inscriptiones regum Aragoniæ pag. 115.
(α) in Bibliotheca de sus escritos fol. 136. b. 146. & fol. 182. a.
(β) in notis ad Tablas Chronologicas pag. 275. pr.

que cum advertentia & veritate ſcriptus cenſetur a Ludovico de Salazar & Caſtro (γ). Conſpicitur in eodem ipſius Petri noſtri elogium a Joſepho Pellicerio, teſte eodem Salazario (δ) inſertum. Conferatur & Philippus de Gandara in ſuo Gallæciæ nobiliario (ε).

DCLX. Fr. PHILIPPUS DE GANDARA, Gallæcus, natus in oppido Allariz (uti ipſe (ζ) fatetur, ſub ditione Marchionum Vianæ, in Diœceſi Aurienſi, SS. Theologiæ Magiſter, Ordinis Sancti Auguſtini Eremitarum Sodalis, ac regnorum Legionis Gallæciæque Hiſtoriographus Generalis Regius, Vir ſedulus, plurima elucubravit maximam partem Hiſtorica atque Genealogica opera, quorum aliqualem, quatenus ad noſtrum faciunt argumentum, ſeriem heic damus:

(1306.) *MEMORIAL Genealogico de la Caſa de Calderon de la barca*; impreſſum Matriti circa annum 1661. in quo Calderonum ex Aſturibus Santillanicis ortum ſtemma explicuit. Citant illud non ſine encomio Auctoris Joſephus Pellicerius (η) & Ludovicus de Salazar & Caſtro (θ).

(1307.) *NOBILIARIO, armas y triunfos de Galicia, hechos heroicos de ſus hijos y elogios de ſu nobleza*. Prodiit opus hoc primum Matriti anno 1662. in quarto, & deinde poſt obitum Auctoris multo auctius, ſumptibus Don Antonii Lopez de Quiroga, Chiliarchæ militiæ Peruvianæ (Maeſtre de Campo vocant,) Matriti typis Juliani de Paredes anno 1677. in folio una cum

(1308.) *PALMAS y Triunfos Eccleſiaſticos del Reino de Galicia ganados por ſus hijos*, martyres, Confeſſores, Theologos y Doctores &c. Sive Hiſtoria Eccleſiaſtica ejuſdem regni duobus voluminibus comprehenſa itidem in folio. Prius iſtorum operum jam antequam denuo in lucem prodiret, laudarunt Fr. Thomas Herrera (ι) Joſephus Pellicerius (κ) Ferdinandus de Saavedra (λ) nuperrimeque Ludovicus de Salazar & Caſtro (μ) qui tamen Auctorem huncce in rebus antiquioribus, quas ille pro lubitu interdum

(γ) Hiſtoria de la Caſa de Lara Lib. IV. cap. 12. pag. 285. fin.
(δ) fol. nempe 188. conf. Salazar Advertencias Hiſtoricas pag. 62. §. 63.
(ε) pag. 301. b.
(ζ) ibid. P. II. fol. 627. a. fin.
(η) Memorial de Don Fernando de los Rios fol. 34. num. 10.
(θ) Advertencias Hiſtoricas pag. 172. pr. & in MSCto ſæpe cit. num. 82.
(ι) in Hiſtoria domus Auguſtinianæ Salmanticenſis.
(κ) Informe de la Caſa de Sarmiento pag. 5.
(λ) Memorial de ſu Caſa paſſim, inprimis fol. 9. a.
(μ) in MSCto cit. num 82.

terdum suo efformavit, caute legendum esse admonet. Præter hæcce typis edita etiam ipse Gandara alia in illo passim nobiliario allegat conscripta a se opuscula huc spectantia, ut

EPITOME de la nobleza de Galicia; opus ab illo typis edito diversum (ν). (1309.)

GENEALOGIA de la Casa de los Losadas, quam prælo paratam se habere asserit (ξ). (1310.)

EPITOME historial de Galicia (ο) quod num diversum a priori illa Epitome sit, definire vix licet; multus tamen conjiciendi locus est. (1311.)

TRATADO Historial del derecho que tienen las Ciudades de Galicia del Voto en Cortes; hoc opusculum ex mandato statuum regni Gallæciæ se exarasse ipsemet fatetur Auctor (ϖ) typis tamen excusum vix credo. (1312.)

LA GENEALOGIA de la Freiria, in qua stemmata nobilia *Barbas, Losadas, & Quirogas* se explicuisse asserit (ρ). Tandem & (1313.)

ARBORES Genealogicas peculiares plurimarum nobilium Gallæcarum stirpium consarcinasse Gandaram testis est Ferdinandus de Saavedra (σ). Obiit demum Gandara noster in Conventu ordinis sui Sancto Philippo sacro vulgo San Phelipe el heal, Matriti die 18. Octobr. MDCLXXVI. cum LXXX. vitæ numerasset annos, ut a Typographo in fine Partis Imæ nobiliarii (τ) edocemur. (1314.)

Don Frey PHILIPPUS DE GUIMERAN SEU GUIMARAN, ex nobilissima inter Catalanas prosapia oriundus, natu Valentinus, Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, (cujus est captivos a Turcis & Africanis piratis Christianos redimere) Sodalis, cujus provinciam Valentinam primum, dein Generalis universum ordinem rexit præfectus, ordine XVtus anno MDCIX. creatus, evectus tandem in solum Episcopale Jaccensis in Aragonia Ecclesiæ, cui tamen actu non præfuit, ad superos evocatus anno MDCXVII. Cum adhuc Valentinæ ordinis sui domui del Puius cognominatæ præesset, scripsit, typisque subjecit librum DCLXI.

HISTORIA de la Orden, de la Merced y de algunos Santos, y personas illustres (1315.)

(ν) Nobiliario de Galicia pag. 376. a. med.
(ξ) ibid. pag. 546. a. m.
(ο) ibid. pag. 547. b.
(ϖ) ibid. pag. 573. b. m.
(ρ) ibid. pag. 592. fin.
(σ) Memorial de su Casa fol. 9. a.
(τ) pag. 484. m.

luſtres della, y en particulas de la Caſa de Madre de Dios del Puius de Valencia, y de ſus milagros , y de las perſonas famoſas della nuncupatum Valentiæ anno 1591. in 4to. Inſeruit illi Auctor plurima ad rem Genealogicam Heraldicamque Hiſpanam ſpectantia, prout Vincentius Blaſco de Lanuza (υ) his ipſismet teſtatur verbis. „ En eſte libro con grand varcedad y dulzura (repræſentando algunos ſanctos y varones iluſtres de aquel Sagrado inſtituto) toca el Auctor tanbien linages, armas batallas, reſcuentros y ſucceſſos de las Coſas de Aragon; „ Præter iſtum & alium libellum compoſuit Grumeranus,

(1316.) *DISCURSO, en que ſe refieren las vidas de las Venerables Madres fundadoras del monaſterio de la aſſumcion de Sevilla inſcriptum*, & adhuc ineditum, in quo de Zepatarum, Rœlarum & Martelorum ſtemmatibus quædam continentur; fuere enim Fundatrices illæ 1) Donna Maria Zapata, Don Ludovici Manrique vidua, Joannis de la Fuente Martel & Merinæ Zapatæ filia 2) Donna Beatrix de las Roelas & 3) Donna Franciſca Martel, uti nos edocuit Don Didacus Ortiz de Zunniga in præclaro ſuo Analium Hiſpalenſium opere (φ).

DCLXII. DON PHILIPPUS DE MURGUIA, quem Guipuſcoanum aut Cantabrum credimus, nobis aliunde non innotuit, quam ex Joannis Florez de Ocariz teſtimonio, qui in Nobiliario ſuo novi regni Granatenſis in America Boreali (χ) citat ejus opus quoddam Genealogicum tali titulo inſignitum

(1317.) *MEMORIAL de las Caſas fuertes de parientes mayores de la Provincia de Guipuſcoa*; an vero typis illud editum ſit, an, quod magis credimus, ineditum adhuc aſſervetur, juxta cum ignariſſimis ſcire nos fatemur.

DCLXIII. DON PHILIPPUS DE PORRES, Don Martini de Porres, tertii Domini de Condado, qui anno MDCVI. obiit, ex Donna Iſabella de la Penna filius, quartus Dominus de Condado, Ordinis Alcantarenſis Eques & Commendatarius oppidi la Delfa, Vir ſtudio Genealogico addictiſſimus, conſcripſit pro poſteris ſuis

(1318.) *GENEALOGIA de la Caſa de Porres*, quæ in Majoratus iſtius dominorum ſcriniis manu exarata aſſervatur, unde eandem deſcribi in uſus ſuos curavit curioſiſſimus harum rerum Ludovicus de Salazar & Caſtro, uti

(υ) Hiſtorias Eccleſiaſticas y ſeglares de Aragon Tom. II. pag. 563. col. 2, m.
(φ) Anales de Sevilla ad A. C. 1568. pag. 530. a, m, num. 2.
(χ) in Preludio Tom. I. pag. 78. m.

uti ipse nos edocuit (ψ) qui & Porresii nostri majores (ω) nobis suppeditavit.

DCLXIV PONCES DE LEON illustrissima inter primarias Hispanas prosapia, unde suum Duces de Arcos aliique Hispaniæ magnates ortum derivant, præter eos, qui tum generatim tum peculiariter de ipsa commentati fuere, Auctores hinc inde in hac nostra Bibliotheca recensitos, etiam anonymum nacta est Panegyristen, qui circa initium sæculi XVIti elaboravit

(1319.) *HISTORIA de Don Rodrigo Ponce de Leon, Marques de Cadiz, Uamado Theodoro de buenos.* Librum hunc in prædivite sua Bibliotheca manuscriptum olim possedit Excellentissimus Comes Villæumbrosæ; ubi eundem vidit, qui nos hæc edocuit, Nicolaus Antonius (ϐ).

DCLXV. PORTUGALLIA, quæ Romanis olim Hispania Lusitanica audiit, fœcunda nobilium stemmatum eluet progenitrix; de quibus plures sparsim in hoc libello obvios offendes commentantes Auctores; præter quos & heic anonymorum quorundam Nobiliaria Lusitanica recensere opera pretium reputamus. Pervetustus extat Codex, quem sub tali titulo

(1320.) *LAS MATRICULAS Portuguesas* citare solet Philippus de Gandara (γ), qui eundem definit: *Nobiliario, en que estan assentados todos los linages de los Fidalgos de Portugal,* Authenticum ejus exemplar asservatur in Archivo Regio Turris do Tombo, unde exscriptum apographum ipse manibus tractavit.

(1321.) *LIBRO de Linages Portuguese* Lingua Castellana exaratus olim extitit manuscriptus in selectissima Antonii Augustini Bibliotheca, ceu ipse in quadam ad Hieronymum Zuritam Epistola apud Didacum Josephum Dormerum (δ) asserit. Forsitan idem opus est liber, ille manuscriptus, quem B. Ehrencronius Matriti, olim coëmit sic inscriptus:

LINAGES illustres del regno de Portugal, y Genealogias de los Reyes della, in folio, circa initium Sæc. XVII. descriptus, cui adjectus alius libellus:

MEMORIA dos Arcobispos, Obispos, y Condestables de Portugal, dos Vireyes y Governadores da India &c.

LIVRO

(ψ) in MSCto sæpe cit. num. 66.
(ω) Hist. Genealog. de la Casa de Lara Tom. II. Lib. XI. cap. 16. pag. 520. fin.
(α) Hist. de la Casa de Lara Tom I. Lib. V. cap. 13. & 17.
(ϐ) Bibliothecæ veteris Hisp. Lib. X. cap. 16. §. 915.
(γ) Nobiliario de Galicia Lib. III. cap. 26. pag. 460. b.
(δ) Progressos de la Historia de Aragon pag. 390. b. m.

(1322.) *LIVRO antigo das geracones*, id est Liber antiquus generationum seu nobilium Lusitaniæ stemmatum, conscriptus anno MCCCXLIII. exstat ibidem in Regio Archivo Turris do Tombo; ex eodemque primordia stirpis Brigantinorum Ducum excerpsit Antonius de Brandano, quem vide (ε)

(1323.) *SUMMARIO breve de Linages y Chronicas de Portugal desde el principio de los Reies de el, hasta el Rey Don Juan el Tercero.* Tali titulo conspicuum opus exstat inter κειμήλια ἀνέκδοτα Regiæ Escorialensis Bibliothecæ (ζ). Porro & Stephanus Garibayus (η) meminit libri cujusdam:

(1324.) *HISTORIA de los Reyes de Portugal* inscripti & idiomate Hispanico exarati, verba ipsius ita jacent: " Entre las obras, que en Lengica Castel-„lana he visto de los Reyes de Portugal, la major es unaguesinn nombre „de Autor anda de mano; la qual aunque no contiene tan copiosa rela-„cion, quanto merecia la historia de semipantes Principes, tiene buen di-„scurso en la succession de los Reyes, y muchos notables puntos, de quien „entiendo prævaler me mas que de ningun otro Autor en lo que me pu-„diere aprovechar para el progresse desta Cronica.

(1325.) *NOBILIARIO de Portugal,* seu liber Stemmatographicus Nobilium Lusitaniæ familiarum, opus egregium ab Emanuele Lusitaniæ Rege ordinatum collegiique mandatum, quod authenticum hodiernum asservatur in Regio Tabulario Turris do Tombo, ceu asserit Emanuel Faria de Sousa (θ) qui ultra 400. nobilium Lusitaniæ stemmatum agnomina originesque nobilissimas ex eodem recensuit; sed operæ pretium est audire de hoc opere suffragium Celeberrimi nobisque amicissimi Guilielmi Jacobi Imhof in elegantissimo suo stemmate Regio Lusitanico ita disserentis (ι) „Præclaræ denique rei non fraudandæ memoria Auctor fuit Emanuel, „dum ex archivis & monumentis singulari diligentia omnia nobilium Re-„gni familiarum insignia & stemmata colligi, & secundum Leges artis „Heraldicæ formata inque ordinem redacta & penicillo expressa in Codi-„cem referri curavit, usus ad id opera peritorum virorum, quos ex An-„glia evocavit, atque ad exemplum Anglicæ gentis regem armorum, He-„raldosque & Persequentes, ceu vocant, instituit.

DON

(ε) Monarquia Lusitana Lib. X. cap. 4. fol. 123. col. 2.
(ζ) Pluteo N. Serie II. num. 13.
(η) Compendio de la Historia general Lib. XXXI. cap. I.
(θ) Epitome de las Historias portuguesas passim.
(ι) Amstelodami edito 1708. in folio, pag. 15. circa fin.

DON FREY PRUDENTIUS DE SANDOVAL, Pincianus, uti Nicolaus credidit Antonius (κ) vel, ut ipſe videtur indigitare in vita ſua (λ) Zamorenſi ex Epiſcopatu, ut minimum Legionenſi ex regno oriundus, Ordinis Sancti Benedicti, cui in regio ſanctæ Mariæ Conventu Najarenſi ſe mancipaverat, ſodalis, Concionator item & Abbas aliquandiu ordinis ſui, ac Theologiæ Magiſter; evectus dein dic 10. Martii Anni MDC VIII. Tudenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſedibus idem Badajozenſi & Zamorenſi deſtinatus anno MDCXI. tandemque die X. Octobris MDCXI. conſtitutus Antiſtes Pampilonenſis, quam ſedem occupavit die 17. Junii MDCXII. Regius itidem Caſtellæ Hiſtoriographus à Philippo III. conſtitutus; Scripſit plurima eaque haud Proletaria opera Hiſtorica, quæ ad illuſtrandam rem Genealogicam apprime faciunt, ideoque in hanc à nobis ſcenam merito producuntur. Primum eorundem fuit. DCLXVI.

CHRONICA del inclyto Emperador de Eſpanna Don Alonſo VII. deſte nombre, Rey de Caſtilla y Leon, hijo de Don Ramon de Borgonna y de Donna Hurraca Reina proprietaria de Caſtilla, ſacada de un libro nui antiguo eſcrito de mano con letras de los Godos. Edidit Sandovalius Chronicon iſtud in novam à ſe formam redactum, elegantique illuſtratum Commentario Matriti apud Ludovicum Sanchez 1600. in folio; eidemque in fine adjici curavit: (1326.)

ORIGEN y decendencias de muchas caſas antiguas y nobles de Eſpanna, ſeu Nobiliarium illuſtrium antiqui generis ſplendore proſapiarum, videlicet Sandoval, Oſorio, Acunna, Velaſco, Caſtro, Zunniga, Guzman, Haro, Mendoza, Manrique, Padilla, Ponce de Leon, Quinnones, Toledo & Tovar ad ſua usque tempora per propagines deductum; Opus, quod in remotiori quidem originum antiquitate caute legendum, optimum tamen omnium hoc in argumento typis editorum habendum eſſe cenſet Ludovicus de Salazar & Caſtro. (μ) Non parum quoque tum ad Regia Caſtellæ Navarræque, tum & plurium magnatum Hiſpanorum ſtemmata & fortia facta cognoſcenda faciunt reliqua Sandovalii noſtri opera, inprimis ſequentia: (1327.)

FUNDACIONES de los Monaſterios de San Benito, quarum unica tantum nempe pars prima, quæ fundata à Gothorum Regibus ante Arabum in (1328.)

(κ) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 205. a.
(λ) Obispos de Pampelona fol. 137. col. I.
(μ) In MSCto ſæpe cit. num. 20.

in Hiſpaniam irruptionem fuere, cœnobia Benedictini Ordinis recenſet, publicis typis excuſa eſt Matriti apud Ludovicum Sanchez anno 1601. in folio; Reliquæ, quòd dolendum, partes lucem usque huc fugiunt.

(1329.) *VIDA y hechos del Emperador Carlos V. en dos partes.* Pars prior operis hujus excuſa eſt Pinciæ apud Sebaſtianum de Cannas anno 1604. in folio, poſterior vero ibidem anno 1606. itidem in folio; uterque dein ſimul recuſus Pampilone anno 1614. in folio 2. voll.

(1330.) *ANTIGUEDAD de la Ciudad y Igleſia Cathedral de Tuy, y de los Obispos que ſe ſade aya avido en ella, ſacada de los Concilios y Cartas Reales y otros Papeles.* Bragæ apud Fructuoſum Laurentium de Baſto 1610. in quarto minore.

(1331.) *CATALOGO de los Reies de Navarra y Obispos de Pamplona.* Pampilone apud Nicolaum de Aſſiayn anno 1614. in folio minore; Adjecit eidem Auctor varia diplomata pervetuſta Regum Epiſcoporum eorundem

(1332.) *HISTORIAS de los cinco Obispos, Idacio, que eſtrivio poco antes que Eſpanna ſe perdieſſe, de Iſidoro Obispo de Badajoz de Sebaſtiano Obispo de Salmanca, Samprie Obispo de Oviedo &c. con notas tocantes à eſtas Hiſtorias y Reyes dellas.* Pampilone apud eundem anno 1615. in folio; denuoque recuſum fuit idem opus ibidem anno 1634. in folio, eidemque acceſſit, in utraque iſta editione præclarum opus, quo Auctor, ut muneri ſuo Hiſtoriographico ſatisfaceret egregium Ambroſii Moralis telam Hiſtoricam continuaturus vitas quinque Caſtellæ Regum pertexuit, nempe:

(1333.) *HISTORIA de los cinco Reyes de Caſtilla y de Leon, Don Fernando el Magno I. deſte nombre, Infante de Navarra, Don Sancho, que murio ſobre Gamora, Don Alonſo VI. deſte nombre, Donna Urraca hija de Don Alonſo VI. y Don Alonſo VII. Emperador de las Eſpannas,* quæ poſtrema hiſtoria multo auctior eſt illa ſuperius num. 1326. recenſita.

(1334.) *HISTORIA de la Fundacion del Monaſterio de Santa Maria la Real de Najera de la Orden de San Benito.* Typis excuſum hoc opus non prodiit, autographumque ejus olim aſſervabatur in inſtructiſſima Comitis Ducis de Olivarez Don Gaſparis de Guzman Bibliotheca; Multam illud lucem fœneratur ſtirpium nobilium antiquorumque notitiæ, quo nomine & laudatur Fr. Athanaſio de Lobera. (v) Obiit tandem Sandovalius noſter Stellæ vulgo Eſtella Diœceſeos ſuæ Pampilonenſis oppido anno MDCXX. ſepultus in Cathedralis ædis Pampilonenſis Sacello reliquiarum, qua in æde ipſe, dum adhuc in vivis ſupererat, ſex Capellanias, uti vocant, funda-

(v) Hiſtoria de la Ciudad de Leon cap. 9. fol. 208.

daret; teste Ægidio Gonſalez Davila. (ξ) Adverſarium vivus habuit Franciſcum Diago ſupra ſuo loco nobis laudatum, & poſt mortem etiam acriter inprimis ob Carolinam Hiſtoriam in ipſum invecti ſunt Galli, quos inter celeberrimus Vir Franciſcus de la Mothe le Vayer peculiari libello Diſcours de l'Hiſtoire inſcripto, & Richelio Cardinali oblato Sandovalium falſe perſtrinxit; (ο) Quin & nimiæ credulitatis eundem arguere ſolitus eſt quandoque Ludovicus de Salazar & Caſtro. (π)

PULGAR, vetuſta & nobilis familia, ortum derivat ſuum ex Aſturiæ principatu, ubi domum ſuam gentilitiam (Solar audit Hiſpanis) in vero Sanctæ Mariæ de Telledo, in territorio (vulgo Concejo) Lenenſi ſito; unde per Caſtellæ Andaluſiæque Regna ſe diffudit, originemque dedit Toparchis oppidi Salar, in Regno Granatenſi, è quibus ſeptimum Salaris dominum, Joannem Fernandum Perez del Pulgar, nobilem urbis Lojæ civem Marchionem de Salar creavit Carolus II. Hiſpaniarum Rex. Peculiariter de hac familia commentatus eſt Blaſius de Salazar, quem ſuo loco laudavimus, cui heic adjungimus Auctorem Anonymum, qui circa annum MDCLX. magno cum ſtudio conſcripſit: DCLXVII.

GENEALOGIA de la Caſa de Pulgar de los Sennores de Salar; quod opuſculum adhuc ineditum egregie & ſat ample concinnàtum deprædicat Ludovicus de Salazar & Caſtro (ρ) qui & ipſe integrum Pulgarorum ſtemma in arbore Genealogica ſcite deductum alibi (σ) nobis exhibuit. Prædictus ille primus Marchio de Salar ex uxore Donna Paula de Zubiaurre, Dallo & Guzman Hiſpalenſi, majoratusque domus ſuæ Domina genuit Ferdinandum, ſecundum hodie Marchionem, aliosque plures liberos. (1335.)

Q.

QUERALT una ex illuſtrioribus, quod antiquum generis ſplendorem attinet, inter Catalanas proſapiis, quæ hodie quoad maſculum ſtirpem deleta eſt, progenitrix Comitum de Sancta Coloma, Catavi & Caſtelnou, dominorumque de Queralt & Ceret, ut patet ex opuſculo Auctoris Anonymi, DCLXVIII.

(ξ) Teatro de la Igleſia de Tuy Tom. III. pag. 452.
(ο) Vid. ejus editionem ſecundam Pariſiis apud Antonium de Sommaville 16.. 8.
(π) Hiſtoria Genealogica de la Caſa de Lara Lib. I. cap. XI. pag. 33.
(ρ) In MSCto ſæpe cit. num. 222.
(σ) Hiſtoria Genealogica de la Caſa de Lara Tom. II. pag. 746.

(1336.) *GENEALOGIA de la Casa de Queralt del Conde de Santa Coloma* inscripto, & sub Philippo IV. Rege absoluto, quod ineditum possidet Ludovicus de Salazar & Castro, qui cum elogio ejusdem meminit. (τ)

DCLXIX. QUESADA, illustris & antiqua Giennensis Regni familia, ubi oppidula Carciez & Sancti Thomæ, aliaque bona hæreditaria possidet, è quibus Comitatum conflavit Philippus IV. Rex, ejusque titulo honoribusve mactavit Don Ferdinandum de Quesada & Mendoza, Petri, decimi domini de Garciez ex Mariana de Mendoza, Bujadæ domina filium; qui primus fuit Comes de Garciez, Vice-Comes Sancti Thomæ, dominus de la Bujada, Don Ibannez & Hondiez, Ordinis Sancti Jacobi Eques, & Magister Campi Generalis in exercitu Flandrico, ac ex uxore Anna de Bazan, Alvari secundi Marchionis de Santacruz & Guiomaræ Manrique filia susceptos liberos vivus extulit, unde Comitatum reliquave bona hæredavit frater ejusdem Henricus de Quesada, Ordinis Calatravensis Eques & Archi-Diaconus Beaciensis, qui mutato vitæ genere uxorem duxit Eleonoram Mariam de Salzedo, Joannis de Salzedo Manrique & Mariæ de la Maestra filiam, ex qua præter Petrum Joannem, tertium hodie Comitem de Garriez plures adhuc liberos suscepit. De hac ergo Quesadana familia exstat Anonymi Auctoris libellus quidam

(1337.) *GENEALOGIA de la Casa de Quesada*, Philippi III. Hispaniarum Regis ævo scriptus, brevis quidem, sed exacte & cum judicio formatus; censente Ludovico de Salazar & Castro; (υ) lucem tamen publicam non vidit.

DCLXX. QUIROGA nobilis Gallæca familia, quam ex ipsis antiquis Suecorum Gothorumque Regibus derivare non veretur Philippus de Gandara (φ) de qua etiam peculiariter commentatus est Petrus Salazar de Mendoza paulo ante laudatus Cardinalis Don Gaspari de Quiroga, Archi-Episcopi Toletani Hispaniarumque Primatis, quæ Chronico Cardinalis Don Petri Gonsalez de Mendoza adjecta cernitur, (χ) etiam Anonymum habet Auctorem, qui circa medium sæculi superioris sub Philippo IV. Rege conscripsit:

(1338.) *GENEALOGIA de la Casa de Quiroga*; Apographum ejus (ἀνέκδοτος enim

(τ) In MSCto cit. num. 213.
(υ) In MSCto cit. num. 223.
(φ) Nobiliario de Galicia Lib. II, cap. 29. pag. 280. fin.
(χ) Pag. 287. seqq.

enim adhuc latet) poſſidet Ludovicus de Salazar & Caſtro (ψ) quin & ejusdem meminit citatus jam tum Philippus de Gandara. (ω)

R.

DON RAYMUNDUS DALMACI de ROCABERTI, Don Franciſci Jofre, vigeſimi quarti ſucceſſionis ſerie Vice-Comitis de Rocaberti & Dom. Magdalenæ Zafortezæ filius, Comes Pereladæ & Vice-Comes Rocabertinus, vir antiqui generis ſplendore æque ac turbulento circa annum MDCXL. in Cataloniæ rerum ſtatu experta in patriam Regemque Philippum IV. fide conſpicuus, præter alia, quæ ſcripſit, politici argumenti opuſcula etiam eidem Philippo IV. Regi obtulit ſupplicis libelli forma exaratum, & DCLXXI.

COMPENDIO de las Grandezas y prerogativas Soberanas de la antiquiſſima Caſa de los Viz Condes de Rocaberti por la Gracia de Dios, Condes de Perelada, Barones y Marqueſes de Angleſola inſcriptum, typisque Matritenſibus anno 1651. in folio impreſſum; quod etſi verum Auctorem habet Clariſſimum Cauſarum Patronum, Doctorem Joſephum Torner, ſupra ſuo loco laudatum, attamen ex penu & ſcriniis Raimundi noſtri maximam partem conflatum adauctumque fuit, Nic. Antonio teſte. (α) (1339.)

RAYMUNDUS MONTANERIUS Miles ſtrenuus, cujus vitæ curriculum breviter, ſed eleganter, ut omnia, exhibet Nicolaus Antonius (β) hiſce verbis: Peraladæ natus eſt in Catalonia ex Joanne parente, ſtrenuus miles ac belli Dux, & in emerita ſenectute accuratus Hiſtoriarum ſcriptor. Undecim annorum puer ſeſe militiæ addixit, ab ea ætate Petri Magni atque ejus filiorum Alphonſi III. & Jacobi II. Aragonum, Fridericique amborum fratris Siciliæ Regum Caſtra ſecutus, nunquam non in bellorum congreſſibus, quotquot auſpiciis ductuve horum facta ſunt, Ducibus ſuis probata opera. Interfuit (quod ipſimet referenti credimus) triginta duobus terra marique commiſſis prœliis; ſæpe captus, carceribus incluſus, multisque ærumnis maceratus fuit. In expeditione illa præcipue celebritatis Aragonenſium & Catalanorum, qui ſub Friderico Siciliæ Rege olim meruerant, quietisque impatientes & gloriæ cupidi pacato jam DCLXXII.

(ψ) In MSCto cit. num. 204.
(ω) Nobiliario de Galicia pag. 421. b. med.
(α) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 207. a. & 311. a.
(β) Bibl. vet. Hiſp. Lib. IX. cap. 4. §. 204. & 205.

jam Siculo bello in orientem, Græcorum Imperatori Andronico Palæologo ægre sese adversus Turcarum vim tuenti opem & auxilium præstituri classe vecti sunt, diuque ibi etiam cum ingratis amicis gesto bello victoriam fere semper pauci ab innumeris reportarunt, Raimundus magna pars fuit: Gallipolim Thraciæ urbem anno MCCCVIII. ab impressione Genuensium, dum in Oriente adhuc versaretur, Meningem Africæ Insulam (los Gerves aut Gelves vulgo) à Maurorum exercitu Friderici Regis Siciliæ auspiciis anno MCCCXIII. præfectus servavit; In Hispaniam reversus Valentiæ, unde uxorem duxerat, civis mansit, sexagintaque jam annis natus rerum suo tempore ab Aragoniæ gestarum Regibus & ab eorum subditis Historiam anno MCCCXXV. vel MCCCXXXV. scribere aggressus fuit, quod & summa fide αὐτόπτης hoc est a se visorum enarrator fecit vernacula gentis lingua sub hoc titulo:

(1340.) *CHRONICA o descripcio dels fets chazanyes del inclyt Rey Don Jaume primer, Rey Darago de Mallorques e de Valencia, Compte de Barcellona e de Muntpellers e de molts de sus descendents. Feta por lo Magnifich Ramon Montaner lo qual servi axi al dit Inclyt Rey Don Jaume com à ses fills e descendents es trobà present à les coses contegudes en la present historia.* Valentiæ typis viduæ Joannis Mey 1558. (seu ut Dormerus (γ) vult 1568.) itemque Barcinone 1562. in folio, & Hispano idiomate reddita ibidem 1595. in folio. Manuscriptum ejusdem Codicem possedit Hieronymus Zurita, qui sæpius eodem usus est in præclaro suo annalium opere, illumque Codicem Zuritæ notis & emendationibus adauctum possedit dein Comes Sancti Clementis, ceu idem Didacus Josephus Dormerus (δ) & Joannes Franciscus Andreas Uztarrozius (ε) testantur; alium itidem Codicem possedit Comes Dux Olivarensis. Nescio autem deferendane sit fides asserenti non nemini ac pro se laudanti Raymundi nostri Montanerii opus Genealogicum, inscriptum:

(1341.) *DE LOS Linages de Catalunna*, cum rarum admodum illo adhuc, quo Montanerius vixit, ævo studium hocce videatur; interim cum Synchronus Petro Comiti de Bracelos extiterit, similis argumenti Historico, non omnem hujus rei deponimus fidem; & certe Principum Peloponnesi Græciæ seu Moreæ, Athenarumque Ducum stemma in Historico illo opere suo egregie explicatum dedit Montanerius, uti ipse testis est Hieronymus

(γ) In Progressos de la Historia de Aragon pag. 263. b.

(δ) Progressos de la Historia de Aragon pag. 263. b. pr.

(ε) In notis ad Blancas Coronationes Regum Aragoniæ pag. 29.

mus Zurita (ζ) qui sæpius quoque ejusdem mentionem injicit, (η) item Gaſpar Eſcolanus (θ) Don Franciſcus de Moncada, Oſſonæ Comes (ι) atque Raphael Cervera (κ) aliique plures Hiſtorici recentiores.

FR. RAPHAEL de JESUS; De hocce Monarchiæ Luſitanicæ Continuatore ſupra jam egimus ſub BERNARDO BRITO, quem vide.

REBOLLEDO; De hac familia dictum ſupra ſub titulo PALAFOX.

REGIMIENTO de NOBLEZA. Hocce titulo inſignitus ab Ano- DCLXXIII.
nymo Auctore exaratus liber, & in Bibliotheca Regia Eſcorialenſi, (λ) aſſervatus indigitatur a Nicolao Antonio; (μ) Verum genuinus ejusdem titulus, prout a nobis in Catalogo Manuſcriptorum Bibliothecæ iſtius repertus fuit, talis eſt:

RECOGIMIENTO de Nobleza, que trata de los Linages de Eſpanna, con (1342.)
otras coſas mui curioſas de los Reies y Sennores, Ciudades y Ordenes della, y ſus fundaciones, y las naciones de Chriſtianos, que ai en el mundo, y a quien viven ſugetos. Liber haud magni videtur eſſe pretii, & mera rhapſodia.

RIBADENEIRA, illuſtris Gallæca proſapia, quæ ortum dedit Mar- DCLXXIV.
chionibus de la Vega, itemque Dominis de Caudillo, qui Mareſcallorum Caſtellæ dignitate & officio functi jamque defuncti ſunt, transeunte eorum dominio ad Oliveirorum ſtemma. De illis ab Anonymo Auctore exaratus, & adhuc Manuſcriptus latens exſtat libellus, ſic inſcriptus:

GENEALOGIA de los Sennores de Caudilla, Mariſcales de Caſtilla, de la (1343.)
familia de Ribadeneira; Liber valde exacte & cum cura veritatisque ſtudio ſcriptus, ac ex documentis authenticis familiæ iſtius depromtus; cujus Auctorem conjectura non levi ſuſpicatur Ludovicus de Salazar & Caſtro (ν) Don Antonium de Luna, Toparcham in Carraſcal, ſupra ſuo loco laudatum, tum ob ſtyli ordinisque ſimilitudinem, tum & ob ejus cum Donna Anna Pacieca de Ribadeneira, Caudillæ Domina initum matrimonium.

RIBE-

(ζ) Lib VI. Anales de Aragon cap. 19. fol. 24. col. 3. & 4.

(η) ibid. Lib. VI. cap. 3. 4. 6. 7. 8. 9 13. & Lib. VII. cap. 1.

(θ) Hiſtoria de Valencia Lib VII. cap. 3.

(ι) Expediciones de Catalanes y Aragoneſes contra Turcos y Griegos paſſim, inprimis cap. 48.

(κ) In nott marginal. ad Bernardi Deſilot Hiſtoriam Lib. III. fol. 189. & 198.

(λ) Scrinio O loculo 5 num. 12.

(μ) Bibl Hiſp Tom. II. pag. 173. a. m.

(ν) In MSCto ſæpe cit. num. 198.

DCLXXV. RIBERA illuſtris itidem Gallæca familia, quæ Ducibus Aſcalæ, Marchionibus de Cueva del Rey, Comitibusque de la Torre, aliisve Toparchis ortum dedit, lateque ſeſe per Caſtellæ Regna Andaluſiamque diffudit; Ejus inter ramos unus in Medina Campi Caſtellæ veteris urbe, radices egit, diuque inibi inclyta floruit, usque dum maſcula ſtirpe deleta hæreditaria ejus bona connubiali nexu devoluta fuere ad maſculam ſtirpem familiæ Cotes, quæ notiſſimæ in Caſtella veteri eſt nobilitatis. Hujus itaque Medinenſis Riberanæ proſapiæ Hiſtoria Genealogica exſtat, Manuſcripta quidem, aſt bene tamen exacteque ex ipſis authenticis gentis hujus documentis conflata ab Anonymo Auctore, hocque inſignita titulo:

(1344.) *GENEALOGIA de la Caſa de Ribera en Medina del Campo.* Apographum ejus poſſidet, qui laudat, Ludovicus de Salazar & Caſtro. (ξ)

DCLXXVI. RIBERA cognominis priori, diverſa tamen, & Ovetenſium Aſturiarum Principatu oriunda proſapia, cujus hodienum (ni fallor,) majoratum poſſidet Don Joſephus Alvarez de la Ribera, Ordinis Sancti Jacobi Eques; & nobilis quondam Ephebus (vulgo Paje de Guion) Caroli II. Regis, qui eum dein Caſtalaozæ in Aſturibus Ovetanis Vice-Comitem creavit. Hac de Riberana familia elegans exſtat liber Genealogicus, hocce ſub titulo:

(1345.) *GENEALOGIA de la Caſa del Ribera en Aſturias*, Matritenſibus typis editus circa annum 1690. cujus Auctor perhibetur, & Ludovico quoque de Salazar & Caſtro (o) creditur Don Antonius de Ron & Valcarcel, ſupra ſuo loco laudatus, quamvis ipſe id olim illuſtri nunc beato Ehrencronio pernegarit.

DCLXXVII. ROCABERTI Vice-Comitum, (ex quibus paulo ante Raymundum Dalmaum recenſuimus) ſtemma etiam Anonymum nactum eſt Hiſtoricum, qui ante aliquot jam ſæcula conſcripſiſſe perhibetur.

(1346.) *GENEALOGIA de la Caſa de los Viz-Condes de Rocaberti.* Manuſcriptum ejus & credo authenticum Codicem poſſedit dictus Raymundus, qui ſæpius ejus nititur teſtimonio in ſupplici ſuo libello. (ϖ)

DCLXXIIIV DON RODERICUS de ACUNNA (ſeu, ut rectius Luſitani id efferunt DACUNHA) Luſitanus, Petri Acuniæ Archiſtrategi urbis Olyſſiponenſis ex Maria de Silva filius, natus ibidem anno MDLXXV. & in

(ξ) Ibid. num. 200.

(o) Ibid. num. 237.

(ϖ) inprimis fol. 57. a. num. 2. & fol. 68. num. 1. & 5. & fol. 73. num. 1.

in ſchola patria æque ac Jeſuitarum ludo literario Conimbricenſi literis imbutus Jus Canonicum in Collegio Sancti Petri ejuſdem Univerſitatis addidicit, cujus dein Doctor renunciatus ſacroque initiatus ordini, Deputati & Judicis officii Inquiſitionis Fidei munus per octo annos ſuſtinuit, creatus poſthac anno nempe MDCXV. Portalegrenſis Epiſcopus, mox poſt triennium Portuenſis, & anno MDCXXVII. Archi-Epiſcopus Bracharenſis Luſitaniæque Primas evaſit; qua tamen ſumma dignitate, amore urbis patriæ illectus, ſponte deceſſit; eique præſulatum prætulit Olyſſiponenſem, ubi quinque annis vixit obiitque ſtrenuus Brigantinæ Domus aſſecla & propugil; Varia erudita ſcripſit Juridici æque ac Hiſtorici argumenti opuſcula, quæ inter ad cognoſcendam nobilium Luſitaniæ Stirpium Hiſtoriam haud parum conducunt ſequentia:

CATALOGO e Hiſtoria dos Biſpos do Porto, qui Portuæ prodiit duabus partibus diſtinctus apud Joannem Rodriquez anno 1623. in 4to. (1347.)

HISTORIA Eccleſiaſtica de Braga com as Vidas do ſeus Arcebiſpos & Varoens Santos & eminentes do Arcebispado. Bracharæ 1634. & 1635. 2. vol. (1348.)

GENEALOGIA do linage Da Cunha, ſeu de proprio ſtemmate Commentarius, quem dilaudat Antonius Suarez de Alarcon (ϱ) adhuc ineditus. (1349.)

NOBILIARIO de Portugal, opus inſigne, cujus Codicem manu exaratum in inſtructiſſima ſua Bibliotheca poſſedit olim Hieronymus de Maſcarennas Segovienſis Antiſtes, uti nos idem edocet Antonius Suarez de Alarcon (σ) cui ſuffragatur Nicolaus Antonius (τ). (1350.)

DON RODERICUS ALVAREZ OSORIO, Nunnii Oſſorii filius, Joannis Alvarez nepos, Petrique Alvarez Adelantati ſupremi Legionenſis ſub Petro Caſtellæ rege celebris ex ſecunda uxore Donna Ines ſeu Agneſa de Velaſco Pronepos; agnatus Marchionum Aſturiæ & Comitum Traſtamaræ, ceu ex Ludovici de Salazar & Caſtro operibus (υ) patet; Domeſticus fuit miniſter Gomeſii Suarez de Figueroa, ſecundi Feriæ Comitis, & circa annum ſæcularem MD. in gratiam Patroni ſui, qui Conſtantiam Oſoriam Petri Alvarii Oſorii filiam, Alvarique primi Marchionis de Aſtorga ſororem habebat conjugem, ex eorum domo nuncupavit Alvaro DCLXXIX.

(ϱ) Relaciones Genealogicas de los Marqueſes de Trocifal in præfat.
(σ) Libro citato pag. 83. b.
(τ) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 669. a.
(υ) vid. advertencias Hiſtoricas pag. 146. m.

varo Oſorio laudati Alvari nepoti conſcriptum a ſe, & tali lemmate inſignitum librum

(1351.) *GENEALOGIA de la Caſa de los Oſorios.* Vidit illum manu exaratum, & XXIV. capitibus abſolutum Nicolaus Antonius (φ); laudat quoque eundem Ludovicus de Salazar & Caſtro (χ).

DCLXXX. RODERICUS SEU RUY BARRIENTO DE MENESES, Nobilis Luſitanus ex clariſſima Barrientorum (quæ Lupum Epiſcopum Concheuſem & ſupremum Fidei Inquiſitionis præſidem generalem protulit) ſtirpe oriundus, ſcripſit anno MDCXXII. opus Genealogicum hujus tituli

(1352.) *ASCENDENCIA de Mencia Vasquez, muger de Lope Alvarez de Moura, progenitor de los Sennores de Poboa y Meades en Portugal:* Laudat illud, qui manu exaratum vidit, Ludovicus de Salazar & Caſtro (ψ)

DCLXXXI. RODERICUS DE BIVAR, natus in oppido Grunno, Toletanæ Diœceſis, Juris utriusque Doctor & Collegii Sancti Clementis Hiſpanorum in urbe Bononienſi Sodalis anno MCDXCIIX. admiſſus omnium primus ſcripſiſſe dicitur

(1353.) *LA VIDA del Cardenal Don Gil de Albornoz;* quod argumentum plures poſt eum tractarunt in hoc libello paſſim obvii, inprimis Joannes Geneſius de Sepulveda, qui tamen Bivarii hujus, licet ſe antiquioris, nullam omnino mentionem fecit, id quod valde miratur quoque Nicolaus Antonius (ω).

DCLXXXII RODERICUS CARO, Utreræ prope Hiſpalim natus, JCtus & Doctor, proque Cardinali Don Gaſpare Borgia Epiſcopo Hiſpalenſi Judex, ut vocant, Teſtamentarius & Diœceſeos ejusdem viſitator, Vir elegantiori literatura præſtans, & Hiſtoriæ patriæ gnariſſimus, ceu teſtantur plurima ejus in lucem edita æque ac ἀνέκδοτα ingenii monumenta, quæ inter ad noſtrum facit inſtitutum opuſculum quoddam

(1354.) *TRATADO de la antiquedad del appellido Caro inſcriptum*, dedicatumque ab Auctore Don Ferdinando Caro, Decurioni perpetuo Carmonenſi; Latet illud adhuc manu exaratum, & autographum ejus una cum reliquis ineditis Auctoris hujus aſſervatur in Bibliotheca Collegii Sancti Alber-

(φ) Bibl. Hiſp. Tom. II pag. 209. a.

(χ) in lib. jam cit. pag. 146. m.

(ψ) in MSCto ſæpe cit. num. 19.

(ω) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 209. f.

Alberti Hiſpalenſis, teſte Didaco Ortiz de Zunniga (α) Encomia Cari noſtri evolve ſi placet apud Didacum Joſephum Dormerum (β) & Nicolaum noſtrum Antonium (γ).

RODERICUS DIDACI (vulgo RUY DIAZ) DE QUESADA, quem ex oppido Bætica cognomine oriundum ſuſpicatur Nicolaus Antonius (δ), cætera nobis ignotus, nobilium civium ſuorum facta & fata collegit, & juxta annorum ſeriem digeſſit, in libello adhuc inedito, ſic inſcripto DCLXXXIII

KALENDARIO de coſas acecidas en la villa de Queſada. Uſum ſe ſæpius illo in egregio ſuo Bætico Nobiliario fatetur Gundiſalvus Argote Molina (ε), cujus fide hæc damus. (1355)

DON RODERICUS GOMEZ SARMIENTO DE VILLANDRANDO IVtus (non, ut Nicolaus Antonius (ζ) ſcribit, Vtus) Salinarum & Ribadei Comes, Didaci Sarmiento de la Cerdæ ex Donna Anna Pimentel filius, magno ſtudio collegit, & circa annum MDXC. compoſuit libellum, cui titulus. DCLXXXIV

DEL SOCORRO del Conde de Ribadeo Don Rodrigo de Villandrando al Rey Don Juan el Segundo, con todos los privilegios, cedulas y Cartas reales pertenecientes a aquella accion, y con la Genealogia de la Caſa de Villandrando. Vidit opus iſtud manu exaratum laudatque illud Don Joſephus Pellicer de Tovar & Oſſau (η). (1356.)

Fr. RODERICUS DE JEPES, Sancti Hieronymi Ordinis Monachus, ex oppido cognomini in Carpentanis prope Toletum oriundus (quamvis alii eum Aſtigitanum credant) præter alia haud pauca Theologica æque ac hiſtorica, etiam typis Matritenſibus anno 1584. in 4to edidit DCLXXXV

LA GENEALOGIA de los Reyes de Eſpanna, ceu nos edocet Nicolaus Antonius, (θ) cujus fide hæc damus, cum opus ipſum nunquam videre nobis contigerit. (1357.)

RODERICUS LAURENTIUS (vulgo RUY LORENZO) DE TAVORA, Luſitanus, Dominus Majoratus Caparicæ, & Rector perpetuus præfectusque Caſtri Sancti Sebaſtiani de Caparica ejusque territorii, DCLXXXVI

(α) Anales de Sevilla in præf.
(β) Progreſſos de la Hiſtoria de Aragon pag. 341. num. 45.
(γ) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 210. b.
(δ) ibid. pag. 213. a.
(ε) Nobleza del Andaluzia in Indice Auctorum.
(ζ) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 335. b.
(η) Informe de la Caſa de los Sarmientos de Villamayor fol. 31.
(θ) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 215. b.

edi curavit Lutetiæ Parisiorum typis Sebastiani Cramoisy anno 1649. in folio

(1358.) *HISTORIA dos Varones ilustres do apellido Tavora, continuada en os Senhores da caza e morgado de Caparica* &c. Primus ejus operis auctor fuit Don Alvarus Perez de Tavora, supra suo loco a nobis laudatus, ex quibus posteris dein Rodericus noster illud hactenus ἀνέκδοτον publicavit; meritis laudibus illum extollit Ludovicus de Salazar & Castro (ι) itemque Nicolaus Antonius (κ) qui bis nostrum, sub Laurentii puta & Roderici prænominibus recensuit.

DCLXXXVII. RODERICUS MENDEZ SILVA Lusitanus, domo ex Celorico Beiræ provinciæ oppido, diu Matriti vixit Chronographus regius Generalis & supremi Castellæ Senatus Minister seu officialis, unde tandem, cum apud judices Fidei & Hæreticæ pravitatis suspicionem sentiendi minus recte de rebus fidei incurreret, profugus Liguriam petiit, in portu Liburnico vitam degens. Varia scripsit Historica & inprimis Genealogica opuscula, quæ inter, quantum nobis conspicere hinc inde licuit, huc faciunt sequentia:

(1359.) *POBLACION general de Espanna*, sive universæ Hispaniæ Topographia, hoc est de urbibus præcipuisque omnium ejus Provinciarum oppidis, opus ob adjecta fere ubivis urbium oppidorumque insignia ad Heraldicam artem Hispanam apprime faciens. Prodiit illud primum Matriti apud Didacum Diaz de la Carrera anno 1645. in folio, & rursus multo auctius ab ipso Auctore redditum ibidem sumtibus Joannis Martini Merinero typisque Rochi Rico de Miranda anno 1675. in folio, cui editioni accessit

(1360.) *CATALOGO real y Genealogico de Espanna*, seu ut alias audit Auctori *GENEALOGIAS reales, y Catalogos de dignidades Ecclesiasticas y seglares;* qui liber primum anno 1639. Matriti prodiit in 8vo, recusus etiam ibidem deinde in 4to, & tandem Topographiæ Hispaniæ in calce adjectus est, stemmata regia Castellæ Aragoniæ Navarræ Lusitaniæque diducens.

(1361.) *ASCENDENCIA illustre, gloriosos hechos y posteridad noble de Nunno Alfonso, Alcaide de Ciudad de Toledo, Rico Home de Castilla*, in quo nobilis familiæ de Cervantes origines explicuit, quo nomine & laudatur a Philippo

(ι) in MSCto sæpe cit n. 100.

(κ) Tom. II. Bibl. Hisp. pag. 8. b. & pag. 215. b.

lippo de Gandara (λ); prodiit liber iste Matriti apud Dominicum Garziam anno 1648. in 4to rursusque excusus ibidem anno 1656. itidem in 4to.

ELECCION en Rey de Romanos del Rey de Bohemia Ferdinando III. co- (1362.)
num Catalogo de los Cesares de la Casa de Austria. Matriti 1637. in quo Cæsarum Archiducum Austriæ stemma cum propaginibus suis explicuit.

NOTICIA de los Ayos y Maestros que hasta oi hantenido los Principes In- (1363)
fantes y otras personas Reales de Castilla. Matriti 1654. in 8vo, quod opusculum cum insigni auctoris encomio citat Antonius Suarez de Alarcon (μ).

VIDA de la Emperadriz Maria hija de Carlos Vto. Fuit illa conjux Ma- (1364)
ximiliani II. Imperatoris, fœcundaque sedecim liberorum, quos inter Rudolphus II. & Matthias Imperatores claruere, mater. Prodiit libellus iste itidem Matriti anno 1655. in 4to.

COMPENDIO de las hazannas; que obro el Capitan Alonso de Cespedes, (1365.)
Alcides Castellano, su ascendencia y descendencia en varios ramos Genealogicos, que desta Casa han salido. Matriti anno 1647. in folio. Plura inibi continentur nobilia Hispana stemmata, inprimis autem folio 78. seqq. Comitum de Priego ex Mendozina gente series & successiones.

NOTICIAS del origen y armas de la noble familia de Bernardo de Qui- (1366.)
ros; Floret illa hodienum Marchionum de Campo Sagrado, itemque Marchionum de Monrreal titulis honoribusque insignis. Prodiitque liber iste Matriti apud Dominicum Garziam anno 1651. in 4to.

VIDA y hechos del gran Condestable de Portugal Don Nunno Alvarez Pe- (1367.)
reira &c. con los Arboles de Descendencias de los Emperadores, Reyes, Principes, Potentados, Duques Marqueses y Condes, que del se derivan. Matriti apud Joannem Sanchez anno 1640. in 8vo.

MEMORIAL de las Casas de Villardompardo y Cannete, sus servicios, (1368)
casamientos, ascendencia y descendencia. Matriti anno 1646. in 4to.

ARBOL Genealogico y blasones de la ilustre Casa de Saavedra, continua- (1369.)
da por 950. annos de varon en varon hasta Don Juan de Saavedra Alvarado Ramirez de Arellano, Cavallero de la orden de Sant-Jago, Alguazil mayor de la Inquisicion de Sevilla &c. Matriti anno 1653. in folio.

MEMORIAL de la Casa de Sotomayor para Don Filiberto de Sotomayor, (1370.)

(λ) Nobiliario de Galicia Lib. II. cap. 22. pag. 238. pr.
(μ) relaciones Genealog. de los Marqueses de Trocifal pag. 219. a. fin.

Manuel, Benavides, y Guevarra, Reſidente por ſu Mageſtad Catolica en Bruſelas &c, Matriti anno 1653. in folio.

(1371.) *DISCURSO de la antiquedad y preeminencia del oficio de Gran-Canciller de Caſtilla* Matriti anno 1653. in 8vo.

(1372.) *MEMORIAL de la iluſtre, antiqua familia Palavicina, de quien procede Don Juan Palavicino Cavallero de la orden de Alcantara, con los ſervicios de ſu Caſa.* Matriti anno 1649. in folio.

(1373.) *ORIGEN armas y varones iluſtres del antiquo y calificado linage de los Barrientos* Matriti anno 1653. in 4to.

(1374.) *MEMORIAL Genealogico de la Caſa de Contreras.* Matriti anno 1655. in 4to, quod laudatur quoque a Joanne Florez de Ocariz (*ν*).

(1375.) *CLARO origen y deſcendencia iluſtre de la antiqua Caſa de Valdes, ſus Varones famoſos y ſervicios Sennalados que han hecho a la Monarquia de Eſpanna.* Matriti apud Licenciatum Joannem Martinum de Barrio anno 1650. in 4to.

(1376.) *ARBOL Genealogico de los Valdeſes;* aliud diverſumque a priori opus, quod dilaudat Sanctius Doriga de Valdes (ξ); an typis editum ſit, neſcio,

(1377.) *ARBOL Genealogico de la Caſa de Vega.* Matriti 1651. in 4to.

(1378.) *ARBOL Genealogico de los Gonſalez de Sepulveda* Matriti anno 1655. in 4to. Laudat hunc librum Joannes Florez de Ocariz (*ο*).

(1379.) *ARBOL Genealogico de la Caſa de Olarte* Matriti 1656. in 4to, litatur hæcce ab eodem Joanne Florez de Ocariz (*π*), ut taceam alia plura ejus farinæ opuſcula, & arbores variorum ſtemmatum Genealogicas, quæ typis excuſa non prodiere, ſed in ſcriniis hinc inde deliteſcunt curioſorum; præter quæ & grandioris conatus vaſtæque molis opus condidit Silva noſter, cui titulum fecit

(1380.) *DE LAS Caſas Solariegas de Eſpanna;* ſive nobiliarium ſtemmatum Hiſpanicorum, quæ domus gentilitias hæreditario jure poſſident. Promiſerat quidem alicubi (*ρ*) ipſe Auctor ſe illud prœlo mox eſſe commiſſurum, verum hactenus, quod ſciam, typis publicis non innotuit; Laudatur illud a Doctore Joſepho Tornero (*σ*) & aliis. Præterea quoque Silva noſter *NOBI-*

(*ν*) Nobiliario del Reino de de nueva Granada Tom. II. pag. 161.
(ξ) Memorial de la Caſa de Aſturias, pag. 80. b. lit. V.
(*ο*) Nobiliario de nueva Granada Tom. I. pag. 383. m. & Tom. II. pag. 91. & pag. 395. m.
(*π*) ibidem Tom. I. pag. 345. & pag. 375. m.
(*ρ*) Memorial de los Condes de Villardompardo pag. 6.
(*σ*) Memorial de los Vizcondes de Rocaberti fol. 47. pr. & fol. 68. a. lit. Rr.

NOBILIARIUM Cardinalis & Episcopi Burgensis Don Francisci de Mendoza notis additionibusque suis & stemmatum nobilium ad sua usque tempora continuatis successionibus locupletavit, quod tali titulo insignitum

NOBILIARIO y Libro de Armeria por Don Francisco de Mendoza Cardenal de Burgos, Sacados de los Originales, manuescritos, que estan en la Libreria de San Lorenzo el Real del Escorial por Rodrigo Mendez de Silva, con los escudos de armas juritados, ex Joannis Lucæ Cortesii Bibliotheca centum Realium pretio coëmit olim Matriti secumque in has oras detulit B. Hansen de Ehrencron, Ablegatus Regius Danicus; apud quem & alium vidimus Codicem manuscriptum Silvæ nostri, inscriptum (1381.)

NOBILIARIO y Libro de Armeria de las Ciudades, Villas Linages de toda Espanna; ducentorum Realium pretio constantem, & insignibus urbium oppidorumque Hispaniæ eleganter satis depictis exornatum; maximamve partem ex Topographia illa superius num. 1359. recensita extractum. Variis cæterum encomiis Auctorem quidem huncce condecorarunt cives coetaneique Scriptores, quos inter Sanctius Doriga de Valdes jam citatus hæc de eo verba jactat (τ): *Devense estas noticias al docto Chronista Rodrigo Mendez Silva, cuya eminencia en las Historias deste Reino es notoria, aunque increyble su curiosidad &c.* Verum rectius omnino de eo censet Ludovicus de Salazar & Castro (υ): *Et Autor poco estimado en Espanna, assi porque no tuvo gran literatura, como por que el Origen* (Judæum enim clam indigitare videtur) *o Castigo del Santo Oficio le hizo poco apreciable.* (1382.)

DON RODERICUS ORDONIUS ALVAREZ DE ASTURIAS. vid. infra DON SANCTIUS DORIGA DE VALDES.

Fr. RODERICUS DE PINNUELA Gallæcus ni fallor, atque Ordinis Sancti Benedicti in quodam ejus Regni Cœnobio sodalis, scripsit DCLXXXVIII

HISTORIA de Gallicia; librum adhuc ineditum, cujus apographa possedere Philippus de Gandara (φ) atque Don Ferdinandus de Saavedra (χ) quorum prior & nos edocet, exemplar ejus manu exaratum olim extitisse in Bibliotheca Don Joannis de Fonseca, Oratorii Regii Præfecti, (quod munus vulgo *Sumiller de Cortina* audit) Caroli II. inservit Auctor operi (1383.)

(τ) Memorial de la Casa de Asturias pag. 67. b. in margine.
(υ) in MSCto sæpe cit. num. 48.
(φ) Nobiliario de Galicia passim inprimis pag. 249.
(χ) Memorial de la Casa de Saavedra fol. 55. a.

operi illi plurima de nobilibus Regni iſtius familiis notatu digna, unde & ſæpius Gallæciæ Genealogis, nec ſine encomio, citandus venit.

DCLXXXIX. DON RODERICUS DE SALAZAR MOSCOSO ET OSSORIO, Ordinis Sancti Chriſti Eques & Commendatarius oppidi San Perofins da Marinna; Nobilis aulicus Regiæ Domus Luſitanicæ, & Dominus Majoratuum Sancti Chriſti del Cartaixo & los Colos; ſcripſit anno MDCLXVII obtulitque Marianæ Auſtriacæ, Reginæ regenti, Carolique II. matri ſupplicem libellum.

(1384.) *MEMORIAL de ſu Calidad y ſervicios, y de los de ſu Caſa*; quem debitis proſequitur encomiis Joſephus Pellicerius (ψ), qui & ipſe peculiariter, ut ſupra vidimus de noſtri ſtemmate & majoribus eſt commentatus. Diverſum aliudque ab hoc opus merito reputamus elaboratam a noſtro.

(1385.) *GENEALOGIA de la Caſa de Salazar*, quam conſobrini ſui, Don Chriſtophori de Salazar & Frias Comitis Vallis de Salazar, Ordinis Calatravenſis Equitis, & circa initium ſæculi præſentis Gubernatoris urbis San Lucar de Barrameda, in gratiam conſcripſit, quæ tamen ut ultimam ſubiret limam, Roderici noſtri obitus præpedivit. Vidit illam, qui nos de eadem hæcce edocuit, Don Ludovicus de Salazar & Caſtro (ω).

DCXC. DON RODERICUS ZAPATA Aragonenſis, ex nobili Zapatarum ſtirpe in urbe Calatayud in lucem editus, conſanguineus intimusque amicus clariſſimi illius Tarraconenſium Archi-Epiſcopi, Antonii Auguſtini; fuit ipſe Cæſarauguſtanæ Eccleſiæ Canonicus, ædisque Sanctiſſimo Servatori dicatæ Eleemoſynarius, creatus deinceps a Philippo II. Rege in ſuprema rerum Indicarum curia Senator, a quo & Romam aliquando miſſus eſt Legatus ad Pontificem, ſed in itinere, dum patriam tranſiret, morbo oppreſſus ibidem obiit die Imo Octobris MDXCI. hæredes bonorum teſtamento ſcribens Jeſuitas, quorum Collegium Calatayadenſe maximam partem fundaverat. Erat Vir hiſtoriarum peritiſſimus, cujus rei documenta dant eximia bina opuſcula, alterum

(1386.) *DE LOS Condes de Bolonna de la Picardia* inſcriptum, cujuscum maxima auctoris laude meminit Stephanus Garibayus (α), alterum

(1387.) *TRACTATUS Juridico - Hiſtoricus, quo jura Regum Hiſpaniæ in Galliæ Regnum, inprimisque Valentinum Comitatum, ut & Reginæ Iſabellæ, Philippi II.*

(ψ) Bibliotheca de ſus eſcritos pag 157. b. med.
(ω) in MSCto ſæpe cit. num. 138.
(α) Iluſtraciones Genealogicas in prologo, fol. m. 16.

pi II. filiæ in Britanniæ Ducatum asseruntur. Procul dubio idem hicce liber est, quem contra Legem Salicem Gallorum elucubrasse Zapatam nostrum idem asserit Garibayus (β). Conferantur & de eodem Michael Martinez del Villar (γ) Blasius Zanuza (δ) Eusebius Nierembergius (ϵ) Nicolaus Antonius (ζ) atque Didacus Josephus Dormerus (η) qui quasdam Zapatæ nostri ad Hieronymum Zuritam Epistolas illic exhibet, prætereaque nos certiores reddit, scripsisse eundem etiam de proprio stemmate opusculum.

TRATADO de la noble familia de Zapata nuncupatum. Manuscriptum adhuc latet illud, autographumque Auctoris in scriniis suis asservavit Don Petrus Ximenez de Urrea Zapata y Fernandez de Heredia, Arandæ Comes. (1388)

S.

Licentiatus SALINAS Auctor perhibetur libri sic inscripti. DCXCI.

DE *SUMMARIO de la memorable Batalla de Clavijo, y origen del Sennorio del Solar y divisa de Val de Osera.* Ex manuscripto illum primus edi curavit Don Joannes Fernandez de Medrano & Sandoval typis Matritensibus Petri de Madrigal anno 1601. in 4to ceu testatur Nicolaus Antonius (θ) cujus fide hæc damus. (1389.)

Fr. SALVATOR DE MALLEA, Granatensis, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Monachus ætatem vixit in cœnobio urbis patriæ Ordinis istius, quem Romæ adscivit, Genuæ vero primum professus est, dein Doctor Theologiæ renunciatus, in Universitate patria, per provincias etiam Hispanicas Ordinis Procurator generalis ac Historiographus, ut & Ecclesiastes regius evasit vir eruditissimus, editisque variis ingenii monumentis celeberrimus; Seriem horum exhibet Nicolaus Antonius; interque ea meminit libelli cujusdam ad nostrum facientis argumentum quoque DCXCII.

GENE-

(β) ibidem pag. 157.
(γ) Patronado de Calatayud Parte X. fol. 506.
(δ) Historias Ecclesiasticas y seglares de Aragon Tom. II. pag. 377. seqq.
(ϵ) in Corona virtuosa.
(ζ) Biblioth. Hispan. Tom. II. pag. 219.b.
(η) Progressos de la Historia de Aragon pag. 185. & p. 232. a. & pag. 445. fin.
(θ) Bibl. Hisp. Tom. II. pag. 270. a. m.

(1390.) *GENEALOGIA de San Felix de Valois* inſcriptus Granatæ prodiit; diverſus ab alio ibidem typis edito atque

(1391.) *VIDA de los Santos fundadores San Juan de Mata y San Felix de Valois* nuncupatus libellus eſt. Sed præter hoc typis publicata etiam de proprio Mallearum ſtemmate Commentarium

(1392) *GENEALOGIA de los Malleas, de ſu origen, armas y deſcendencias* dictum elaboravit. Argumentum iſtud inibi ſat ample executum Auctorem teſtatur Ferdinandus de Saavedra (ι), qui & addit, obiiſſe Malleam noſtrum in Conventu ſuo Granatenſi admodum ſenem circa annum M DCLXXII. *con grandes* (ut ipſa ejus adjiciam verba) *Creditos de mui docto curioſo y Pontual en ſus noticias y eſcritos, de que dejo mucho impreſſo. y algunos libros, que corren con comun approbacion.*

DCXCIII. SANCIUS (vulgo SANCHO) DE ALVEAR Miles & Centurio bellicus Hiſpanus, ſcripſit circa finem Sæculi poſt natum Chriſtum XVti libellum.

(1393.) *GENEALOGIA de los Reyes de Navarra* inſignitum. Latet ille adhuc inter edita, ſæpiusque citatur rerum Navarricarum Hiſtoricis, inprimis Joſepho Moret (κ) & Stephano Garibayo (λ) qui breviter ſuccincteque nimis ac in deducendo antiquiorum regum ſtemmate minus exacte & absque Chronologico ordine perſcriptum aſſerit. Poſſedit etiam manu exaratum ejusdem exemplar Hieronymus Zurita, unde apographum ſibi deſumi curavit Don Joannes Paez de Caſtro; pervenitque ille Zuritæ Codex dein ad Comitem Sancti Clementis, teſte Didaco Joſepho Dormero (μ).

DCXCIV. SANCIUS BUSTOS DE VILLEGAS, Andreæ de Buſtos ex Donna Mencia de Villegas filius Ocannæ natus, incubuit literis in Univerſitate Salmanticenſi, ſodalis dein allectus Collegii ſanctæ Crucis Valliſoletani die 17. Februar. M D LIV. ubi Clementinas dublice ex Cathedra prælegit, Canonum poſt Licentiatus, & anno M D LX. Senator Curiæ Pincianæ, ac anno M D LXIX. ſupremi Inquiſitionis Fidei Tribunalis Conſiliarius, & anno M D LXIX. Gubernator Archi Epiſcopatus Toletani abſente (Romam quippe profecto) Archi-Epiſcopo Bartholomæo Carranza) evaſit; Fuit itidem Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Hiſpalenſis, tandemque

(ι) Memorial de la Caſa de Saavedra fol. 328. a. fin.
(κ) Inveſtigaciones de las Antiquedades de Navarra pag. 691. in fine.
(λ) Compendio Hiſtorial Lib. XXI. cap. '. fol. m. 4.
(μ) Progreſſos de la Hiſtoria de Aragon fol. 261. a. fin.

que Episcopus Abulensis creatus anno MDLXXIX. cui sedi biennio tantum præfuit, mortuus videlicet Matriti die 19. Januarii Anni MDLXXXI. sepultus Ocannæ in patria sua. Patent hæc omnia ex historia vitæ ejus, quam prolixius enarravit Aegidius Gonsalez Davila in Abulensis Ecclesiæ Theatro (ν). Recognovit amplificavitque summus hicce Vir (ut locum inter Genealogos tueretur noster)

LUZERO de la Nobleza, sive incomparabile illud Petri Hieronymi de Aponte Nobiliarium Genealogicum, ceu nos edocet Nicolaus Antonius (ξ); ineditas tamen accessiones illas remansisse in scriniis non est quod dubitemus. (1394.)

DON SANCIUS DE DORIGA ET VALDES, frater Don Garsiæ de Doriga, Ordinis sancti Jacobi Equitis, & ambo filii Don Ferdinandi Garciæ de Doriga & Valdes, Domini Vallis & Solaris Dorigæ in Asturibus ex Donna Maria de Valdes; Fuit Sancius hicce noster primum Collegii Majoris Archi-Episcopalis in Salmanticensi Universitate sodalis, posteaque Canonicus Ecclesiæ Toletanæ tandemque Fidei Inquisitor Granatensis, scripsitque ac suppresso suo nomine, præfixoque illo sui ex sorore nepotis. DCXCV.

DON RODERICI ORDONII ALVAREZ DE LAS ASTURIAS edidit elegans exactumque opus Genealogicum hoc titulo insignitum (1395.)

MEMORIAL al Rey Don Phelipe IV. de la gran calidad y servicios del linage antiguo de Asturias y sus Condes, y de su legitima descendencia y varonia de la Real Casa de Leon, y de su primitivo solar, la Torre, Estado, y Condado de Nava llamanda de los Condes. Prodiit illud Granatæ typis Francisci Sanchez anno 1653. in folio; pertractat autem liber iste, licet exiguæ molis nec ultra alphabetum crassus plures illustres Asturiensis principatus familias, magnoque a Genealogis sui temporis Hispanis in pretio habetur, teste Ludovico de Salazar & Castro (ο)

DON SANCIUS DE VILLEGAS, Dominus Majoratus hujus familiæ in oppido Villasivil, valle de Toranzo, supremæ Indicarum rerum Curiæ senator, conscripsit typisque promulgari curavit. DCXCVI.

GENEALOGIA de la Casa de Villegas, seu de proprio stemmate Commentarium. Laudat eundem Ludovicus de Salazar & Castro (π) (1396.)

(ν) Tomo II pag. 301.
(ξ) Bibl. Hisp. Tom. II pag. 160. b.
(ο) in MSCto sæpe cit. num. 99.
(π) ibidem num. 158.

DCXCVII. SARMIENTO, illuſtris & perantiqua ex Gallæciæ Regno oriunda familia, quæ præter illas inſignes Comitum de Gondomar, Ribadavia, Salvatierra &c. proſapias etiam ramum protulit hucusque Dominio Vallis de las Achas in Gallæcia gaudentem; unde prognatus claruit ſub Philippo IV. Rege Don Auguſtinus Sarmiento de Sotomayor, Vice-Comes de Portillo, in Lima Peruviani Americæ Regni Metropoli reſidens; in cujus gratiam illo ævo ab Anonymo auctore conſcriptus prodiit libellus Genealogicus hoc in fronte lemmate notatus

(1397.) *GENEALOGIA de los Sennores de Valle de las Achas en Gallicia del apellido de Sarmiento*; Latet ille adhuc ineditus, nec alias, præter illam ſolam gentis iſtius, propagines pertractat; poſſeditque ejus exemplar Ludovicus de Salazar & Caſtro, qui cum elogio ejusdem meminit (ϱ)

DCXCVIII DON SERVANDUS, Aurienſis Epiſcopus & Roderico, ultimo infauſtoque illi Gothorum Regi a Confeſſionibus Auctor circumfertur Libri cujusdam Hiſtoria Gothica nuncupati, cui in fine adjectum eſt.

(1398.) *SUMMARIUM de antiquis nobilibus Gallæciæ familiis*, utrumque opus Lingua Latina exaratum, & a Petro Seguino ſupra laudato itidem Sturienſi Epiſcopo in vetuſtum idioma Gallæcum translatum narratur. Magna olim Summario iſti fides auctoritasque ſtetit, etiam apud peritos Hiſtoricæ Genealogicæque rei viros, Joſephum puta Pellicerium, Aegidium Gonſalez, Davilam, Philippum de Gandara plurimosque alios, verum ejusdem eſſe farinæ ac Pſeudo-Dextri, Hauberti aliorumque opera ſuppoſititia expedita apud doctos hodie res eſt. Confer & dicta ad Petrum Seguinum ſuperius.

DCXCIX. SEVILLA, olim Hiſpalis, Hiſpaniæ Bæticæ regnique cognominis Metropolis clariſſima, diu olim Maurorum jugo oppreſſa, usque dum Ferdinandus III. Caſtellæ Legionis rex, quem in Sanctorum retulere cenſum Faſti Romani, eam ſæculo poſt Chriſtum natum XIIItio in priſtinam vindicaret libertatem. Interfuere celebri urbis iſtius expugnationi plurimi ex univerſa fere Hiſpania nobiles, quibus ob fortia geſta ipſam incolendam poſſidendamque partitus eſt Ferdinandus. Teſtantur id omnes, quotquot Hiſtoriam condidere Hiſpalenſem, Auctores, præter quos etiam Codex manuſcriptus exſtat ſat antiquus, hoc titulo notatus

(1399.) *REPARTIMIENTO de Sevilla;* in quo nomina æque ac inſignia Heroum iſtorum vivis depicta coloribus cernuntur. Vidit illum, qui laudat, Don Ferdinandus de Saavedra (σ).

SICI-

(ϱ) ibidem num. 203. (σ) Memorial de la Caſa de Saavedra fol. 91. a. fin.

SICILIAE Regnum, quod hodie partem conſtituit Monarchiæ Hiſpanicæ, ex eo tempore, quo Aragoniæ Regibus parere cœpit, etiam in noſtrum venire cenſum jure meritoque poteſt. De ejus igitur Regibus eorundemque multi quidem exſtant ſcriptores, libellique, quos jam non moramur, contenti in medium attuliſſe ſcriptorem Anonymum Codicis cujusdam membranici, quem ex ipſa Sicilia in Hiſpaniam olim attulit Clariſſimus Hieronymus Zurita, in cujus initio hæc leguntur: DCC

Incipit ARBOR GENEALOGIÆ Dominorum ac Regum Siciliæ citra & ultra Pharum, incipiendo a Roberto Guiſcardi & Rogerio fratribus, pertractando usque ad Sereniſſimum Dominum Martinum Regem Siciliæ quartum decimum & primogenitum regni Aragonum: in quo Codice quoque reges Aragoniæ & Barcinonis Comites ad Alphonſum usque V. Regem recenſentur. Meminit ejusdem Didacus Joſephus Dormer (τ). (1400.)

Licentiatus SILVA DE CHAVES, Cauſarum Patronus, ſcripſit DCCI.

DE LA Junta de la ſangre Imperial de Roma con la de Caſtilla y algunos ſucceſſos della. Opus hocce adhuc inter inedita latet teſtibus Thoma Tomajo de Vargas (υ) & Nicolao Antonio (φ), citaturque etiam Barnabæ Moreno de Vargas (χ) ex quo cónjicere licet, Auctorem inibi regium Hiſpanicum æque ac nonnulla Magnatum ejusdem regni ſtemmata pertractaſſe. (1401.)

SIMON DE FONSECA Luſitanus, Sacræ Theologiæ Doctor, Proviſor & Vicarius Generalis Epiſcopatus Lamecenſis, elaboravit. DCCII.

GENEALOGIA de los Fonſecas, quod opus manu exaratum poſſedit Philippus de Gandara, qui cum auctoris encomio citat (ψ). (1402)

Fr. SIMON DE SANCTO SPIRITU, Ordinis Carmelitarum Sodalis ex Hiſpanico ſermone in Italicum convertit ſupra ſuo loco laudati DCCIII.

Fr. Franciſci de Cruce ejusdem Carmelitarum nudipedum ordinis Sodalis

VITAM Henrici de Toledo, Marchionis de Mancera, eamque edidit Neapoli typis Jacobi Paſſari anno 1675. in 12mo (ω). (1403.)

STEPHANUS CASELLES Catalanus, SS. Theologiæ Doctor, DCCIV.

(τ) Progreſſos de la Hiſtoria de Aragon fol. 63. b.
(υ) in libro Junta mayor de libros de Eſpannoles.
(φ) Biblioth. Hiſp. Tom. II. pag. 276. a fin.
(χ) Hiſtoria de la Ciudad de Merida Lib. IV. cap. 12. fol. 255. b. med.
(ψ) Nobiliario de Galicia Lib. III. cap. 26. §. 2 pr. pag. 460. b. pr.
(ω) vid. Nicol. Toppi Bibliothecam Neapolitanam. lit. S.

ctor, Archi-Diaconus major Ecclesiæ Verdensis Auctor præfigitur libro inscripto

(1404.) *ARBOL Genealogico y Historico de la Casa de los Duques de Bournonville*, edito anno 1678. in folio, qui tamen, ceu conjectura haud levi nixus asserit Ludovicus de Salazar & Castro (α) Auctorem habet ipsummet Bournonvillæum Ducem, Cataloniæ tum temporis pro-Regem, Virum rei Genealogicæ peritissimum, cui liber iste dedicatus est; Facile id negotio detexerat Salazarius ex habita cum Duce hoc, cum is Navarræ pro-Rex Matriti aliquando hæreret, confabulatione, ubi simul ab eodem donatus fuit typis impresso.

(1405.) *ARBOL de Costados de los hiios del Duque de Bournonville* in folio.

DCCV. STEPHANUS DE Corbera, Barcinonensis civis, Vir multæ eruditionis, ac domesticarum rerum curiosissimus, ut loquitur Nicolaus Antonius (β), plura de iis consignata reliquit ingenii monumenta, ex quibus ipse unicum vivus edidit

(1406.) *VIDA y hechos maravillosos de Donna Maria Cervellon, Uamada Maria Socos Beata professa de nuestra Sennora de la Merced, con algunas antiquedades de la Catalunna* inscriptum & Don Guilielmo Ramon de Moncada Ossunæ Comiti, Marchioni de la puebla Baronique de la Laguna dedicatum Barcinone typis Petri de la Cavalleria anno 1629. in folio, 5. alphabetorum mole. Pertractavit Auctor in opere isto, quamvis jejune satis, stemma Cervellonium, præcipuæ inter Catalana antiquitatis. Ineditum idem reliquit inter alia.

(1407.) *CATALUNNA illustrada, que contiene su descripcion en comun y particular con las problaciones, dominios y successos desde el principio del mundo, hastaque por el valor de su nobleza fue libre de la oppression Saracena*; quod opus diu post Auctoris obitum (quem circa annum MDCXXXIV. contigisse fertur) in scriniis delituit curiosorum, ejusque apographa possedere tum Excellentissimus Dux de Montalto, Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, tum & Don Raphael de Vilosa, Regius supremæ Curiæ Aragoniæ Senator; tandem vero additionibus, emendationibusque illustratum in lucem publicam emisit Fr. Josephus Gomez de Porres, Ordinis Carmelitarum in Cœnobio Neapolitano Monachus, inscriptum Marchioni de los Velez Molina & Martorel Neapolitano Pro-Regi Neapoli typis Antonii Graminnani 1678. in folio, 5. alphabetorum mole. Proposue-

(α) in MSCto sæpe cit. num. 120.
(β) Bibl. Hisp. Tom. II. pag. 233. b.

posuerat sibi Auctor eo in opere fusius etiam pertractare stemmata novem Baronum, qui sub Carolo M. recuperandæ ex Maurorum potestate Cataloniæ strenuam navarunt operam, inibique sedes dein fixere suas; vix tamen quædam tantum primi eorum, Moncadensis nempe stemmatis rudimenta dedit, reliqua enim mors Auctoris præpedivit. Similiter etiam reliquit aliud opus

HISTORIAS de los antiquos Reies de Napoles y primeras guerras de Sicilia por los Catalanes y Aragoneses, itidem ἀνέκδοτον, & in laudati Raphaelis de Villosæ scriniis olim asservatum, nec adhuc, quod sciam, typis editum. (1408.)

STEPHANUS DE GARIBAY ET ZAMALLOA, Cantaber, natus in oppido Mondragon anno MDXXXVIII. in quo & Civis vitam transegit, Historicoque studio a teneris inde juventutis annis totum se dedidit, tantos in illo nactus profectus, ut anno ætatis XXXII. integrum jam omnium Hispaniæ regnorum systema Historicum, quo in argumento primus civium suorum fuit, absolutum dederit. Continet illud quadraginta Libros, quorum decem priores antiquiora Romanorum Gothorum, Legionisque Regum imperia continent; sequentes decem Castellæ Comites Regesque ad Ferdinandi Catholici usque Carolique V. Imperatoris ævum deducunt; reliqui viginti Aragoniæ Navarræ Lusitaniæque Reges enumerant, Liberque XXXIII. speciatim Historiam insignium artisque Heraldicæ universalem tradit. Prodire eos primum fecit ipse Auctor, cum Antverpiæ aliquandiu hæreret, hocce titulo insignitos. DCCVI.

LOS QUÆRENTA Libros del Compendio Historial de las Chronicas y universal Historia de todos los Reinos Espanna. Ex officina Christophori Plantini annis 1571. & 1572. in folio, quatuor voluminibus, recusum dein opus istud est Barcinone a Sebastiano Cormellas anno 1628. in folio 4. voll. Redux illo anno MDLXXII. ex Belgio in patriam mox aggressus est (verbis utor Nicolai Antonii (y)) Historicum aliud seu potius Genealogicum opus majoris adeo, ut ipse ait, industriæ ac molis, scilicet de origine, progressu & illustrationibus Hispaniæ totius dignitatum seu munerum sexaginta, non minus libris, cui operi XXIV. annorum haud intermissum laborem impenderat, nil aliud toto isto tempore quam spartam suam adornans. Attamen aliquam ejus partem venire seorsim, nec exspectato corporis reliquo in manus hominum permisit, quæ scilicet ad præcipuam cæterarum dignitatem regiam, atque Hispanorum regum usque (1409.)

(y) Bibl. Hisp. Tom. II. pag. 234. b.

usque ad Philippum II. ejusque utriusque ſexus prolem tam ex Iſabella Valeſia quam ex Anna Auſtriaca ſuſceptam origines & per longiſſimam avorum Auguſtorum ſeriem perductam generis ſucceſſionem pertinerent. Hæc pars Matriti prodiit apud Ludovicum Sanchez anno 1596. in folio regali, titulo iſto inſignis.

(1410.) *ILLUSTRACIONES Genealogicos de los Catolicos Reyes de las Eſpannas, y de los Chriſtianiſſimos de Francia, y de los Emperadores de Conſtantinopla, haſta el Rey Don Felipe II. y ſus hyos.* Reliqua hujus operis ab Auctore inſcripti.

(1411.) *DEL ORIGEN y diſcurſos y illuſtraciones de las Dignidades ſeglares de Eſpanna,* adhuc latent, ſive quod reliquerit Author nondum abſolutum invida egregiis quibusque conſiliis morte ſublatus, ſive quod Scrinia ſua hinc ditaverint cauteque ſuppreſſerint ii, quorum intererat ſuſpicione potius furti quam evidentia premi. Certe Alphonſus Lopez de Haro omne fere, quidquid in Nobiliario ſuo bonum reperitur, inde hauſit, & integra omnino folia nec verbo mutato (quod inprimis in Marchionum del Vaſto & Peſcara Genealogia ſe deprehendiſſe Ludovicus de Salazar & Caſtro (δ) teſtatur) mutuatus eſt, nec uſpiam tamen Garibayi vel verbulo meminit, fœdiſſimi plagii reus. Theſaurum hunc Genealogicum, quo perfectius nil illa ætas vidiſſe poterat, moriens Garibayus reliquit ſecundæ uxori ſuæ Dæ - - - -æ de Montoya, Toletanæ; quæ cuidam ſuo conſobrino eundem donavit, à quo oblatus fuit Joanni Auſtriaco, Philippi IV. Regis filio naturali, qui eundem in Regias Caroli II. manus conſignavit, e cujus munifica manu illum ſupplici iteratoque rogatu ſibi emendicavit Oropeſanus Comes, Caſtellæque Senatus Regii Præſes, Don Emanuel Joachimus Alvarez de Toledo, qui hodienum eodem potitur, nec niſi unicum inde apographum, quod Dux de Montalto obtinuit, deſumi paſſus eſt; ejus tamen etiam copiam aliquandiu idem Oropeſæ Comes conceſſit Ludovico de Salazar & Caſtro, qui ſæpius in operibus ſuis ipſius teſtimonio nititur. Conſtat XIII. ſat grandibus in folio voluminibus, continetque non ſolum univerſa fere illuſtriora Hiſpaniæ, ſed & plurima Galliæ Belgiique oobilia ſtemmata, quæ inter Montmorencianum tanta cum exactitudine a Garibayo nompilatum idem aſſerit Salazarius, quanta vix ab Andrea du Cheſnio in grandi ſuo typis edito opere fieri potuerit. Laudavit & olim Stephani noſtri Garibayi eximium quoddam opus

DE LAS

(δ) in MSCto. num. 12.

DE LAS Casas de Espanna, LX. libris absolutum; Christophorus Mosquera de Figueroa, (ε) sed illud ipsum esse, de quo agimus, una cum Nicolao Antonio firmiter persuasos nos profitemur. Insigni semper immortale hocce opus cum encomio citant Genealogi recentiores, inprimis vero dictus Salazarius, (ζ) qui sub initium sæculi prioris XVII. mortalium cœtui exemtum fuisse Garibayum asserit his verbis: *Garibay es uno de los mas nocables ilustres y puntuales Escritores de nuestra Espanna, que aviendo fallecido à principios de nuestro Siglo vivio muchos annos del antecedente.* Multus forem, si reliquorum, etiam summorum virorum, prolixa, quibus Garibayum condecorarunt, encomia heic adjicerem, puta Ambrosii Moralis, quo plurima se eidem debere ingenue fatetur, (η) Gundisalvi Argote Molinæ, qui inter alia de eo testatur (θ) *que excedio à fuerza humana la grandeza de sus estudios*; Fr. Antonii de Yepes (ι) aliorumque; Non defuere tamen etiam, qui sinistre & abjecte admodum de eodem judicarunt, quos inter Joannes Jacobus Chiffletius, vir alias celeberrimus, ipsum vocat Autorem musteum, cui nulla fides in Pelagii origine commentitia, cui de Tubale nugas & fabulas permiscuit (κ) item Joannes de la Puente, qui (λ) omnia, quæ Garibayus suo nomine edidit, aliis deberi Auctoribus, nec quidquam proprio marte ipsum elaborasse asserere non erubuit, cui tamen obviam pro merito ivit P. Gabriel Henao. (μ) Sed nec id silentio ducimus prætermittendum, tribui à Nicolao Antonio (ν) Stephano nostro Garisbayo præter illa jam memorata opera aliud adhuc tali frontispicio notatum.

LETREROS de las Insignias y Armas Reales de los Reies de Oviedo (1412.) *Leon y Castilla*, in folio editum; Mihi illud videre non contigit, valdeque vereor, ne titulo isto seductus Antonius, quem alicubi citatum reperit, Librum illum XXXIIItium Compendii Historici supra expressum, pro peculiari talis argumenti libro separatim edito habuerit. Cæterum

(ε) in Elogio Marchionis de Santa Cruz.
(ζ) Advertencias historicas pag. 13. num. 11.
(η) discurso de los privilegios, Tom. II. & lib. XIII. cap. 33. & Lib. XV. cap. 17.
(θ) in præf. Nobleza del Andalusia.
(ι) Hist. general de San Benito Cent. IV. ad A. C. 840. &c.
(κ) Operum Historicorum Parte I. pag. 349. m.
(λ) in lib. suo Conveniencia de las dos Monarquias cap. xxiv. §. 3.
(μ) Antiguedades de Cantabria Lib. I. cap. 36. in nott. num. 5. pag. 187. a. fin.
(ν) Bibl. Hisp. Tom. II. pag. 235. a.

terum plurima quoque Garibayi encomia congessit P. Josephus Moret (ξ) qui, si libet, evolvatur.

DCCVII. SUAREZ cognomen plurium inter Hispanas nobiles familiarum, ex quibus quædam Talaveræ in Regno Toletano sedem fixit, de qua conscriptus ab Anonymo quodam Auctore Genealogicus extat libellus, hoc titulo notatus.

(1413.) *GENEALOGIA de los Suarez de Talavera*, scriptus ille fuit primum Philippi II. Hispaniarum Regis ævo, & dein à Suaresiis ipsis continuata prosapiæ serie deductus fuit ad annum usque MDCL. Philippique IVti tempora. Latet adhuc ineditus, & exemplar ejus in suis asservat scriniis Ludovicus de Salazar & Castro, qui exactum eundem, & veritati admodum consentaneum deprædicat. (ο)

T.

DCCVIII. TENDILLA Regni Toletani oppidum, quod Comitatus honoribus tituloque exaltavit Henricus IV. Castellæ Rex anno MCDLXV. in gratiam Don Innici Lopez Mendozæ, filii cognominis primi Santillanæ Marchionis, cujus posteritas mascula jam defecit, Comitatu isto in Segovianam devoluto familiam, unde hodie Tendillæ Comitis titulo fruitur Don Gasparis Ibannez de Segovia Marchionis Mondejarensis filius primogenitus Don Josephus Ibannez de Segovia & Mendoza: De hisce autem Tendillæ Comitibus olim jam Clericus quidam, qui se Comitum istorum vocat Sacellanum, cujusque nomen plane ignoratur, Genealogicum libellum contexuit, inscriptum:

(1414.) *GENEALOGIA de los Condes de Tendilla*; Inter κειμήλια literaria in scriniis Comitum istorum asservata eundem, hactenus quod sciam ineditum, hæredavit laudatus jam Mondejarensis Marchio, qui eodem in conscribenda sua superius laudata Tendillæ Comitum Historia Genealogica haud infeliciter usus est, teste Ludovico de Salazar & Castro. (ϖ)

DCCIX. FR. THOMAS de HERRERA, Didaci de Herrera ex Anna Fernandez de Azevedo filius Medinæ Campi natus anno MDLXXXV. Eremitarum Sancti Augustini familiæ in æde Sancti Philippi Matritensi se aggregavit anno sæculari MDC, multum in literis profecit sub Augustino An-

(ξ) Congressiones Apologeticas in prolegomenis §. 9.
(ο) in MSCto sæpe citato num. 210.
(ϖ) In MSCto cit. num. 125.

Antolinez ejusdem Ordinis sodali Salmanticæ Theologiam docente, ipse dein eandem XII. annorum intervallo docuit in Collegio Complutensi, hinc Augustini Spinolæ, Romanæ Ecclesiæ Cardinalis & Granatensis primum postea vero Compostellani Præsulis per XI. annos Consiliarius æque ac Confessionarius, uti vocant, constitutus est, quorum Romam anno MDCXXX. petiit, ceu ex Leonis Allatii Apibus Urbanis, in quibus nostrum laudavit, elucet: Reversus in patriam Salmantinam Ordinis sui domum primo, post & integram Provinciam administravit, aliquandiu etiam a Confessionibus Joanni Austriaco, Philippi IV. Regis filio naturali existens; Vir ob eruditionem minime vulgarem, illustrandæque rei domesticæ impensium quam plurium annorum industriam (quas dotes adornabat gravibus vereque religiosis moribus ingeniique modestia) suæ Augustinianæ familiæ nunquam pœnitendus. Testantur id plurima, quæ partim de ordine suo, partim & de aliis Hispaniæ rebus Ecclesiasticis evulgavit, monumenta Historica, quæ inter ad nobilium patriæ stemmatum notitiam haud parum conducunt sequentia:

COMPENDIUM Præsulum Ordinis Eremitici. Matriti 1643. in 4to. (1415.)

ALPHABETUM Augustinianum, in quo præclara Eremitici ordinis germina, virorumque & fœminarum domicilia recensentur. ibid. 1643. folio. (1416.)

CATALOGO de los Obispos de Tortosa; Hunc ineditum adhuc, absolutum tamen in schedis apud Leonem Allatium testatus est se vidisse Michael Joannes Vimbodinus; quin & ipse Auctor in citando mox egregio opere asserit, se magno studio collegisse, propediemque in lucem publicam emissurum esse. (1417.)

CATALOGOS Archi-Episcoporum Hispalensium, Compostellensium, Granatensium; Episcoporum item Abulensium, Calagurritanorum, Carthaginensium, Coriensium, Conchensium, Giennensium, Legionensium, Malacitanorum, Pampilonensium, Placentinorum, Segoviensium, Seguntinorum, Silvensium, Tudensium, Vallisoletanorum, Zamorensium, Palentinorum & Canariensium; Quod similis ac Ægidii Gonsaléz Davilæ supra suo loco laudatum ejusdem argumenti opus molis futurum fuisse vix est quod dubitemus; quamvis nil ejus lucem viderit. Inprimis autem locum heic inter Genealogos nostros meretur doctissimus hicce vir ob egregium illud opus, quod (1418.)

HISTORIA del Convento de San Augustin de Salamanca insignivit. Prodiit illud typis Matritensibus anno 1646. vel uti Nicolaus vult Antonius (ρ) anno 1652. in folio; estque quasi Historiæ Ordinis illius gene- (1419.)

(ρ) In Bibl. Hisp. Tom. II. pag. 244. fin.

ralis quoddam compendium. Etenim, dum inibi vitas recenſuit Patronorum, Fundatorumque Ordinis Conventuum, ea occaſione inſeruit plurima nobilium Hiſpanarum familiarum ſtemmata, inprimis vero illud Ponciorum de Leon, quod integrum ad ſua usque tempora eleganter deduxit, ſolum in hoc à Ludovico de Salazar & Caſtro (σ) taxatus, quod Petrum Salazar de Mendoza ſecutus Poncios ex maſcula Minervarum ſtirpe derivarit, cum expedita & extra omnem controverſiæ aleam poſita res ſit, Oſſoriorum illuſtriſſimæ genti eam gloriam deberi; Magni cæteroquin idem huncce Herreræ librum facit, inprimis ob plura, quæ inſeruit, privilegia documentaque authentica; Laudatur quoque Herrera ab aliis ævi ſui Genealogis, inprimisque à Pardo apud Ferdinandum de Saavedra. (τ) Obiit tandem ſeptuagenario proximus ineunte anno MDCLIV. Matriti in Regio Ordinis ſui Sancto Philippo dicato Conventu; teſte Nicolao noſtro Antonio. (υ)

DCCX. DON THOMAS IBANNEZ de RIBERA natus in oppido *el Eſpinar* cognominato ac prope Segoviam Caſtellæ veteris urbem ſito, Jurium Licentiatus, & Prætorii ſive Cancellariæ Granatenſis Senator ſcripſit in poſterorum gratiam

(1420.) *TRATADO de las Antigvedades, Linages nobles y Varones iluſtres de la villa del Eſpinar.* Latet adhuc ineditus iſte liber, ejusque apographa poſſident Don Gaſpar Ibannez de Segovia, Marchio Mondejarenſis, qui eundem commendat (φ) ut & Ludovicus de Salazar & Caſtro, qui itidem magni illum æſtimat (χ) tum ob argumenti raritatem, cum unicus in illo ſit Ribera noſter, tum & ob ſincerum veritatis ſtudium, quod ſemper ſectatus eſſe videtur.

DCCXI. THOMAS de LEON, Jeſuitarum ſodalis, domo Hibernus, ſed à pueritia in Hiſpania commoratus, Gadibus primum literas humaniores, & dein in Collegio Sancti Pauli Granatenſi Theologiam Scholaſticam per plures annos docuit; familiaris ibidem circa annum MDCLIII. cum Nicolao Antonio, ut hic teſtis eſt (ψ) contracto amicitiæ nexu; Vir Linguarum Latinæ, Græcæ, Ebrææ, Arabicæque gnariſſimus, & humaniorum litera-

(σ) In MSCto ſæpe citato num. 87.
(τ) Memorial de ſu Caſa fol. 187. b. med.
(υ) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 244. b.
(φ) Noticias genealogicas de Segovia pag. 357. fin.
(χ) In MSCto cit. num. 65.
(ψ) Tom. II. Bibl. Hiſp. pag. 247. b.

literarum Philosophiæque studiis addictissimus, præter illa ab Antonio recensita argumenti Theologici opuscula etiam Genealogicum quoddam elaboravit:

MEMORIAL de la Casa de Asturias y Nava, idque sub Don Roderici Alvarez de Asturias & Nava nomine emisit. Laudant libellum huncce Josephus Pellicer de Tovar & Ossau, (ω) qui Leonem nostrum salutat *Varon de los mayores de nuestro Siglo en letras divinas y humanas y lenguas peregrinas;* Ludovicus de Salazar & Castro (α) atque Ferdinandus de Saavedra, (β) qui & addit, vidisse se Thomæ nostri de Leon propria manu exaratas. (1421.)

ANNOTACIONES al Memorial por el Marques de Ribas, doctissimum illum Pellicerii libellum Genealogicum suo jam supra loco laudatum. Videri & elegans Leonis encomium potest apud Athanasium Kircherum (γ) cui Linguarum Orientalium & abstrusioris doctrinæ veterum explorator eximius audit. (1422.)

FR. THOMAS de LLANO, Ordinis Sancti Dominici Monachus, & Primarius Theologiæ in Vallisoletana Universitate Cathedraticus seu Professor, circa medium sæculi superioris opus scripsit Genealogicum: DCCXII.

NOBILIARIO de Casas y linages de Espanna; quod post ipsius obitum in lucem prodiit in quarto cura consobrini ipsius; Mihi illud videre non contigit, sed, si Ludovico de Salazar & Castro (δ) fides, liber est haud magni pretii momentique, nimia quippe brevitate laborans. (1423.)

DON THOMAS TAMAJUS de VARGAS natus est Matriti Regia Hispaniarum sede anno MDLXXXVII. parentibus Thoma Marchinez de Tamajo, Malpartidæ, quod Diœceseos Abulensis oppidum est, in lucem edito, & Catharina de Vargas Toletana, unde Abulo-Carpentanum quandoque semet inscripsit; Puer studiis initiatus est Pampilone, cum sacra ibidem regeret propinquus ejus Matthæus Burgensis; inde Seguntiam translatus & post Toletum, ubi præceptore usus est Martino Antonio Del-rio, Jesuita clarissimo, postea Laurea decoratus Doctorali juventutem ibidem ex Cathedra docuit, muneribusque aliis dextre vacavit, DCCXIII.

(ω) Bibliotheca de sus escritos fol. 156. a.
(α) Historia Genealogica de la Casa de Silva Tomo I. pag. 78. pr.
(β) Memorial de su Casa fol. 10. m.
(γ) Oedypi Ægyptiaci volumine 2. classe 11. §. 5.
(δ) In MSCto sæpe cit. num. 88.

usque dum anno MDCXXI. juſſu Regio ſecutus eſt Don Ferdinandum Alvarez de Toledo, Toparcham de Higares, Legatumque ad Venetos Regium Secretarii titulo & munere inſtructus. Reverſus inde Henrici de Guzman, Romanæ Eccleſiæ Cardinalis & Gaſparis Comitis de Olivarez ex ſorore nepotis ſtudiis præfectus eſt, cui & dein à ſecretis fuit, ac defuncto interim Antonio de Herrera Caſtellæ Archi-Chronographo Regio ſuffectus, per aliquod etiam tempus, annuente Philippo IV. Rege, Melgarenſis Comitis Joannis Henrriqueſii Caſtellæ Almirantis filii primogeniti ſtudia eſt moderatus, & mores; usque dum demortuo Ludovico Tribaldo de Toledo Chronographo Indiarum Regio in illo etiam munere ſucceſſor a Rege datus fuit, ac in Fidei inquiſitionis officio ut & in Ordinum Equeſtrium Senatu Miniſter Regius adlectus; quibus in muniis tandem die 2. Septembris anni MDCXLI. diem clauſit ſupremum, cum ætatis LIV. tranſegiſſet annos; ceu hæc omnia fuſius deduxit clariſſimus Aragonenſium Hiſtoriographus Joannes Franciſcus Andreas de Uztarroz in Panegyrico ſepulchrali Thomæ Tamajo publice habito. Opera, quæ orbi literato reliquit edita æque ac in edita plurima ſunt, variique argumenti, maximam tamen partem Hiſtorici, eaque inter ad rem Genealogicam Hiſpanam illuſtrandam apprime faciunt ſequentia:

(1424.) *VIDA de Donna Maria de Toledo, Sennora de Pinto, y deſpues Sor Maria la Pobre, fundadora y primera Abadeſa de Santa Iſabel de los Reyes de Toledo.* Toleti anno 1616. in quarto, ubi de ejus ſtemmate Toletano quædam habet.

(1425.) *VIDA de Diego Garſia de Paredes, y relacion breve de ſu tiempo.* Matriti apud Ludovicum Sanchez anno 1621. in quarto.

(1426.) *MEMORIAL por la Caſa y familia de Luna.* Matriti anno 1630. in folio. Laudat hocce opus prædictus Uztarrozius (ε) æque ac alii Genealogi.

(1427.) *MEMORIAL por la Caſa y Linage de Soſa.* Matriti anno 1633. in folio. Meminit hujus libelli cum debito Auctoris encomio Pergius Cardoſo. (ζ)

(1428.) *MEMORIAL por la nobiliſſima y eſclarecida Caſa de Alagon*, in folio.

(1429.) *MEMORIAL por la nobiliſſima Caſa de Moncada*, quod num idem ſit ac

(1430.) *MEMORIAL por la grandeza de la Caſa del Marques de Aytona*, nec Nicolaus Antonius (η) neque nos certo definire audemus; in folio.

ME-

(ε) In notis ad Cortes Regum Aragoniæ fol. 30. pr.

(ζ) In Hagiologio Luſitanico die 22. Aprilis.

(η) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 253. a.

MEMORIAL de la Casa y succession del Conde de Castro Xeriz Don Gomez de Mendoza Manrique; itidem, ni fallor, in folio impressum. (1431.)

TRATADO de la Casa de Valenzuela, Matriti anno 1651. in quarto. (1432.) Hunc librum meritis laudibus prosequuntur Philippus de Gandara (θ) & Ludovicus de Salazar & Castro. (ι)

MEMORIAL por el Conde de Miranda; itidem in folio excusum. (1433.)

MEMORIAL por el Sennor de Tavera de la Casa de Anaya. (1434.)

MEMORIAL de la Casa de Henriquez, Sennores de Villalva, quem librum laudat Josephus Pellicerius. (κ) (1435.)

HISTORIA de la nobilissima Casa de los Borgias; Meminit hujusce operis Rodericus Mendez de Silva. (λ) (1436.)

ORIGEN de los Titulos y otras dignidades de Espanna. (1537.)

DERECHOS que los Reyes de Espanna tienen à sus Coronas y Sennorios. (1438.) Posteriora bina opuscula una cum aliis decem tractatibus Tamaji nostri uno volumine comprehensa exstant, teste Nicolao Antonio sed inedita. Cæterum magni nominis famæque apud suos æque ac exteros ob insignem eruditionem habitus fuit Tamajus; videantur elogia ejus apud Joannem Bollandum (μ) Joannem Franciscum Andream Uztarrozium (ν) qui insignem & eloquentem eum salutat Historicum Hispanum, Alphonsum Lopez de Haro (ξ) cui eruditus Historicus & decus Hispanæ gentis audit; Didacum Josephum Dormerum (ο) & P. Claudium Clementem (ϖ) ac Ludovicum de Salazar & Castro (ϱ) qui expresse testatur, *que todo lo que escrivio en Genealogias, est a lleno de excelentes noticias y puntualidad.*

TIRSUS de AVILES, Asturicensis, ac Ovetensis Cathedralis Ecclesiæ Canonicus circa initium sæculi superioris floruit curiosus antiquitatum patriarum & Genealogicarum rerum sedulus rimator; utrius- DCCXIV.
que

(θ) Nobiliario de Galicia pag. 465. b. med.
(ι) In MSCto sæpe cit. num. 41.
(κ) Memorial por Don Fernando de los Rios fol. 47. num. 16.
(λ) In Catalogo Real y Genealogico.
(μ) In Actis Sanctorum die 22. Januar. pag. 407.
(ν) In nott. ad Certes Regum Aragon. l. c.
(ξ) Nobiliario de Espanna Lib. VI. cap. 6. Tomi II. pag. 61. b. pr.
(ο) Progressos de la Historia de Aragon pag. 343. num. 52.
(ϖ) Tablas Chronologicas de Espanna pag. 151. b. pr.
(ϱ) In MSCto sæpe cit. num. 41.

que ſtudii ſpecimen haud inelegans orbi literario expoſuit, conſcriptis libris, altero

(1439.) *SUMARIO de las armas y linages de Aſturias* (cujus adhuc ἀνέκδοτα apographa poſſedere Joſephus Pellicerius & Alphonſus Carvallo, qui uterque noſtrum meritis encomiis proſequuntur,) altero vero

(1440.) *SUMARIO de algunas antiguedades de letreros en lapides de Aſturias del tiempo de los Romanos y Reyes que eſtan ſepultados en ſu Principado desde el Sennor Don Pelayo*; Ex hoc opere itidem adhuc inedito plurima citat Fr. Franciſcus Sota. (σ) Meminit & Joſephus Pellicerius (τ) Tirſum noſtrum de Aviles peculiari quoque libello commentatum eſſe.

(1441.) *DE LA VIDA de Diego Melendez de Valdes Llamado el Valiente* qui ſub Petro Crudeli Caſtellæ Rege maxime floruit, cujusque vitam quoque Alphonſus idem Carvallo, Petrus item Marannon de Eſpinoſa aliique in ſcriptis ſuis enarrarunt; verum metuo, ne idem ſit opus cum prius memorato ſummario nobilium Aſturicenſium familiarum.

DCCXV. FR. TORQUATUS de VARGAS, Ordinis Sancti Benedicti in Celanovæ oppidi à Sancto Roſendo Dumienſi Epiſcopo fundati Cœnobio, ni fallor, ſodalis ſcripſit de eodem Monaſterio inſigne opus, hoc titulo:

(1442.) *CELA NOVA iluſtrada* inſignitum, in quo non ſolum prædicti Fundatoris vitæ actorumque hiſtoriam ex antiquis monumentis eruit, ſed & ejusdem æque ac antiquorum Celanovæ Comitum illuſtria ſtemmata prolixe, &, ut Philippi de Gandara (υ) utar verbis, *con grave erudicion y elegancia* explicuit. Editumne vero illud Torquati de Vargas opus fuerit, an vero adhuc in ſcriniis curioſorum Manuſcriptum deliteſcat, me juxta cum ignariſſimis ſcire ingenue fateor; poſterius tamen magis credibile reputans.

V.

DCCXVI. VALENTIÆ Regum Genealogia, præter quam quod inter Aragoniæ Regum ſtemma ſæpius exhibeatur, ſeparatim quoque Anonymi Auctoris ſtudio exarata fuit, & quidem lingua illius Regni vernacula, hocce titulo:

GE-

(σ) Chronica del Principado de Aſturias Lib. III. cap. 58 pag. 809. in fine.

(τ) Memorial de Grandeza por el Conde de Miranda §. XXII. num. 26. fol. 113. a. fin.

(υ) Nobiliario de Galicia Lib. II. cap. 9. fol. 161. pr.

GENEALOGIA dels Reys de Valentia typis excuſa Valentiæ anno 1656. in folio, citatque eandem ſæpius clariſſimus Monteſani Ordinis Equeſtris Hiſtoriographus Hippolytus de Samper. (φ) (1443.)

VALLADARES, antiqua & nobilis familia in Gallæciæ æque ac Luſitaniæ Regnis florens, quæque in iſto quidem Dominis Caſtri Tangil, in illo autem Marchionibus de Valladares ac Vice-Comitibus de Fafinnanes ortum & natales dedit: Præter alios, qui de ea in ſuis paſſim egere ſcriptis Auctores, etiam circa finem ſæculi ſuperioris XVII. juſſu Don Joſephi Sarmiento de Valladares (qui ob matrimonium cum Donna Hieronyma, tertia Motezumæ Comitiſſa Comes de Motezuma fuit ac Hiſpaniæ novæ ſeu Mexicani Regni Pro-Rex, fraterque Marchionis de Valladares) ab Anonymo Auctore multo cum ſtudio & accuratione conſcripta fuit: DCCXVII.

GENEALOGIA de la Caſa de Valladares, Latet ea adhuc inedita in laudati Comitis ſcriniis, indeque apographum ſibi ejus bona cum venia vendicavit Don Ludovicus de Salazar & Caſtro (χ) qui prælo dignam cenſet. (1444.)

MAGISTER VALLES Aragonius Auctor inſcribitur libro: DCCXVIII.

HISTORIA del Marques de Peſcara y de otros ſiete, Capitanes de ſu tiempo; celebris inprimis Davaloſii geſta pangens; quæ tamen ex Paulo Jovio præcipue aliisque ejus ævi Hiſtoricis mutuata ab Auctore ſuſpicatur Nicolaus Antonius, qui illum librum refert prodiiſſe Antverpiæ anno 1570. ſeque (addit ibidem (ψ)) legiſſe in Catalogo librorum clariſſimi viri Laurentii Ramirez de Prado, Senatoris Regii ejusdem ſub Magiſtri Valles nomine extantem alium libellum: (1445.)

ADICION à la Hiſtoria de los Reyes Catolicos de Pulgar, que eſcrivio en Latin Antonio de Lebrixa, ſive additiones ad Antonii Nebriſſenſis Hiſtoriam Ferdinandi Catholici. (1446.)

VARGAS. Hujus cognominis, ex eademque familia oriundum haud injuria ſuſpicatur Nicolaus Antonius (ω) Anonymum quendam Auctorem, qui in domo Alphonſi Aragonii (primi Villæ hermoſæ Ducis, Joannisque II. Aragoniæ Regis filii naturalis, ac Ferdinandi Catholici fratris) educatus, conſcripſit: DCCXIX.

DE

(φ) Monteſa iluſtrada Tom. I. pag. 60. lit. E.
(χ) In MSCto ſæpe citato num. 228.
(ψ) Bibl. Hiſp. Tom. II. pag. 276. b.
(ω) Loc. cit.

(1447.) *DE LOSL linages de Espanna* libellum; Vidimus (verba sunt ejusdem Antonii) Codicem istum Manuscriptum Romæ ex libraria supellectile Alexandri VII. Pontificis, ejusdem jussu nobis communicatum. Hujus quas possumus, hic notas dabimus: Opus nuncupat Don Ludovico, Portocarrero Palmæ Comiti: Ubi de familia *de los Vargas* agit, calamum temperare se ab ulteriori tractatione ait, *por queno parezcal* (verba ejus sunt) *que quiere hazergran plato à los deste linage y por la parte, que me abe de ello.* Antiquis rebus fabulosa multa miscet, *Leomartem* quendam, nusquam alibi tectum, testem adducens, cum Britti *Laymundo*, Docampi *Juliano*, Hauberti Hispalensis *Ramone* & *Mellone* fortasse contribuendum. Plurium & inibi aliorum operum suorum meminit, quorum tituli legi apud Antonium possunt.

DCCXX. VASCUS AEGIDIUS (vulgo VASCO GIL) DE APONTE, Gallæcus nobilis, & Don Francisci de Andrade, ultimi Andradæ Comitis familiaris domesticus, composuit circa annum MDXXX. hujus tituli librum:

(1448.) *TRATADO de los linages de Galicia*; Opus adhuc ineditum, in quo Auctor non quidem à prima origine stemmata Gallæcorum nobilium continua serie deducit, attamen res suo ævo inter nobiles illos gestas fideliter exponit, ideoque magno in pretio habetur Ludovico de Salazar & Castro (α) qui apographum operis possidet exemplar; cujus & alia exstitere apographa in Bibliothecis Josephi Pellicerii & S. Hieronymi Pardi, quippe qui Apontium nostrum in permutandis nobilium nominibus frequenter lapsum accusat. (β) Est & mihi ejusdem libri copia, quam ex Codice quodam bonæ notæ, qui olim Didaci de Colmenares, clarissimi Segoviensium Historici fuerat, & ex Joannis Lucæ Cortesii insigni Bibliotheca a B. Dn. ab Ehrencron Matriti coemtus est, descripsi. Speciatim vero etiam Apontius hicce commentatus est de Loberano stemmate; patet enim illud ex Nicolai Antonii testimonii, qui ipsius:

(1449.) *GENEALOGIA de la Casa de Lobera* in Codice Manuscripto in 4to extitisse olim in Comitis Ducis Olivariensis Bibliotheca nos edocet. (γ)

DCCXXI. VASCUS seu VASQUEZ de AZPAI, Licentiatus, & Abbas Cœnobii Bermudensis in Gallæcia Auctor perhibetur libri cujusdam Genea-

(α) In MSCto sæpe cit. num. 13.

(β) Pag. 394. num. 4 contt. Ocariz T. II. pag. 223. Gandara pr. 559. a. Saavedra pag. 140. a. & 184 fin.

(γ) Bibl. Hisp. Tom. II. pag. 259. b. med.

nealogici, qui tamen longe aliud quid portendente hocce titulo insignitus deprehenditur:

LA ERODIADA de Galicia; estque rythmis vulgaribus idiomatis Gallæci conscriptus, ac pertractat celebriorum quarundam familiarum istius Regni Historiam; Possedit eundem manu exaratum Philippus de Gandara, qui circa medium sæculi superioris XVII. scriptum suspicatur. (δ) (1450.)

VASCUS DIAZ de TANCO, alias CLAVEDAN del ESTANCO (cujus cognominis rationem ipse reddit in Epilogo libri sui, *Jardin del alma Christiana* inscripti his verbis: Por precio justo se vende DCCXXII.

El presente Jardin nuestro	En Casa del Carvajal
El que leerto pretende	Ruegue à Dies por el Maestro
Vasco Diaz de Frexenal	A quien Carla Francipan
En pendencias con Langrave	Llegando al puerto la nave
Dio por nombre CLAVEDAN	Por el Papagaio y llave.

Quæ tamen cur dicta sint serie aut nescire juxta habet merito Nicolaus Antonius Fraxinalensis (vulgo Frexenal oppidi nomen in Marianis montibus prope Lusitaniam) multum juvenis in exteris peregrinatus oris, unde domum reversus præter Historiam Turcicam aliaque etiam scripsit libellum quendam thrasonico hocce titulo pro more suo insignitum:

PORTANTE de cosas nobles, en que se trata de los Titulos de Dignidades temporales y Mayorazgos de Espanna calificados en linage y rentas. Vidit librum istum manu exaratum (typis enim nunquam excusus prodiit) Josephus Pellicerius, qui ejusdem mentionem fecit. (ε) Refert idem ipse Auctor in Dedicatione libri istius supra citati, se in schedis Manuscriptis habere octo & quadraginta alia opuscula de rebus sacris historicis & moralibus, quorum inscriptiones novitatis & ambitionis plenæ ingenium hominis haud obscure ostendunt, ut Antonius ait. (ζ) (1451.)

VASCUS de TEMES, Gallæcus, quantum ex ipso nomine suspicari licet, nobis haut aliter notus, nec huc referendus, quam quod scripserit: DCCXXIII.

BLASONES de Espanna nuncupatum opus Genealogico-Heraldicum, hactenus quod sciam ineditum; Apographum ejus possedit Philippus de Gandara, qui ejus quandoque suffragio utitur. (η) (1452.)

(δ) Nobiliario de Galicia Lib. II. cap. 17. pag. 200. pr.
(ε) Memorial por el Marques de Ribas.
(ζ) Bibl. Hisp. Tom. II. pag. 259. b. m.
(η) Nobiliario de Galicia Lib. II. cap. 29. pag. 281. a.

DCCXXIV. VELASQUEZ de MENA Licentiatus, perhibetur:
(1453.) *TRATADO del linage de Vera* conſcripſiſſe, quem ſæpius citat Alphonſus Lopez de Haro. (θ) Valde autem vereor, ne ſub eo nomine pro more ſuo lateat ſupra laudatus Joannes Antonius de Vera & Zunniga Comes de la Rocca. Nobis cætera nunquam viſum eſt opus.

DCCXXV. VELASCO, illuſtriſſima etiam inter primarias nobiles Hiſpaniæ familia, quippe quæ longa annorum ſerie Caſtellæ Condeſtabiles protulit, in varias ſe diffudit propagines, quas inter illa, quæ in urbibus Xerez de los Cavalleros & Eſtepa ſedes ſuas fixit, Anonymum nacta eſt Genealogiſtam, forſan Regium Fecialem ſeu Haraldum, qui opuſculum quoddam
(1454.) *MEMORIAL del Origen de los Velaſcos de Xerez de los Cavalleros y Eſtepa conforme à ſu Real Executoria* circa annum 1624. typis publicis prodire fecit. Fere integrum illud ſuo Memoriali inſeruit Don Ferdinandus de Saavedra, quem pluribus conſule. (ι)

VILLAGARSIA vide ſupra PETRUS de VILLACIS.

DCCXXVI. VILLARAGUD illuſtris in Aragoniæ Regno familia, cujus vero maſcula ſtirps jam ab aliquo tempore penitus eſt exſtincta; Don Alphonſus enim Sanz de Villaragud, Ordinis Calatravenſis Eques, Baro de Olacau, Llaneras & Carbonel in Regno Valentiæ, quem Philippus III. Comitem de Olacau creaverat, non niſi unicum reliquit filium Georgium, ſecundum Comitem, cui Philippus IV. titulum Marchionis de Llaneras conceſſit, hujusque filia ex Donna Igneſa Maria de Abreu Comitiſſa de Regalados in Luſitania, Donna Margaretha de Villaragud & Abreu nupſit Don Thomæ Iſidoro de Chiriboga & Mendoza primo Valmediani Marchioni, eique peperit unicam Joſepham de Villaragud & Sanz Marchionem hodie de Llaneras & Comitem de Olacau; quæ tamen anno adhuc 1702. coram ſuprema Curia Regni Valentini de Dominiorum iſtorum proprietate litigavit; De hacce ergo nobili familia Philippi IV. ævo dicti forſan Georgii primi Marchionis de Llaneras inſtinctu & authoritate ab Anonymo Auctore conſcriptus eſt Libellus hujus tituli:
(1455.) *GENEALOGIA de la Caſa de Villaragud*, ineditus adhuc, cujus tamen apographum poſſidet Ludovicus de Salazar & Caſtro. (κ)

DCCXXVII VINCENTIUS BLASCO de LANUZA, Aragonenſis, ex Sallent, oppido Diœceſis Jacenſis in montibus Pyrenæis ſito oriundus, Sacerdos

(θ) Nobiliario de Eſpanna Lib. V. cap. 15. pag. 461. b. & pag. 464. a.
(ι) Memorial por la Caſa de Saavedra fol. 316. ſeqq.
(κ) In MSCto ſæpe cit. num. 206.

cerdos & Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Jaccensis, ubi Theologiam docuit, insimulque Historicus Regni Aragonici haud incelebris, ceu patet ex insigni illo Zuritæ Annalium supplemento, quod hocce titulo notatum:

HISTORIAS Ecclesiasticas y seglares del Reino de Aragon prodire fecit Cæsaraugustæ apud Joannem de Lanaja & Quartanet anno 1622. in folio, duobus voluminibus, quorum prius ab Anno Christi MCCCCLXXX. usque ad MDLVI. alterum vero usque ad annum MDCXXII. res inibi gestas persequitur; Huicque posteriori volumini Auctor circa finem inseruit nonnullorum celebriorum Aragonicarum familiarum historiam utputa Urrearum, Hixarorum, Abarcarum, Bolearum &c. Præterea & ipse alicubi (λ) commemorat, se peculiarem conscripsisse Commentarium (1456.)

DE LA VIDA del gran Don Alonso de Aragon Duque de Villahermosa Conde de Ribagorza, hijo del Rey Don Juan el II. qui tamen num typis unquam prodierit in lucem, merito dubitamus. (1457.)

VINCENTIUS DOMENEC, ut plerumque citatur, sed rectius ANTONIUS VINCENTIUS DOMENEC, in oppido Sancti Gabrielis de Grions, Marchionatus Cabreræ Dioecesis Gerundensis in Catalonia natus anno MDLIII. juvenis (verba sunt Nicolai Antonii (μ) ut se alere posset, in *Figueras* oppido ejusdem Dioeceseos literas formare & Grammaticam pueros docere opus habuit, postquam Theologiæ studia apud Barcinonenses complevisset. Cæterum voto religionis olim facto, ut per indultum Pontificis se exsolveret, Romam venit; inque reditu validissima tempestate maris jactatus denuo se eidem, quod jam excusserat, jugo novo voto subjecit, illudque Barcinone implevit, inter Dominicanos sodales nomen professus in Divæ Catharinæ ibidem coenobio; ubi Philosophiam æque ac Theologiam docuit, & ut opus, quod diu animo volverat, nosque mox recensebimus, quo posset melius ac diligentius confecerit, quater integrum Cataloniæ principatum, chartophysacia publica excutiens, perlustravit; tandemque in lucem publicam emisit opus insigne hujus tituli DCCXXIIX

HISTORIA general de los Santos y Varones ilustres del Principado de Catalunna, Barcinone typis Gabrielis Graels 1602. in folio; opus ad rem Genealogicam Catalanæ nobilitatis illustrandam apprime conducens, & magnis cum Auctoris encomiis sæpius Genealogis citatum, ut & Francisco (1458.)

(λ) Tomo I. Lib. V. cap. 26. pag. 526. b.

(μ) Bibl. Hisp. Tom. I. pag. 130. b.

cisco Colin Jesuitæ. (ν) Obiit Domenecus die tertio Calendas Novembris anni MDCVI. ætatis suæ anno LIII.

DCCXXIX. VINCENTIUS HORTIGAS, Juris utriusque Doctor, & primum Assessor Gubernatoris Aragoniæ; deinde Philippi IV. Regis Consiliarius & Regens supremi Aragonicarum rerum Senatus scripsit:

(1459.) *MEMORIAL sobre los derechos que el Conde de Fuentes y Marques de Mora tiene en esta villa y la de Balbona;* cui plurima inseruit de Herediana familia notatu digníssima; Prodiit illud typis Cæsaraugustanis anno 1628. in folio; Laudatque Auctorem æque ac librum prolixius Joannes Franciscus Andreas de Uztarroz passim. (ξ)

DCCXXX. VINCENTIUS MOLE, Friderici, Ordinis Hierosolymitani Equitis scriptorisque non incelebris frater germanus, Valentinus, Medicinæ Doctor, & Cubicularius æque ac aulicus Philippi IV. Regis Medicus, etiam in Genealogorum nostrorum censûs referendus venit; is quippe eruditissimum librum suum, cui titulum fecit.

(1460.) *PATHOLOGIA de morbis in sacris literis* Matriti anno 1642. in 4to, dedicavit Don Philippo Francisco Alberto, Principi Arembergæ, Ducique Arschotano; cujus inclytum Croyacum stemma nuncupatoriæ illi Epistolæ inseruit, illud bona cum venia Auctoris mutuatus ex clarissimi viri Josephi Pellicerii Corona Habspurgico-Austriaca superius laudata, ceu ipse nos edocuit Pellicerius, (ο) qui & alibi monet, edidisse Vincentium quoque nostrum:

(1461.) *DISCURSUM Meteorologicum de portentoso partu Vesuvii,* vulgo Monte di somma in Campania ultimis diebus mensis Decembris Anno Domini MDCXXXI. Matriti impressum 1632. itidem in quarto (ϖ) ubi & Moles nostrum salutat *Medico de su Magestad tan docto, como confiessan las naciones, que han admirado sus obras.*

DCCXXXI. DON VINCENTIUS MUT, Nobilis Balearicus, & apud Majoricenses primus aciei instructor (vulgus *Sargento mayor* vocat) ac Regni Balearidum Historiographus, cui muneri ut parem se ostenderet, continuandam sibi sumsit telam à Joanne Dameto superius laudato cœptam, ab anno

(ν) In libri India sacra inscripti præfatione pag. m. 3. fin.

(ξ) In Præf. Coronationum Regum Arag. item in defensa de la patria de San Lorenzo pag. 121. & Progressos de la Historia de Aragon. pag. 341. num. 42.

(ο) Bibliotheca de sus escritos fol. 130. b. num. 2.

(π) Ibidem fol. 162. a.

anno inde MCCCXI. quo ille desiit, ad sua perducens tempora annumque MDCL. Historiam, quam & edidit sic inscriptam:

PARTE segunda de la Historia del Reino Balearico, Majoricæ apud Gabrielem Guasp anno 1650. in folio, inveniunturque in opere illo plurima de nobilibus Baleandum Insularum familiis (de quibus alias oppido pauca literis exarata occurrunt) notatu digna; unde facile locum ei inter Genealogos nostros concedimus. (1462.)

VIQUE, nobilis olim in Valentiæ Regno familia, quæque varios derivavit ramos, ac oppida Llauri & Matada in illo Regno possedit, quorum dominium, exstinctis jam omnibus ipsius masculis, per sexus sequioris connubia transiit ad Comites de Gallent, præter alios etiam Anonymum nacta est Historicum, qui optimæ notæ librum: DCCXXXII

GENEALOGIA de la Casa de Vique ilustre en Valencia inscriptum magno studio congessit, ineditum hactenus, sed cujus tamen apographum asservatur in scriniis Ludovici de Salazar & Castro. (ρ) (1463.)

ULLOA. De hacce clarissima & ex Gallæciæ Regno oriunda familia, quæ Comitibus de Monterrey aliisque magnatibus ortum concessit, exstat ab anonymo quodam Auctore exaratum sat amplum opus DCCXXXIII.

DESCENDENCIA y Genealogia de la Casa de los Ulloas, Condes de Monterrey nuncupatum, cujus suffragium sæpius adhibet Ferdinandus de Saavedra; (σ) aliud ab hoc & diversum est opus: (1464.)

GENEALOGIA de los Ulloas de Toro, ab Anonymo itidem Auctore circa finem sæculi post Christum XVIti conscriptum, cujus exemplar authenticum ante aliquot lustra possedit Donna Francisca Ossorio, Marchionissa de Valdeunquillo, apud quam illud vidit, qui nos hæcce edocuit, Philippus de Gandara. (τ) (1465.)

URBINA nobilis ex Castella veteri & Provincia la Bureba dicta oriunda familia, quæ inde per Castellæ utriusque æque ac reliqua Hispaniarum Regna se diffudit, & inprimis in urbe Miranda ad Iberum sita majoratum fundavit, quem sub initium sæculi hujus possedit Donna Josepha Hyacintha de Urbina & Velasco, uxor Francisci Antonii Gonsalez de Andia Yvarrazaval & Bivero, tertii Marchionis de Villahermosa & Vice-Comitis de Sancta Clara ac Domini de Busianos, qui anno sæculari MDCC. è vivis excessit. Exstat de hacce familia: DCCXXXIV.

AR-

(ρ) In MSCto sæpe citato num. 207.

(σ) Memorial por la Casa de Saavedra fol. 128. b. lit. H.

(τ) Nobiliario de Galicia Lib. III. cap. 18. pag. 418. pr.

(1466.) *ARBOL Genealogico de los Urbinas*, ab Anonymo compoſitus Auctore liber, quem ſæpius in teſtimonium advocat Joannes Florez de Ocariz in ſuo novi Granatenſis Regni nobiliario. (υ)

X.

DCCXXXV XISTUS (quod idem ac SIXTUS ſuſpicor) TAVARES, Luſitanus nobilis, elegans & ſat amplæ molis condidit opus:

(1467.) *LIBRO dos Linhages Principales de Portugal* inſcriptum, cujus videndi nobis olim in Bibliotheca Regia Pariſienſi copia facta fuit ab humaniſſimo ejus Cuſtode, Domino Clemente; notaturque item in ampliſſimo iſtius Bibliothecæ Catalogo. (φ)

Z.

DCCXXXVI. ZAYAS. Hocce cognomine inſignitus quidam, cujus ignoramus prænomen, Canonicus Eccleſiæ Abbatialis Mont-Aragonenſis ampliandum continuandumque ſibi ſumſit Petri Vitalis, ſuo jam loco laudati, itidem Montaragonenſis Canonici eximium opus, cui titulus eſt:

(1468.) *NOBILIARIO de las Caſas y Linages del Reino de Aragon*; quas tamen additiones ex divite ſummi viri Antonii Auguſtini penu depromtas fuiſſe ſupra jam fide Ludovici de Salazar & Caſtro monuimus (LIV. 94.)

DCCXXXVII. ZUNNIGA illuſtriſſima æque ac antiquiſſima inter illas Hiſpaniæ magnatum familias, quæ Duces de Bejar & Pennaranda, Marchiones de Valero, Ribera, Puebla & Aguila fuente, Comites item Mirandæ &c. protulit, & ex ipſis antiquis Navaræ Regibus ortum ſuum ſat firmis innixa documentis derivat; plures nacta eſt Hiſtoricas æque ac Panegyriſtas hinc inde in noſtro hocce libello obvios; præter quos & alii exſtant ab Anonymis conſarcinata Auctoribus opuſcula Genealogica peculiariter de Zunnigarum gente agentia; Meminit Gundiſalvus Argote Molina (χ) Codicis cujusdam authentici (quem ipſe poſſedit) an. MCCCCLXXXV. conſcripti, & hoc titulo notati.

GE-

(υ) Tom. I. pag. 421. med.

(φ) Catalogus MSCtorum num. 10259.

(χ) In Indice Auctorum præfixo Nobleza del Andaluſia.

GENEALOGIA del Linage de Zunniga; Dubius hæreo, num eundem indigitare voluerit Josephus Pellicerius, citans alicubi. (☫) (1469.)

TRATADO de la Casa de Zunniga; sed audiamus ipsa ejus verba: He visto un Tratado particular de la Casa de Zunniga, que se escrivio " en tiempo de Don Alvaro de Zunniga Duque de Arevalo, y se guarda en " el Archivo de los Duques de Bejar. „ Inscriptus fuit ille liber Don Joanni de Zunniga, dicti Alvari Ducis filio, & Ordinis Equestris Alcantarensis Magistro anno MCCCCLXXIII. & haud injuria laudatus modo Pellicerius ex stylo, sententiis & παῤῥησίᾳ Auctoris judicat, adscribendum eundem esse Mossen Didaco de Valera, quem suo loco recensuimus. Vidimus & olim inter Manuscriptos Codices Bibliothecæ Regiæ Parisiensis (1470.)

GENEALOGIA de la Casa de Zunniga y otras in volumine in folio (ω) item alium Codicem manuscriptum hoc in fronte notatum lemmate. (α) (1471.)

RELACION de la vida de Don Juan de Zunniga, Comendador mayor de Castilla; Exstat & præterea Anonymi Auctoris libellus peculiaris (1472.)

GENEALOGIA de los Sennores de San Martin de Valbeni, de la Casa de Zunniga. Hæcce Zunnigarum propago jam quoad masculam stirpem defecit, dominiumque istud devolutum est ad familiam de los Lobos, quo circa sæculi hujus initium fruebatur Marchio Camarasæ, Aragoniæ Pro-Rex. Libellus ille latet ineditus, brevis quidem, sed exacte & veritati admodum consone exaratus, judice Ludovico de Salazar & Castro in Manuscripto sæpius citato num. 205. (1473.)

ADDENDA SUIS LOCIS.

DON EMMANUEL FRANCISCUS de HINOJOSA & MON- DCCXXXVIII TALVO, Ordinis Divi Jacobi Eques, Philippi IV. Hispanicarum Regis Strator, Regiusque in sacrarum Rationum Senatu præcipui Ordinis & Subsellii Calculator (vulgo Contador mayor de Hazienda vocant) edidit.

LA ADMIRABLE vida, virtudes raras, loables costumbres y Santa muerte de la ilustrissima y humildissima Sennora Donna Maria Gasca de la Vega, Matriti anno 1626. in 4to, in quo libro de Stemmate Gascano plura notatu digna exhibet; Fuit enim Maria hæcce Didaci Gascæ, Petri, celebris (1474.)

(☫) Justification de la Grandeza por el Conde de Miranda fol. 10. b. & fol. 15. a.
(ω) Vid. Catalogus MSCtorum num. 10012.
(α) Idem num. 10245.

bris illius Peruani Regni pacatoris Epiſcopique Seguntini fratris, filia, uxorque Don Franciſci de Contreras, ſupremi Caſtellæ Senatus circa medium elapſi jam ſæculi XVIIti Præſidis; ceu nos edocet Nicolaus Antonius Bibl. Hiſp. Tom. I. pag. 267. b.

DCCXXXIX. FR. EMMANUEL à RESURRECTIONE, Luſitanus, Monachus Auguſtinianus Reformatus Provinciæ Portugalliæ Romæ degens circa finem ſæculi XVIIti adornavit itidem elegans opus.

(1475.) *ELENCHUS Cardinalium Portugalliæ* nuncupatum, quod tamen hactenus, quantum ſcire licuit, lucem publicam non vidit; ad illuſtrium autem Luſitanorum ſtemmatum notitiam plurimum illud conducere, patet vel ex unico Joannis XXI. Pontificis exemplo, quem ex nobili Luſitana ſtirpe de Rebolo vel Rabello prognatum fuiſſe, docte evicit, quam ob rem laudatur quoque Cardinali de Aguirre in ſuis ad Bibliothecam veterem Hiſpanam Nicolai Antonii notis marginalibus Tom. II. pag. 50. b. §. 151. lit. m.

DCCXL. GUILIELMUS PRÆPOSITI ſeu DESPABORDE Catalanus JCtus, quem in Themide noſtra Hiſpana Sect. IX. §. 18. jam pluribus laudavimus; præter alia Juridica opera illic recenſita, etiam compoſuit:

(1476.) *ARBOREM Regum Aragoniæ Genealogicam*, quæ una cum ejusdem *Abecedario*, ac *Ferdinandi Regis forma electionis à novem Electoribus* in Codice Manuſcripto chartaceo exſtitit in ſelecta ſummi viri Antonii Auguſtini Bibliotheca, teſte ejusdem Catalogo Manuſcriptorum num. 436.

DCCXLI. FR. STEPHANUS BARELLAS ut Nicolao Antonio audit, vel, ut alibi BARCELLAS, Catalanus, Ordinis Minorum Sancti Franciſci ſodalis, ſcripſit:

(1477.) *CENTURIA o Hiſtoria de los Condes de Barcelona Don Bernardo Barcina y Don Zinofre ſu hyo.* Prodiit opus hocce Barcinone apud Stephanum Coſmellas anno 1600. in folio, & fabulis anilibusque fictionibus circa origines Comitum Barcinonenſium ſcatet; unde & rectiſſime de eo ſic cenſuit clariſſimus Joſephus Pellicerius: (α) Eſta Centuria es un buen libro de Cavallerias, pero horrible y tremendo para Hiſtoria, ueno de encantos y fabulas de Amadis, de qual no ſe deve hazer caſo ni darmas ſatisfaccion que con la riſa.

(α) Idea de Catalunna Parte I. num. 33. pag. 113. fin.

DCCXLII. DON PETRUS FERNANDEZ nobis haud aliunde notus, quam ex Beati Ehrencronii Bibliothecæ Catalogo, ubi Auctor perhibetur operis, inſcripti:

THEA-

THEATRO Clerical Apostolico y Secular y de las Iglesias de Espanna; (1478.)
Matriti annis 1679. & 1680. in folio, 3. voll. quod ad rem Genealogicam illustrandam haud parum conducere vix est quod dubitemus.

DOMINICUS ANTONIUS PARRINO Neapolitanus, edidit: DCCXLIII.

OSSEQUIO Tributario della fedelissima Citta di Napoli per le Dimostranze Guilive nei Regii Sponsali del Carolo II. colla principessa Maria Anna di Neoburgo &c. ragguaglio Historico. Neapoli anno 1690. in folio cum figuris, Regium Hispanicum æque ac Palatinum Electorale stemmata illustrans opus. (1479.)

GEORGIUS DE AUBUSSON Gallus nobilis, ut Reginæ suæ juribus succedendi in Hispaniæ Monarchia patrocinaretur, typis publicavit. DCCXLIV.

LA DEFENSE du Droit de Marie Therese Reine de France &c. à la succession des Couronnes d'Espagne Paris. 1674. in folio. (1480.)

ANTONIUS VASCONZELOS, Olyssiponensis, Jesuitarum sodalis Collegii & Academiæ Eborensis olim Rector, ubi & diem supremum obiit die 12. Julii MDCXXII. nobis hic referendus venit, ob editum de Regibus Lusitaniæ, eorumque stemmate præclarum opus, hoc titulo insigne DCCXLV.

ANACEPHALEOSES, id est, summa Capita Actorum Regum Lusitaniæ; Accesserunt Epigrammata poetæ Emanuelis Pimentæ in singulos Reges & illorum effigies ad vivum in ære expressæ; item *descriptio Regni Lusitaniæ cum compendio rerum illustrium; quæ in eo visuntur tam ad humanum cultum spectantium quam ad divinum,* ut & *Philippi III. Regis Catholici expeditio Lusitanica, & Oratio, qua illum Eborensis Academia consalutavit;* omnia hæc junctim prodiere Antverpiæ apud Belleros anno 1621. in quarto, priorisque anacephaleoseon operis gratia adversarium nactus est noster Franciscum Home de Abreu, de quo vide Nic. Antonii Bibliothecam Hispanam. (1481.)

JOANNES BAPTISTA MORELI Italusne an Hispanus? scripsit: DCCXLVI.

REDUCCION y restituycion del Reyno de Portugal à la Serenissima Casa Braganza, qui liber prodiit Augustæ Taurinorum anno 1648. in quarto. (1482.)

GRANDIUM seu MAGNATUM HISPANIÆ Recensum sistit ab Anonymo Auctore Italice primum consignatus, & dein in Castellanum sermonem translatus libellus, adhuc ineditus, & tali conspicuus titulo: DCCXLVII.

LOS GRANDES de Espanna, quem in folio exaratum & additamentis variis lingua Hispanica scriptis adauctum ex Hispania secum adduxit B. Ehrencronius. Adjectus in ejusdem voluminis calce est alius libellus: (1483.)

(1484.) *MEMORIAL Rey de la Dignidad y Eſtimacion de los Grandes de Eſpanna,* eorundem prærogativas & privilegia fuſe enarrans; alium idem quoque poſſedit Codicem ejusdem argumenti Italice conſcriptum &

(1485.) *GLI GRANDI di Spagna* nuncupatum, cui Genealogiæ quædam magnatum Hiſpaniæ impreſſæ, ut & Franciſci de Mendoza ſupra laudatum

(1486.) *MEMORIAL al Rey Philipe II. de algunos linages de Caſtilla* colligatæ fuerunt, in volumine in folio.

DCCXLVIII. NOBILIARIA. In eadem Ehrencroniana Bibliotheca habentur bini Codices Manuſcripti, quorum prior ſat craſſo volumine contentus inſcribitur:

(1487.) *SUMMARIO de algunas Caſas illuſtres de Eſpanna de linages antiguos, de donde proceden muchos Sennores de Titulo, Duques, Condes &c.* Nota quidem in margine tituli appoſita Auctorem operis hujus ſtatuit Petrum Hieronymum de Aponte, verum docta quadam recentiori manu eidem ſubjecta illud pernegatur, quin & in ipſo opere paſſim quædam deprehenditur ab Apontiano differentia, quamvis eodem ævo Philippi nempe II. tempore ſcriptum apparet. Alter Codex manu exaratus ætatis vero priore illo anterioris, ſic audit:

(1488.) *LIBRO de varios Linages iluſtres de Eſpanna ſucado de varias Chronicas, y otras Eſcrituras antiguas,* in folio; continetque Genealogias celebrium XXXIV. Hiſpanorum ſtemmatum.

DCCXLIX. FRANCISCUS de TORRES. Hujus titulum præ ſe fert liber Manuſcriptus.

(1489.) *HISTORIA del Monaſterio del glorioſo Doctor de la Igleſia San Iſidoro del Campo, y de la iluſtriſſima Caſa de los Guzmanes, Duques de Medina Sidonia &c. Patronos de dicho Monaſterio, recopilada por Fr. de Torres, traſtado del Original por Miguel de Segovia.* Codicem illum IX. libris conſtantem & manu recentiori nitide deſcriptum ex Bibliotheca Comitis de Villaumbroſa Matriti olim coemit B. Ehrencronius; in folio.

DCCL. HENRIQUEZ. Familia, ortum debet Alphonſo Henriquez Caſtellæ Almiranti, filio naturali Faderici Ordinis Sancti Jacobi Magiſtri, & Alphonſi XI. Caſtellæ Regis filii illegitimi, de quo plura Hiſtoriæ illius temporis nos edocent, prætereaque Anonymi extat liber:

(1490.) *ADICION à la Hiſtoria de Don Alonſo Enriquez; trataſe en el de ſu Genealogia deſcendencia y otros Enriquez en Eſpanna;* in folio, quem manu exaratum Codicem Matrito ſecum in has attulit oras B. Ehrencronius.

IN-

INDEX.
COGNOMINUM ET FAMILIARUM.

A.

Arredon-

B.

Barcelos

Borellus

C.

 Caramuel

Centol

F. Fa-

F.

G.

Gua-

H.

I.

K.

L.

M.

Men-

N.

CLXXXVII.

O.

P.

Povedæ

S.

Sego-

T.

V.

X.

FINIS.



